# PRATICA CRIMINALIS CANONICA ADMOD. R.P. FRATRIS FRANCISCI DE...

Francesco Pitigiani, Ilarione Sacchetti, ...

# PRACTICA CRIMINALIS CANONICA

ADMOD. R. P. FRATRIS FRANCISCI DE PITIGIANIS ARRETINI.

Ordinis Minorum Regularis Obseruantiæ S. Francisci Prouinciæ Hetruriæ, olim

SERENISSIMI FERDINANDI GONZAGAE Mantuæ, Montisque Ferrati Ducis Theologi.

*In hac secunda Editione cum aliquibus Additionibus prædicti Authoris.*

Cura, & diligentia R. P. F. HILLARIONIS SACCHETTI de Florent. eiusdem Instituti, & Prouinciæ Concionatoris Sacræque Theologiæ Professoris impressa.

ILLVSTRISSIMO, REVERENDISSIMO Q. D. D. FABRITIO VARALLO S. R. E. CARDINALI eiusdem ordinis Gubernatori, Protectori, Correctoriq; Vigilantissimo dicata.



VENETIIS, Apud Io. Baptistam Ciottum. M DC. XXI.

Ex Superiorum permissu, Et Priuilegio.

# ILLVSTRISSIMO, AD REVERENDIS.

*D. D. FABRITIO VARALLO*
*S. R. E. Cardinali Amplissimo,*

Et Religionis Sancti Francisci Protectori vigilantissimo.

*FR. HYLARION SACCHETVS*
*Ordin. Minor. de Obseruantia.*

CRiminalem hanc Praxim iam aliàs nimis truncam typis commissam, nunc omnibus numeris absolutam sub fœlicissimis tuis auspiciis, Illustrissime Princeps, promulgare cogor. b Ipse namque Author quo die me suorum operum impressionibus inuigilare destinauit, hanc eius præcipuam esse mentem aperuit; intercesserit licet nimis accelerata mors, dum sub prælo premeretur opus, optimam tamen eius mentem secundare non sum ego oblitus. Qui si & ab intestato decessisset, cui nam omnium nostrum litterarii sudores, atque lucubrationes iure hęreditario debentur magis, quàm proprio Patrono, qui summa vigilantia, ac paterno affectu gubernat, regit. & protegit Religionem hanc nostram Franciscanam? Accedit, SERENISSI-

NVM FERDINANDVM Mantuæ Ducem; qui suis sumptibus huius Doctoris iam primarii sui Theologi opera omnia in lucem liberaliter donans, quique me adhuc Typographorum cudibus sollicitè ad stare iussit; sic annuisse. Verè igitur hic tibi conuenit, Pater Amplissime, omnique laude maximè cumulate, ac de nobis optimè merite, viri optimi & Religiosi, præclarissimus liber. Meæ verò in te obseruantiæ, & pietatis id sit officium, & quemadmodum cupio, monumentum sempiternum.

Vale. Venetijs.

Die 1. Ianuarij. 1617.

N

# INDEX RERVM

## Et Verborum

### MAGIS NOTABILIVM.

A



B





a 3 Cal

Infa-

Pœna

Reus

Testes

FINIS.

# PRACTICA CRIMINALIS CANONICA,

AVCTORE

FRATRE FRANCISCO ARRETINO Ordinis Minorum de Obseruantia Sacræ Theologiæ Lectori generali.

## *Quis sit Iudex; & quæ eius facultas in puniendis Fratrum criminibus. Cap. I.*

MVLTA quidem dicenda essent, & de Iudicio, & Iudice, & maxime, quæ ad ipsius Iudicis integritatem attinent; sed illa consulto omittenda duxi; Tum quia ea facile videri possunt apud doctores de illis scribentes, maxime apud D. Antonium. 3. P. tit. 9. c. 1. Tum quia breuitati, quantum possum studens, ea tantum, quæ necessaria fore existimaui pro huius tractatus complemento, volui in medium afferre. S. Antoni.

Quod attinet ad Iudicem, hoc solum duxi in presentiarum declaratione dignum, & necessarium, quod Iudex in duplici consideratur differentia, ordinaria scilicet, & delegata. Quoniam alius est Iudex ordinarius, & alius delegatus; sicut etiam & iurisdictio, est in duplici differentia, ordinaria videlicet, & delegata. Quis sit ordinarius Iudex, tradunt scribentes maxime Inno. & Host. in ca. Cum ab Ecclesiarum, extra de offi. Iud. ord. quos

Iudex est duplex ordinarius, & delegatus.

Inno. Ho. D. Antonin. Sylu.

refert,& sequitur D. Anton.3.p.tit.9.cap.5.§.1.& Syuest.in summa in ver. Iudex. Et dicitur ille, qui est ab vniuersitate electus & à superiore confirmatus. Vnde & Rector cuius libet vniuersitatis, dicitur ordinarius. Vel vt alij definiunt, est is, qui habet vniuersitatem causarum, vt per eumdem Syluest.in verbo Hæreticus 2. num. 2. Delegatus autem dicitur ille,cui ab ordinario causa cognoscenda,& decidenda committirur. Vt per totum tit.extra de offi.& potest.Iud.deleg.

Iudicis ordinarijqui sint apud minores obseruantes.

Quo circa apud nos Minores Obseruantes Iudex ordinarius est primo Reuerendissimus Pater Generalis, & Commissarius item Generalis. Secundo omnes Ministri Prouinciales. Tertio omnes Guardiani: quia, & ipsi eliguntur in capitulis prouincialibus a Ministro prouinciali, & Definitoribus. atque de hoc dubitandum est minime: quoniam & ipsi appellantur prelati,& sunt in dignitate constituti, secundum Geminia. in c.nullus de elect.in 6.post Glossam,quem refert Syluest. in verbo Delegatus.num.3. Quarto Ordinarij sunt Commissarij Prouincialis, qui succedunt in locum Patris Generalis,& Patrum Prouincialium, in officio decedentium: quoniam isti proprie non delegantur,sed sunt sic instituti per constitutiones nostras in Capitulo Generali editas, atque ita dici debent ab vniuersitate electi. Quinto Præses loci electus in capitulo; quia est loco Guardiani. Item Capitulum Generale, & Capitula Prouincialia, toto illo tempore, quo celebrantur, habent iurisdictionem ordinariam; quoniam si ipsa eam alijs concedunt, necessarium est, vt illam prius habeant.

Geminianus.

Syluestr.

Iudices delegati, qui sint.

Delegatus autem est quilibet Commissarius constitutus a Reuerendissimo Patre Generali, item omnes Commissarij constituti a PP. Prouincialibus.

bus, Item omnes Vicarij locales, vbi sunt Guardiani. Et licet adsit communis Regula, quod delegatus non potest subdelegare, nisi impeditus infirmitate, vel alia iusta causa, vt per Syluestr. in dicto verbo Delegatus. num. 12, versic. 3. Fallit tamen in eo qui est delegatus ad vniuersitatem causarum alicuius Castri, Villę, aut Ecclesię: quia tunc potest vnā causam subdelegare, vt notat Glossa in cap. cum causam. extra de Appell. l. cum Prætor. §. 1. ff. de Iudicijs, & tradit Syluest. loco supra proxime alleg.

Sylues. Delegatus ad vniuersitatē causarum potest subdelegare. Glossa.

Et id circo Commissarius P. Generalis missus ad visitandam aliquam prouinciam, Commissarius Prouincialis relictus ad regimen Prouinciæ propter absentiam Prouincialis, poterunt subdelegare aliquam causam. quoniam dicuntur delegati ad vniuersitatem causarum. Et idem iudicio meo, dici deberet de Commissario misso ad visitandum aliquod Cœnobium: quia dicitur delegatus ad vniuersitatem causarum illius Cœnobij. Existimarem pariter, quod Commissarius Generalis, & Commissarius Prouincialis possent mittere subdelegatum ad uisitandum vnum conuentum: quia licet possint esse quam plures causæ in illo conuento, nihilominus ex parte illius P. Commissarij, dici potest vna tantum causa delegata. Non possent tamen prædicti Commissarij subdelegare vniuersitatem causarum sibi delegatarum atque ita non possent instituere alium subcommissarium, nisi id specialiter eis concessum fuisset ab ipso R. P. Generali, & ipsis PP. Prouincialibus.

Vicarij autem Guardianorum de iure delegare non possunt, veruntamen secundum vsum, & consuetudinem Religionis, quando Guardiani sunt absentes possunt subdelegare, & committe-

Vicarii locales de iure de'egare nō pos-

re vices suas alicui Fratri, qui dicitur subuicarius quando contingit eos exire de conuentu, vel impediti sunt infirmitate, vel aliqua iusta causa, ne conuentus maneat sine Rectore, & Vicario domus. Nam communi iudicio omnes doctores consentiunt, quod in hac ipsa re plurimum sit tribuendum consuetudini, vt etiam habetur a Specul. in tit. de offic. Iud. ord.

**sunt, ceterum de cōsuetudine.**

**Speculator.**

**Causæ criminales meri, & mixti imperii subdelegari possunt.**

**Dec.**

**Curtius,**

**Iulius cla.**

Et licet de iure causæ criminales meri, & mixti imperij delegari non possint, vt scribentes in l. 1. ff. de offi. eius, cui mandata est Iurisd. vbi Dec. num. 28. & Curt. Iun. num. 21. inquiunt hanc esse communem opinionem; attamen hodie, ex generali consuetudine indistincte omnes causæ meri, & mixti imperijs delegantur, vt tradit Iulius Clarus in sua pract. crim. quæst. 41. in princip. Vtrum autem delegatus Principis ad vnam causam, possit eam alteri subdelegare; dubia est questio. quia ad sunt doctores attestantes vtramque partem esse communem; vt late per eundem Clarum loco præallegato vers. in delegato autem. Qui tandem concludit, quod in Ducatu Mediolan. talis delegatus non subdelegat: quia Princeps specialiter eligit industriam personæ. & hoc est notandum propter delegationem factam a R. P. Generali, qui, quoad nos dici potest Princeps Religionis.

## ADDITIONES.

a. ET ipsis PP. Prouincialibus. *Adde quod Delegatus inferioris, vel delegati à Principe subdelegare regulariter nequeant. l. à iudice. C. de iudicijs. c. cum iam. extr. de appelat. fallit tamen, quando inferior subdelegandi facultatem concedit. Gloss. 5. putata singularis in c. is cui de Officio delegati lib. 6. Nauar.*

*6. Nauar. in c. Placuit. num. 70. de Pænit. dist. 6. quod ipse Nauar. num. 70. ampliat, vt procedat non solum quando expresse datur licentia, aut facultas subdelegandi; sed etiam quando datur tacita. Quæ tamen non videtur concedi, nisi quando ex vsu, vel coniecturis sufficientibus id apparet.*

b. De officio Iudicis ordinarij. *Notandum est, quod quando Vicarius alicuius Guardiani concedit licentiam alicui fratri confitendi peccata sua alij sacerdoti, non dicitur subdelegare iurisdictionem sibi delegatam; sed tribuere quandam se alij subijciendi. Et tribuere huiusmodi licentiam, & subdelegare separata sunt, vt tradit Nauar. in d. c. Placuit. nu. 69. & sequent. Vbi concludit, quod si Vicarius Parochi est ad modicum tempus constitutus, dederit licentiam alicui Parrocchiano confitendi sua peccata alijs sacerdoti, talis dicitur legitime confiteri. Et mouetur inter alia hac ratione: quoniam tribuere huiusmodi licentiam non est subdelegare. num. 73.* Nauar.

## *Quis ex supradictis habebat facultatem corrigend fratrum delicta. Cap. II.*

Reuerendissimo Patre Generali omisso, Prouincialis habet merum, & mixtum imperium; atq; adeo ad ipsum pertinet corrigere omnes excessus tam graues, quam leues suæ Prouincię. Guardiani similiter, corrigunt illa leuia delicta Fratrum ipsis subditorum, pro quibus imponunt pœnitentiam faciendi disciplinam, comedendi in terra, & comedendi in pane, & acqua. Sed alios excessus graues, pro quibus imponuntur penæ maiores, prout est priuatio vocis, & officiorum, deferre probationis caputium, flagellatio facta aliena manu, intrusio carceris, & aliæ huiusmodi, non

possunt ipsi Guardiani corrigere: quoniam nec possunt tales pœnas imponere, sed Generalis, & Prouinciales, & regulariter, in qualibet causa, in qua est formandus processus in scriptis, Prouincialis erit Judex, & non Guardianus, ut vsus Religionis obseruat. Poterunt, & Vicarij locorum, corrigere illos excessus leues, quos diximus Guardianos corrigere posse in eorum absentia.

Nullus ergo poterit iudicare de excessibus Fratrum, nisi habuerit iurisdictionem super eos, vel ordinariam, vel delegatam. Extant tamen aliqui dua modi, quibus iudicandi potestas alicui conceditur. Quorum alter est, dum crimen committitur eo in loco, in quo quis authoritatem habet: nam quamuis, quid delictum commisit, non subijciatur ei, nec ordinario; nec delegato iure, tamen ratione loci, in quo ille deliquit, poterit iudex de delicto inquirere, & ipsum delinquentem punire. Quoniam indubitata conclusio est apud Doctores vtriusq; iuris, quod Iudex loci, in quo delictum patratum fuit, potest contra delinquentem procedere etiam, quod alias non sit ille eius iurisdictioni suppositus, eumq; condemnare, & punire, & hoc esse receptum afirmat Didacus in sua Practica. q. 11. num. 3. quem refert Clarus in practica criminali quæst. 38. in princ. Ex quo infertur, quod si frater alicuius Prouincię deliquerit in alia prouincia ad Prouincialem illius Prouinciæ, in quo commissum fuit delictum, iudicium facere pertinebit. Et si frater vnius Monasterij deliquerit in alio Monasterio ad Guardianum dicti Monasterij pertinebit iudicium, dummodo sint dellicta, de quibus facultatem habeat corrigendi, vt supra dictum est. Alter uero modus est, cum quis sua sponte se alteri, ut iudicetur, sub-

Nulius potest iudicare de excessibus Fratrum nisi habeat iurisdictionem ordinariã vel delegatam, nisi in duobus casibus.

Didacus.

Clarus.

subijcit; & potest appellari iurisdictio compromissaria, vel arbitraria.

## ADDITIONES.

a. VEl arbitraria. *Sed quæritur nunquid Prælatus poterit procedere contra suum subditum de delicto alibi commißo. idest extra teritorium suum; atque ita extra terminos sue iurisdictionis? Respondetur, quod hæc est dubia questio. Nam partem affirmatiuam tenet Bart. in l. sepulchri. ff. de sepulchro violato; & plures alij relati per Bernardinum Diaz. in Prat. Crimin. Canon. c. 8. Et per Bossium, in suo tractatu delictorum in tit. de foro competenti num. 182. Quo loco scribit. opinionem istam esse vsu forensi comprobatam. Et per Iulium Clarum in pract. crimin. quest. 39. vers. sed quæro. & copiosius per Ignatium Lopez in additionibus crimin. supradicti Bernardini Diaz. d. c. 8.* Bart. Diaz. Boss. Clarus. Ignatius.

*Contrariam uero sent. quod. s. de iure ciuili nec Iudex originis, nec domicilij possit crimina extra territorium commissa punire, tenent quamplurimi adducti per Ignatium Lopez loco proxime allegato, inter quos est Hippolitus de Marsilijs in sua pract. crimin. §. constante. num. 90. aßeuerans hanc esse communem opinionem. Ipse tamen Ignatius inquit, primam opinionem esse magis communem, & ueriorem; quam tenet, & defendit Didacus Couarr. in pract. quæst. num. 6. cap. 11. Et ego censeo quoque hanc apud nos sequendam esse, præsertim quoniam ipse Bernard. Diaz. in c. sequēt. uidelicet. 9. uers. secundum uero iura canonica, uidetur præsupponere, q̄d secundum ius canonicum possit Iudex in quirere contra subditum super delicto alibi commißo. Sed quid si frater, qui deliquit, sit uagabundus? Nunquid puniri poterit ubicun*- Hyppol. Couar.

que repertus fuerit? Respondetur, quod sic iuxta Glos. in l. 1. C. vbi de crimine agi oporteat. quam allegat Gandinus in tract. Maleficiorum in rubrica. Vbi puniantur delinquentes, circa principium. Sequitur Diaz d. c. 9. in fine. Bossius. d. tit. de foro competenti. num. 69. Clarus. q. 39. vers. Ceterum si reus. Et hanc esse communem opinionem fatetur Bellamera consil. 11. col. 1. cum alijs plurimis adductis per Ignatium Lopez. in addit. ad pract. Crimin. d. c. 9. super verbo puniri. licet ipse existimet hanc opinionem falsam esse, & contrariam veriorem; quod. s. Vagabundus remittendus sit ad locum delicti: maxime quã do Iudex loci delicti parte postulante remissionem petierit. Ego existimo, quod quando Prouincialis loci delicti peteret sibi remitti Vagabundum huiusmodi, debeat sibi remitti, quandoquidem melius probabitur delictum in loco, vbi fuit commissum, quam alibi. Quando autem non peteret, tunc puto, quod puniri à Prouinciali loci illius, in quo Vagabundus inuentus fuerit, ne delictum impunitum remaneat. Nam tam ipse, quam Prouincialis loci delicti dicitur suus Iudex competens, cum sic iste sit Iudex ratione domicilij, seu habitationis, sicut & ille ratione delicti.

Gandinus

Bellamer.

Et nota, quod Vagabundus dicitur, qui per mundum vagatur, vt dicit Bart. in l. 4. §. Prætor ait, num. 24. ff. de damno infecto. Et est cõmunis opinio teste Mariano in cap. finali. nu. 57. extr. de foro compet. similiter & qui non habet certum domicilium, ut per Ignatium Lopez. loco proxime allegato in fine post Glossam in dicto §. Prætor ait, & sic quo ad nos, frater, qui uagatur sine obedientia, uocabitur Vagabundus.

Bart.
Marianus

## Quomodo sit procedendum.

## Cap. III.

CVm iustitiæ punitiuæ scopus sit crimina corrigere, atq; emendare; & iuxta criminis grauitatem pœnas adhibero, peccataq; haud sint paria vt falso Stoici senserunt, vt luculenter docet D. Th. 1.2.q. 73. art. 2. ex verbis illis Christi Domini Mat. 5. dicentis. Ego autem dico vobis, quia omnis qui irascitur fratri suo reus erit iudicio, qui autem dixerit fratri racha, reus erit concilio &c. Ideo necessum est prius diuersam criminum grauitatem considerare, ita alia grauia, alia grauiora, alia grauissima. Scopus iustitiæ punitiuæ. D. Tho.

Leuia defectus sunt quotidiani, vt si ad officium quis tarde venerit, si silentium fregerit, si cibum, vel potum sine licentia sumpserit, & alia huiusmodi, quæ quotidianis pœnitentijs a Prælatis in Refectorio corriguntur, & a quibus iuxta decretū. Illustriss. Cardinalis Arrigonis nostræ Religiones Protectoris appellari non licet. Delicta leuia.

Grauia crimina ea possunt appellari, quę religiosos homines valde dedecent; vt si quis confessionē, & communionem a constitutionibus pręscriptam omiserit. si quis missam debito tempore non audierit, qui sępius, quàm par est, celebrare omiserit; Qui ieiunium, vel ecclesiasticum, vel regulare fregerit; Qui sacrarum litterarum verbis inter loquēdum abusus fuerit; Qui diuinum officium in choro sine causa recitare notabiliter omiserit, uel non persoluerit, & his similia. Delicta grauia.

Grauiora hęc, vel similia dicantur, vt si quis fratrem notabili infamia affecerit; Qui conuicia, & enormes contumelias fratri obiecerit; Qui alicui Delicta grauiora.

cui illum mentiri improperauerit. Qui fratrem percutere grauiter minatus fuerit; Qui falsum testimonium in iudicio dixerit; Qui fratrem manibus, vel ligno alioue instrumento citra ferrum grauiter percusserit; Qui inobediens contumaciter fuerit; Qui proprietarius in re notabili fuerit repertus; Qui religionis secreta extra ordinem reuelauerit; Qui libellos, (vt aiunt) famosos composuerit, scripserit, vel publicauerit. Qui libros sine licentia superiorum, ad quos spectat, in scriptis habita imprimere fecerit; Qui ad actum carnalem sollicitauerit; Qui pecuniam pro se, vel pro aliis sine prouincialis licentia procurauerit.

Delicta grauissima.

Grauissima vero hęc, quę sequuntur appellari possunt: videlicet manus, seu sigilli prouincialis, vel Generalis Ministri falsificatio, fornificatio quæcumque. Mulierum introductio intra septa monasterii temere facta. Subornatio in electionibus: Aggressio ferro facta, nec percussione secuta, percussio etiam, non secuto vulnere, Vulnus item non secuta morte, & demum (quod absit) Homicidium Veleni propinatio, & crimen pessimum, & innominabile; et his similia.

In leuibus igitur, & grauibus Prouinciales, ac etiam Guardiani, & eorum substituti sine vllo prorsus scripto procedere possunt omni appellatione remota. In grauioribus autem, & grauissimis Prouinciales tantum, & Generales, & eorum Commissarij scripto procedere debent, seu processum iuridice formare, & nullus ipsis inferior. Guardiani tamen, & præsidentes in casibus vrgentibus, & vbi periculum esset in mora, tamquam Prouincialium delegati, processum conficere possunt, & de consilio Discretorum conuentu ad custodiam, vbi fuga timetur in carcerem de-

Leuia crimina corrigere qui possit.

tru-

ſtudere, & deinde prouincialem, vel Commiſſarium certiorem facere.

## De pœnis cuilibet crimini adhibendis. Cap. IIII.

NE prouinciales in incerto laborent, placuit hic ad ipſorum inſtructionē pænas aſſignare a noſtris conſtitutionibus taxatas pro grauioribus, et grauiſſimis culpis, in quibus proceſſum formandum eſſe diximus & primo pro grauioribus.

Guardianus quando poſſit formare.

Qui falſo, & ſcienter perſonam aliquam de crimine infamauerit in publico, non abſoluatur a prouinciali, niſi impoſita ſibi pœna criminis de falſo, & niſi primo, prout potuerit, famam reſtituat infamatæ perſonæ, prout in conſtitutionibus Salaman. cap. 7. cauetur. Quod etiam intelligendum eſt, de eo, qui delictum impoſitum probare non potuerit, ſaltem ſemiplene, in quo attendenda eſt etiam, & infamiæ grauitas, & perſonæ infamatæ conditio.

Quicunque fratrum alteri fratri, non prelato, verbum improperij, aut conuicij, dixerit, aut leuiter quemquam prouocauerit, flagella, diſciplinæ nomine, ſingulis vicibus in communitate ſibi adhibeat; Si vero prelato alicui ſimilia verba protulerit, vltra præfatam pænam humi genuflexus pane & aqua ieiunet, & omni ſuffragiorum iure biennio careat. ex Salam. cap. 7. ex Rom. 1575. Qui vero verbis, aut factis aliquem prouocauerit grauiter, pro prima vice probationis caputium per menſem deferat, pro ſecunda bimeſtri carceri mancipetur, & actiua, & paſſiua voce decennio careat. ex Neapol. cap. 35.

Si quis aliquem improperauerit de delicto, pro quo

quo iam alias fuit punitus simili pœna puniatur ex Salaman.cap.7.& ex Val.1593.

Qui falsum testimonium, & Accusatores, qui crimen obiectum legitime,ac sufficienter non probauerit, pœna talionis puniri debent, sicuti, & ij, qui scienter de crimine alias sufficienter punito, quempiam accusauerint, ac etiam, qui ex malitia de illis excessibus accusauerint, a quibus alias accusatus iudicialiter, & rite fuerit absolutus ex Salaman.cap.10.& ex Valol.1593.

Quicunque fratrum per se, vel per alium litteras,aut sigilla prælatorum Generalium,uel prouincialium, aut principum seu, aliarum notabilium personarum falsificauerit, ipso facto sententiam excommunicationis incurrit, & si de eo legitime constiterit, carceribus debet mancipari, a quibus liberari haud poterit sine Generalis ipsius facultate, ac præterea ad ordinis dignitates, & officia quęcunque perpetuo inhabilis existit. Ex Salam. cap.7.& Val.1593.

Qui malitiose supradictorum litteras, vel per se,vel per alium destruxerit,impediuerit, aut retinuerit,ne mittantur,aut aperuerit, aut quomodolibet interceperit, ipso facto est actibus legitimus priuatus,si eo de crimine legitime constiterit, & cui hæc pœna non competit, debet probationis caputium deferre, superiorum arbitratu. quod quod intelligi debet,tam de litteris ab eis, quam ad eos scripti; ac item de his, quę ad eorum secretarios pertinent, & eisdem etiam pœnis subiiciuntur,qui prædictorum litteras sibi ipsis missas legegere,aut aperire malitiose distulerit. ex Salam.

Si quis proprij quidquam habere deprehensus fuerit, is ex Sacra Trident. Synodo suffragiorum iure est priuatus, grauius etiam puniri potest, superio ris

perioris arbitratu pro delicti modo; multoque magis qui ex communi, aut ex eo, quod alicuius vsui tributum est furtum quicquam commiserit, ex nostris vero statutis debet carceri mancipari, actibusque legitimis priuari; atque etiam ecclesiastica sepultura (si quod absit) ex hac luce proprietarius migrauerit. ex Salaman. cap. 6. & ex Val. 1593.

Qui frater alteri fratri, vel alicui personæ minabitur in persona, vnius mensis tempore probationis caputium deferre debet, si autem manum leuauerit, vt percutiat, vel aliquid ad percutiendum acceperit, tribus mensibus idem probationis caputium ei debet imponi, qui vero leuiter percusserit, eodem probationis caputio per annum debet probari, si autem grauiter percusserit, vel ad grauiter percutiendum lapidem, vel baculum acceperit, vel proiecerit, vel gladium, aut cuius vis alterius generis instrumentum eduxerit, & qui etiam arma offensiua portauerit, vel in Cella, vel alibi retinuerit, semestri carceris pena puniri debet. ex Salaman. cap. 7. & ex Val. 1593.

Qui contumaciter inobediens fuerit, carceribus mancipari debet, & consequenter actuum legitimorum exercitio priuari. ex Salaman. cap. 8. & ex Val. 1593.

Qui diuisiones inter fratres, Prælatorum depositiones, & priuationes, & peccata in ordine correcti, & corrigenda, dissensiones, & discordias, & quicquid in infamiam, & detrimentum ordinis, extra ipsum ordinem, quoquomodo diuulgauerit, eo ipso excommunicationis sententiam incurrit, & si legitime conuictus fuerit, omnibus actibus legitimis perpetuo priuari debet. easdem etiam pœnas incurrit, qui (iuxta constitutionem Gregor. XIII.) recurrunt ad Tribunalia sæcularia. ex Salaman. c.

7. ex

7.ex Val.1603.& ex Roman.1609.

Si qui fratium de suspectis consortijs, & colloquijs admoniti se non correxerint, si in officijs sunt ab eis debent absolui, & suspendi, nec taliter suspensi, vel absoluti restitui debent, nisi in Prouinciali Capitulo; si vero in officijs non fuerint, omni actu legitimo sunt priuandi, & cui hæc pœna non competit, probationis caputio per bimestre debet puniri. ex Salaman.cap.11.

Qui pecuniam pro se, vel pro alijs, sine Prouincialis licentia procurauerit, proprietarij pœna debet puniri,vt supra; etiam pœna debet puniri,qui denarios supra se portauerit,vel proprijs manibus contrectauerit,vel in pera,vel supra iumentum detulerit, ac item qui denarios apud se, vel in Cella, vel alibi, vel in manibus sæcularium depositos habuerit. ex Salaman.cap.4.ex Val.1593.

Qui libros imprimere fecerit,sine Generalis,vel Prouincialis licentia in scriptis habita, iuxta Sacri Concil. Lateran. decretum, & nostras constitutiones,excommunicationis latæ sententiæ pœna innodatus, omni actu legitimo ipso facto priuatus existit.ex Salaman.cap.9.

Qui tacito nomine,vel sub nomine alieno litteras,siue libellos famosos,ediderit,miserit,proiecerit, vel quomodolibet exposuerit in alicuius infamiam ipso facto excommunicationis sententiam incurrit, & quicunque de prædictis conuictus fuerit carceribus mancipari debet superiorum arbitratu. ex Salaman.cap.7. & ex Roman. 1603.

## *Pro grauissimis pœna delictis.* Cap. V.

SI quis confessus,vel conuictus fuerit, in fornicationis, vel grauioris speciei delictum incidisse; pro

pro prima vice semestri carceri mancipari debet, & omnium suffragiorum iure triennio priuari, & si in illud idem, secundo inciderit, per annum in carceres detrudatur, & omnibus ordinis officijs decennio priuetur, quod si tertio illud ipsum commiserit, ad omnia ordinis officia perpetuo inhabilis declaretur, & longiori tempore carceribus mancipetur, vel etiam ad triremes mittatur superiorum arbitratu, pro qualitate delicti, vel scandali ratione. ex Salaman. cap. 7. & ex Val. 1593.

Si quis sacrilegium admiserit ad triremes omnino condemnetur, aut perpetuo carceri mancipetur, superiorum arbitratu. ex Val. 1593.

Qui peccatum innominabile admiserit, nudus cum solis femoralibus coram fratribus capitulariter congregatis, manibus ligatis, grauiter flagelletur, ac Psal. Miserere mei Deus recitet, ac leiusculis flammis igneis, hinc inde circumpositis, in signum debitæ pęnæ; & in perpetuum carcerem detrudatur, ibique ter in hebdomada, in pane, & aqua ieiunet. Quod si Generalis Minister post aliquot annos, eum a carceribus misericorditer liberauit, omni tamen suffragiorum iure perpetuo careat, & ad omnia religionis officia inhabilis existat. Si verò iterum de eodem vitio nephando, notatus, ac legitime conuictus fuerit, ad triremes omnino damnatus mittatur. ex Salaman. cap. 7 & ex Val. 1593.

Qui in electionibus, vel ante eas per sex menses pro se, uel pro alio, vel per alium subornauerit, ex Const. Pij V. excommunicationis sententiam ipso facto incurrit, a qua absolui non potest, nisi a ministro, vel Commissario Generali. Si vero Generales ipsi in eamdem damnationem inciderint a solo Summo Pontifice absolui poterunt, iuxta Const. Grego-

rij

rij XIII. secundum verò nostras constitutiones; qui de subornationis crimine legitime fuerit conuictus ipso facto, actibus legitimis priuatus existit. ex Salaman.cap.8.

Quicunque gladio, baculo; vel pugillo, aut fratrem, aut sæcularem quempiam percusserit, carceri per annum mancipari debet, ac omni suffragiorum iure, & actibus legitimis priuari; ac per mensem ter in qualibet hebdomada coram fratribus capitulariter congregatis genuflexus comedere illis met instrumentis, quibus ferire, vel percutere ausus est ei de collo pendentibus. Quod si mors secuta fuerit, aut atrox mutilatio; ad triremes omnino condemnetur, quibus pœnis etiam subiaceat, qui quempiam enormiter vulnerauerit, aut alicui venenum dederit, & qui hæc eadem, vel similia per alium fieri procurauerit, vel ad huiusmodi facienda machinasse legitime conuictus fuerit. Ex Salaman. cap. 7. & ex Roman. 1575. & 1587.

Quicunque Prelatum localem gladio percusserit, & mors secuta fuerit ad triremes perpetuo condemnetur; si autem mors secuta non fuerit; ad triremes mittatur superiorum arbitratu. Qui verò Prouincialem quouis modo etiam leuiter percusserit, Generalis arbitratu ad triremes mittatur: si autem gladio cum percusserit; siue mors secuta fuerit, siue non ad triremes omnino perpetuo damnetur; quod si quis Generalem ipsum etiam leuissime percutere auserit, is perpetuo ad triremes damnatus omnino mittatur. ex Roman. 1575. & ex Val. 1593.

Qui intra septa Monasterij mulieres introduxerit, vel intra septa Monasterij sanctimonialium etiam temere ingressus fuerit, iuxta Const. Pij V. & Gregorij XIII. mulctari debet.

Quo-

Quoniam autem nimis longum esset singulis delictis singulas debitas assignare pęnas, Prælatorum erit eas vel à iure communi, vel ex ordinis nostri constitutionibus elicere, & arbitrari. in præfatis autem pœnis assignatis, seruare debent iudices præfixas sibi leges, a quibus discedere nefas est.

## ADDITIONES.

a. COnsil. 3. num. 2. *Adde qui licet laici de iure accusare non possint clericos, ut in cap. laico, & in cap. sicut sacerd. 2. q. 7. Attamen poßunt eos in aliquibus criminibus iure optimo accusare primo in crimine hæresis prauitatis. c. Sacerdotes, & cap. oues. 2. qu. 7. secundo in crimine læsę maiestatis. cap. sane. 15. q. 3. Glos. in summa. 2. q. 7. Tertio in crimine lapidationis. cap.* Non *liceat. 7. qu. 2. Quarto quando laicus suam uel suorum iniuriam prosequitur. c. omnibus. 4. q. 7. cap. delego extra de testibus quinto in crimine simoniæ. c. tanta de simonia. Sexto in crimine sacrilegij. tex. est in §. qui autem. 17. q. 4. septimo quando crimen est notorium. ca. cum dilectus extra de purgat. Canon. Abb. in cap. de cætero extra de testibus. Et omnes hos casus ponit Ignatius Lopez in addit. ad Pract. crim. Bernardin. Diaz. cap. 4. Quibus addit alios tres, qui non pertinent ad Religiosos.* Laicus quādo possit accusare Clericū. Abb.

## *DE MODO PROCEDENDI. Cap. 7.*

DEcet religiosos viros sincera, & plena criminum cognitio sinè strepitu, & forma iudicij. Qua propter optima ratione omnes ferè interpretes iuris pontificij, & maxime Panormit. in ca. cum contingat extra de foro competen. censuerunt in animaduertendis excessibus Regularium proceden- Panorm.

dum non esse iure ordinario, sed summariè, & sine strepitu, & figura iudicij. Tum quia id plurimum pugnat cum instituto monasticæ vitæ, quæ pacato littore pergit; Tum etiam, quia ea ratione sunt posita regularia instituta, vt secundum eam omnis religiosorum administratio pergat. Quinimo, & Papa Greg. Nonus hoc ipsum statuit in ca. olim extra de accus. Qui pro ratione adducit non decere seruos Dei talibus iudiciorum strepitibus inuolui, quo circa huic iuris peritorum, & summi Pontificis rationabili sententiæ inhærentes, Patres nostri in Const. generalibus. Salaman. c. 7. optime sanxerunt, quod Prælati in corrigendis fratrum excessibus, non sequantur rimas, & apices iuris, quod etiam apud omnes approbatas Religiones fere in vsum positum videmus iuxta concessionem factam, a Papa Bonifacio VIII. quam libuit ponere hic de verbo ad verbum, prout habetur in fundamento trium ordinum, & in Const. Salam. cap. 7. in principio.

In corrigendis Regularibus nō est procedēdum iure ordinario.

Greg. IX.

Constitutio Bonif. VIII. de modo procedēdi criminaliter inter fratr. min. de obseru.

Bonifacius Episcopus seruus seruorum Dei dilectis filijs Generali, & Prouincialibus Ministris, & vniuersis Fratribus ordinis Fratrum Minorum salutem, & Apostolicam benedictionem. Ad augmentum continuum religionum, & ordinum, quos Romana suscepit, & approbauit Ecclesia paternis studijs intendentes, & cōsiderantes attentius, quod non intermissa sedulitas disciplinæ, & rigoris ordines supradictos, statusque regulares, salubriter dirigit, & conseruat, quodque si eam perire, vel remitti contigerit, ordo quilibet collabi necessario cogeretur; pensantes, quod si regularium personarum correctio, rimas, iuris, & apices sequeretur, huiusmodi rigor lentesceret, ac multiplici laxatione torperet; Nos vestris pijs suplicationibus inclinati, vobis auctoritate Apostolica indulgemus, vt

Apices iuris non sēper seruantur.

ad

ad correctiones, & punitiones fratrum eiusdem ordinis delinquentium infligendas, Prælati ordinis supradicti, ad quos ea spectare noscuntur, rimulis iuris, & apicibus eius postpositis, libere procedere valeant, secundum consuetudines approbatus, & generalia facta, & facienda ordinis instituta. Nec volumus eisdem licere fratribus, ab eisdem correctionibus, & punitionibus aliquatenus appellare, preuia deliberatione, & maturitate debita obseruatis. Nulli ergo hominum liceat &c. Romæ apud Sanctum Petrum II. Idus Nouembris Pontificatus nostri anno primo.

Appellatio qualiter interdicatur fratribus.

Qua propter prædictæ constitutioni inhęrentes, possunt, & debent Iudices Regulares in procedendo, ea omnia prætermittere, quæ ad solemnitates spectant, rimulis, & apicibus omnibus postpositis; essentialibus, & necessarijs tantum obseruatis. Opere præcium est ergo videre modo, quid nam sit omittendum, quiduè obseruandum in huiusmodi iudicijs, in quibus iudices regulares ad corrigendos fratrum excessus procedunt post positis rimulis, & apicibus iuris, iuxta supradictam concessionem.

Iudices Regulares quid obseruare, quiduè omittere possint, in iudicijs ferendis.

In primis itaque obseruandum est, quod cum in iudicio alia adsint, quæ appellantur necessaria, atque, vt doctores loquuntur essentialia; alia vero, quæ conferunt ad eius perfectionem, & solemnitatem, in huiusmodi iudicijs, in quibus proceditur de plano omissis solemnitatibus iuris, ea omnia prętermittenda sunt, quæ pertinent ad solemnitatem; quæ autem, substantialia, & essentialia sunt, nullo modo sunt omittenda.

### *Quæ sint ea, quæ spectant ad iudicij solemnitatem, atque adeo omitti possunt.* Cap, 17.

Quæ spectant ad Iudicij solemnitatem.

EA ad Iudicij solemnitatem spectant, quæ sunt iuris positiui Ciuilis, vel etiam Canonici, vt sunt citationum interualla, dilationes, contestatio litis, dilationes interloquutoriæ, & cætera huiusmodi. Vnde infertur, quod sufficit de delicto constare per duos testes contestes, licet forte in aliquo casu de iure ciuili plures requirantur, non est necesse dare libellum, sed sufficit quælibet petitio, nec lis contestatur. Debet etiam Iudex materiam dilationum amputare; & litem, quantum poterit, facere breuiorem, repellendo exceptiones, appellationes dilatorias, & frustratorias, Partiumq; aduocatorum, & procuratorum contentiones, & iurgia, testiumq; superfluam multitudinem, declarat tex. in Clem. sæpe de verborum significat.

Testes à Iure reprobati admitti possunt. D. Anton. Syluestr.

Item poterit prælatus vigore talium verborum admittere testes, & personas à iure reprobatas, puta relegatas, & infames: quia infamia est de iure positiuo. cap. per tuas extra de simo. ita tradit D. Anton. & Syluestr. vbi supra, & per consequens secundum eorum decisionem poterunt admitti in testes etiam mulieres: quia non prohibentur esse testes per dispositionem iuris naturalis, vel gentium, sed iuris Canonici. 33. qu. 5. cap. mulierem, vt luculentissime docet etiam Clarus in 3. libr. sent. §. Testamentum q. 55. vers. sed quid de iure Cano. vbi docet, quod in testamento ad pias causas, in quo sublatæ sunt omnes solemnitates iuris ciuilis, mulier potest esse testis, & hanc dicit esse communem opinionem quòd etiam docet Bald. in lectura l. 1. num. 6. C. de sacrosan. Eccl.

Iulius cl.

Baldus.

Quæ

## Quæ sint ea, quę appellantur eßentialia Iudicij. Cap. III.

ILla dicuntur substantialia, & essentialia iudicij, quæ sunt de iure diuino naturali, vel gentium, vt declarat Panormit. in cap. Delicti. extra de Iudic. & Syluestr. in verbo Iudex. 1. q. 5. D. Anton. in 3. p. t. 9. cap. 15. §. 6. & Nauar. lib. 2. consil. tit. de sent. & re iudicata, consi. 1. in fine, vbi inquit, quod fratres minores in iudicijs suis debent seruare ea, quę sunt iure naturali, & diuino necessaria, & sufficientia ad inquisitionem, & inuentionem iustitię. Idem etiam docet eodem lib. tit. de appellat. consil. 5. num. 10. in fine. Hæc vero sunt in genere quatuor. primum, vt contra aliquem non procedatur nisi accusatum, denunciatum, aut infamatum, iuxta tres modos procedendi a iure; statutos per accusationem, denunciationem, & inquisitionem, secundum vt testes examinentur cum iuramento tertium, vt absens vocetur. quartum, vt indefensus non condemnemur, nisi fuerit contumax.

Quæ sunt illa, quæ sunt essentialia Iudicij. Panorm. D. Anton. Nauar.

Essentialia iudicij sunt quatuor.

## De primo necessario ad iudicium. Cap. IIII.

NOn debet itaque iudex contra aliquem inquirere, nec aliquem condemnare, sine accusatore, uel aliquo, qui vice fungatur accusatoris. & ratio est, vt egregie docet S. Thom. 2. 2. qu. 63. art. 3. quoniam vt inquit Philosophus. 5. Ethy. Iudex est interpres, & custos iustitiæ, ad quem confugiunt, qui iniuriam patiuntur, tamquã ad Iustitiam quãdam animatam; iustitia verò, quia est æqualitas, & virtus ad alterum, non potest esse nisi inter duos,

Iudex non debet cõdemnare aliquẽ sine accusatore. D. Thom. Philos.

quo iam alias fuit punitus simili pœna puniatur ex Salaman.cap.7.& ex Val.1593.

Qui falsum testimonium, & Accusatores, qui crimen obiectum legitime, ac sufficienter non probauerit, pœna talionis puniri debent, sicuti, & ij, qui scienter de crimine alias sufficienter punito, quempiam accusauerint, ac etiam, qui ex malitia de illis excessibus accusauerint, a quibus alias accusatus iudicialiter, & rite fuerit absolutus ex Salaman.cap.10.& ex Valol.1593.

Quicunque fratrum per se, vel per alium litteras, aut sigilla prælatorum Generalium, uel prouincialium, aut principum seu, aliarum notabilium personarum falsificauerit, ipso facto sententiam excommunicationis incurrit, & si de eo legitime constiterit, carceribus debet mancipari, a quibus liberari haud poterit sine Generalis ipsius facultate, ac præterea ad ordinis dignitates, & officia quęcunque perpetuo inhabilis existit. Ex Salam. cap.7.& Val.1593.

Qui malitiose supradictorum litteras, vel per se, vel per alium destruxerit, impediuerit, aut retinuerit, ne mittantur, aut aperuerit, aut quomodolibet interceperit, ipso facto est actibus legitimus priuatus, si eo de crimine legitime constiterit, & cui hæc pœna non competit, debet probationis caputium deferre, superiorum arbitratu. quod quod intelligi debet, tam de litteris ab eis, quam ad eos scripti; ac item de his, quę ad eorum secretarios pertinent, & eisdem etiam pœnis subiiciuntur, qui prædictorum litteras sibi ipsis missas legegere, aut aperire malitiose distulerit. ex Salam.

Si quis proprij quidquam habere deprehensus fuerit, is ex Sacra Trident. Synodo suffragiorum iure est priuatus, grauius etiam puniri potest, superio ris

perioris arbitratu pro delicti modo; multoque magis qui ex communi, aut ex eo, quod alicuius vsui tributum est furtum quicquam commiserit, ex nostris vero statutis debet carceri mancipari, actibusque legitimis priuari; atque etiam ecclesiastica sepultura (si quod absit) ex hac luce proprietarius migrauerit. ex Salaman. cap. 6. & ex Val. 1593.

Qui frater alteri fratri, vel alicui personæ minabitur in persona, vnius mensis tempore probationis caputium deferre debet, si autem manum leuauerit, vt percutiat, vel aliquid ad percutiendum acceperit, tribus mensibus idem probationis caputium ei debet imponi, qui vero leuiter percusserit, eodem probationis caputio per annum debet probari, si autem grauiter percusserit, vel ad grauiter percutiendum lapidem, vel baculum acceperit, vel proiecerit, vel gladium, aut cuius vis alterius generis instrumentum eduxerit, & qui etiam arma offensiua portauerit, vel in Cella, vel alibi retinuerit, semestri carceris pena puniri debet. ex Salaman. cap. 7. & ex Val. 1593.

Qui contumaciter inobediens fuerit, carceribus mancipari debet, & consequenter actuum legitimorum exercitio priuari. ex Salaman. cap. 8. & ex Val. 1593.

Qui diuisiones inter fratres, Prælatorum depositiones, & priuationes, & peccata in ordine, correcti, & corrigenda, dissensiones, & discordias, & quicquid in infamiam, & detrimentum ordinis, extra ipsum ordinem, quoquomodo diuulgauerit, eo ipso excommunicationis sententiam incurrit, & si legitime conuictus fuerit, omnibus actibus legitimis perpetuo priuari debet. easdem etiam pœnas incurrit, qui (iuxta constitutionem Gregor. XIII.) recurrunt ad Tribunalia sæcularia. ex Salaman. c.

7. ex

7.ex Val.1603.& ex Roman.1609.

Si qui fratrum de suspectis consortijs, & colloquijs admoniti se non correxerint, si in officijs sunt ab eis debent absolui, & suspendi, nec taliter suspensi, vel absoluti restitui debent, nisi in Prouinciali Capitulo; si vero in officijs non fuerint, omni actu legitimo sunt priuandi, & cui hæc pœna non competit, probationis caputio per bimestre debet puniri. ex Salaman.cap.11.

Qui pecuniam pro se, vel pro alijs, sine Prouincialis licentia procurauerit, proprietarij pœna debet puniri, vt supra; etiam pœna debet puniri, qui denarios supra se portauerit, vel proprijs manibus contrectauerit, vel in pera, vel supra iumentum detulerit, ac item qui denarios apud se, vel in Cella, vel alibi, vel in manibus sæcularium depositos habuerit. ex Salaman.cap.4.ex Val.1593.

Qui libros imprimere fecerit, sine Generalis, vel Prouincialis licentia in scriptis habita, iuxta Sacri Concil. Lateran. decretum, & nostras constitutiones, excommunicationis latæ sententiæ pœna innodatus, omni actu legitimo ipso facto priuatus existit. ex Salaman.cap.9.

Qui tacito nomine, vel sub nomine alieno litteras, siue libellos famosos, ediderit, miserit, proiecerit, vel quomodolibet exposuerit in alicuius infamiam ipso facto excommunicationis sententiam incurrit, & quicunque de prædictis conuictus fuerit carceribus mancipari debet superiorum arbitratu. ex Salaman.cap.7. & ex Roman. 1603.

## *Pro grauissimis pœna delictis. Cap. V.*

SI quis confessus, vel conuictus fuerit, in fornicationis, vel grauioris speciei delictum incidisse; pro

pro prima vice semestri carceri mancipari debet, & omnium suffragiorum iure triennio priuari, & si in illud idem, secundo inciderit, per annum in carceres detrudatur, & omnibus ordinis officijs decennio priuetur, quod si tertio illud ipsum commiserit, ad omnia ordinis officia perpetuo inhabilis declaretur, & longiori tempore carceribus mancipetur, vel etiam ad triremes mittatur superiorum arbitratu, pro qualitate delicti, vel scandali ratione. ex Salaman. cap. 7. & ex Val. 1593.

Si quis sacrilegium admiserit ad triremes omnino condemnetur, aut perpetuo carceri mancipetur, superiorum arbitratu. ex Val. 1593.

Qui peccatum innominabile admiserit, nudus cum solis femoralibus coram fratribus capitulariter congregatis, manibus ligatis, grauiter flagelletur, ac Psal. Miserere mei Deus recitet, ac leuiusculis flammis igneis, hinc inde circumpositis, in signum debitæ pęnæ; & in perpetuum carcerem detrudatur, ibique ter in hebdomada, in pane, & aqua ieiunet. Quod si Generalis Minister post aliquot annos, cum a carceribus misericorditer liberauit, omni tamen suffragiorum iure perpetuo careat, & ad omnia religionis officia inhabilis existat. Si verò iterum de eodem vitio nephando, notatus, ac legitime conuictus fuerit, ad triremes omnino damnatus mittatur. ex Salaman. cap. 7 & ex Val. 1593.

Qui in electionibus, vel ante eas per sex menses pro se, uel pro alio, vel per alium subornauerit, ex Const. Pij V. excommunicationis sententiam ipso facto incurrit, a qua absolui non potest, nisi a ministro, vel Commissario Generali. Si vero Generales ipsi in eamdem damnationem inciderint a solo Summo Pontifice absolui poterunt, iuxta Const. Grego-

rij

rij XIII. secundum verò nostras constitutiones; qui de subornationis crimine legitime fuerit conuictus ipso facto, actibus legitimis priuatus existit. ex Salaman. cap. 8.

Quicunque gladio, baculo; vel pugillo, aut fratrem, aut sæcularem quempiam percusserit, carceri per annum manciperi debet, ac omni suffragiorum iure, & actibus legitimis priuari; ac per mensem ter in qualibet hebdomada coram fratribus capitulariter congregatis genuflexus comedere illis met instrumentis, quibus ferire, vel percutere ausus est ei de collo pendentibus. Quod si mors secuta fuerit, aut atrox mutilatio; ad triremes omnino condemnetur, quibus pœnis etiam subiaceat, qui quempiam enormiter vulnerauerit, aut alicui venenum dederit, & qui hæc eadem, vel similia per alium fieri procurauerit, vel ad huiusmodi facienda machinasse legitime conuictus fuerit. Ex Salaman. cap. 7. & ex Roman. 1575. & 1587.

Quicunque Prelatum localem gladio percusserit, & mors secuta fuerit ad triremes perpetuo condemnetur; si autem mors secuta non fuerit; ad triremes mittatur superiorum arbitratu. Qui vero Prouincialem quouis modo etiam leuiter percusserit, Generalis arbitratu ad triremes mittatur: si autem gladio eum percusserit; siue mors secuta fuerit, siue non ad triremes omnino perpetuo damnetur; quod si quis Generalem ipsum etiam leuissime percutere auserit, is perpetuo ad triremes damnatus omnino mittatur. ex Roman. 1575. & ex Val. 1593.

Qui intra septa Monasterij mulieres introduxerit, vel intra septa Monasterij santimonialium etiam temere ingressus fuerit, iuxta Const. Pij V. & Gregorij XIII. mulctari debet.

Quo-

Quoniam autem nimis longum esset singulis delictis singulas debitas assignare pęnas, Prælatorum erit eas vel à iure communi, vel ex ordinis nostri constitutionibus elicere, & arbitrari. in præfatis autem pœnis assignatis, seruare debent iudices præfixas sibi leges, a quibus discedere nefas est.

## ADDITIONES.

a. COnsil. 3. num. 2. *Adde qui licet laici de iure accusare non possint clericos, ut in cap. laico, & in cap. sicut sacerd. 2. q. 7. Attamen possunt eos in aliquibus criminibus iure optimo accusare primo in crimine hæresis prauitatis. c. Sacerdotes, & cap. oues. 2. qu. 7. secundo in crimine læsę maiestatis. cap. sane. 15. q. 3. Glos. in summa. 2. q. 7. Tertio in crimine lapidationis. cap.* Non liceat. *7. qu. 2. Quarto quando laicus suam, uel suorum iniuriam prosequitur. c. omnibus. 4. q 7. cap. delego extra de testibus quinto in crimine simoniæ. c. tanta de simonia. Sexto in crimine sacrilegij. tex. est in §. qui autem. 17. q. 4. septimo quando crimen est notorium. ca. cum dilectus extra de purgat. Canon. Abb. in cap. de cætero extra de testibus. Et omnes hos casus ponit Ignatius Lopez in addit. ad Pract. crim. Bernardin. Diaz. cap. 4. Quibus addit alios tres, qui non pertinent ad Religiosos.*

Laicus quādo possit accusare Clericū.

Abb.

## *DE MODO PROCEDENDI. Cap. I.*

DEcet religiosos viros sincera, & plena criminum cognitio sinè strepitu, & forma iudicij. Qua propter optima ratione omnes ferè interpretes iuris pontificij, & maxime Panormit. in ca. cum contingat extra de foro competen. censuerunt in animaduertendis excessibus Regularium proceden-

Panorm.

dum non esse iure ordinario, sed summariè, & sine strepitu, & figura iudicij. Tum quia id plurimum pugnat cum instituto monasticæ vitæ, quæ pacato littore pergit; Tum etiam, quia ea ratione sunt posita regularia instituta, vt secundum eam omnis religiosorum administratio pergat. Quinimo, & Papa Greg. Nonus hoc ipsum statuit in ca. olim extra de accus. Qui pro ratione adducit non decere seruos Dei talibus iudiciorum strepitibus inuolui, quo circa huic iuris peritorum, & summi Pontificis rationabili sententiæ inhærentes, Patres nostri in Const. generalibus. Salaman. c. 7. optime sanxerunt, quod Prælati in corrigendis fratrum excessibus, non sequantur rimas, & apices iuris, quod etiam apud omnes approbatas Religiones fere in vsum positum videmus iuxta concessionem factam, a Papa Bonifacio VIII. quam libuit ponere hic de verbo ad verbum, prout habetur in fundamento trium ordinum, & in Const. Salam. cap. 7. in principio.

In corrigendis Regularibus nõ est procedẽdum iure ordinario.

Greg. IX.

Constitutio Bonif. VIII. de modo procedẽdi criminaliter inter fratr. min. de obseru.

Bonifacius Episcopus seruus seruorum Dei dilectis filijs Generali, & Prouincialibus Ministris, & vniuersis Fratribus ordinis Fratrum Minorum salutem, & Apostolicam benedictionem. Ad augmentum continuum religionum, & ordinum, quos Romana suscepit, & approbauit Ecclesia paternis studijs intendentes, & cõsiderantes attentius, quod non intermissa sedulitas disciplinæ, & rigoris ordines supradictos, statusque regulares, salubriter dirigit, & conseruat, quodque si eam perire, vel remitti contigerit, ordo quilibet collabi necessario cogeretur; pensantes, quod si regularium personarum correctio, rimas, iuris, & apices sequeretur, huiusmodi rigor lentesceret, ac multiplici laxatione torperet; Nos vestris pijs suplicationibus inclinati, vobis auctoritate Apostolica indulgemus, vt

Apices iuris non sẽper seruantur.

ad

ad correctiones, & punitiones fratrum eiusdem ordinis delinquentium infligendas, Prælati ordinis supradicti, ad quos ea spectare noscuntur, rimulis iuris, & apicibus eius postpositis, libere procedere valeant, secundum consuetudines approbatus, & generalia facta, & facienda ordinis instituta. Nec volumus eisdem licere fratribus, ab eisdem correctionibus, & punitionibus aliquatenus appellare, preuia deliberatione, & maturitate debita obseruatis. Nulli ergo hominum liceat &c. Romæ apud Sanctum Petrum II. Idus Nouembris Pontificatus nostri anno primo.

Appellatio qualiter interdicatur fratribus.

Qua propter prædictæ constitutioni inhęrentes, possunt, & debent Iudices Regulares in procedendo, ea omnia prætermittere, quæ ad solemnitates spectant, rimulis, & apicibus omnibus postpositis; essentialibus, & necessarijs tantum obseruatis. Opere præcium est ergo videre modo, quid nam sit omittendum, quidué obseruandum in huiusmodi iudicijs, in quibus iudices regulares ad corrigendos fratrum excessus procedunt post positis rimulis, & apicibus iuris, iuxta supradictam concessionem.

Iudices Regulares quid obseruare, quidué omittere possint, in iudicijs ferendis.

In primis itaque obseruandum est, quod cum in iudicio alia adsint, quæ appellantur necessaria, atque, vt doctores loquuntur essentialia; alia vero, quæ conferunt ad eius perfectionem, & solemnitatem, in huiusmodi iudicijs, in quibus proceditur de plano omissis solemnitatibus iuris, ea omnia prętermittenda sunt, quæ pertinent ad solemnitatem; quæ autem, substantialia, & essentialia sunt, nullo modo sunt omittenda.

## Quæ sint ea, quę appellantur eßentialia Iudicij. Cap. III.

ILla dicuntur substantialia, & essentialia iudicij, quæ sunt de iure diuino naturali, vel gentium, vt declarat Panormit. in cap. Delicti. extra de Iudic. & Syluestr. in verbo Iudex. 1. q. 5. D. Anton. in 3. p. t. 9. cap. 15. §. 6. & Nauar. lib. 2. consil. tit. de sent. & re iudicata, consi. 1. in fine, vbi inquit, quod fratres minores in iudicijs suis debent seruare ea, quę sunt iure naturali, & diuino necessaria, & sufficientia ad inquisitionem, & inuentionem iustitię. Idem etiam docet eodem lib. tit. de appellat. consil. 5. num. 10. in fine. Hæc vero sunt in genere quatuor. primum, vt contra aliquem non procedatur nisi accusatum, denunciatum, aut infamatum, iuxta tres modos procedendi a iure; statutos per accusationem, denunciationem, & inquisitionem, secundum vt testes examinentur cum iuramento tertium, vt absens vocetur. quartum, vt indefensus non condemnemur, nisi fuerit contumax.

Quæ sunt illa, quæ sunt essentialia Iudicij.
Panorm.
D. Anton.
Nauar.

Essentialia iudicij sunt quatuor.

## De primo necessario ad iudicium. Cap. IIII.

NOn debet itaque iudex contra aliquem inquirere, nec aliquem condemnare, sine accusatore, uel aliquo, qui vice fungatur accusatoris. & ratio est, vt egregie docet S. Thom. 2. 2. qu. 63. art. 3. quoniam vt inquit Philosophus. 5. Ethy. Iudex est interpres, & custos iustitiæ, ad quem confugiunt, qui iniuriam patiuntur, tamquā ad Iustitiam quādam animatam; iustitia verò, quia est æqualitas, & virtus ad alterum, non potest esse nisi inter duos,

Iudex non debet cōdemnare aliquē sine accusatore.
D. Thom.
Philos.

quorũ alter sit Actor,& alter vero Reus,inter quos Iudex sit in neutrã partem inclinatus. Vnde etiam gentibus ex lumine naturali lex erat, vt neminem sine accusatione punirent, quam Festus ille commemorat Act.15. Non est (inquit) consuetudo Romanis,damnare aliquem hominem,prius quam is,qui accusatur, præsentes habet accusatores, locumque defendendi accipiat, ad abluenda crimina, quæ ei objiciuntur. Alias si Iudex contra aliquem inquireret ad infligendam pœnam sine accusatore, vel infamia præcedente, vel aliquo alio, quod loco accusationis aperiat viã inquisitioni, sequeretur, quod eadem persona,esset Iudex, & Accusator, quod est absurdissimum,& contra ius naturale,& gentium.

Iudex tribus modis procedere potest in corrigendis criminib.

Ad corrigendum itaque subditorum excessus tribus modis Prælatus procedere debet scilicet,vel per Accusationem,vel per denunciationem,vel per Inquisitionem, vt expresse habetur in tex. in cap. qualiter,& quando extra de Accusationibus.

## *De Accusatione. Cap. V.*

Accusatio quid sit. D. Thom.

ACcusatio secundum D.Thom.2.2.qu.68.est delatio rei de crimine in libello ad vindictam propter bonum commune. Ex qua definitione colligitur,quod finis accusationis est bonũ publicum, & publica punitio, vt pœna publica vnius sit ad exemplum populi, vt omnes ab huiusmodi criminibus sibi caueant,& pœna vnius,sit cæteris timor, iuxta illud Apost.1.ad Thimoth.5. Peccantes coram omnibus argue,vt & cæteri timorem habeant.

Requisita ad accusationem.

Sunt autem ad accusationem hęc omnia necessaria, primo, vt fiat in scriptis, secundo, vt exprimatur dies,& annus, quo intentatur; tertio nomen accusatoris,& accusati; quarto, species delicti. quin-

to,

to, locus, & etiam tempus, nempe annus, & mensis, quo delictum commissum est. sesto, inscriptio Accusantis. colliguntur hæc ex. l. libellorum. ff. de accusat. vbi in formula, hæc omnia ponuntur, & deinde additur; Quod si libelli inscriptionum legitime ordinati non fuerint, Rei nomen aboletur, & ex integro repetendi Reo potestas erit. Quibus verbis, vult, hæc ita pertinere ad formam accusationis, vt si omissa fuerint, totus processus sit irritus, & accusator damnandus in expensas, quamuis ius habeat rursus, de nouo suam accusationem instituendi. Si non contineat itaque accusatio criminalis omnia su pradicta, erit ipso iure nulla, etiam quod pars non opponat, vt docet Clarus in practica crimin. qu. 11. vers. Dixi exprimendum esse. **Clarus.**

Primum requiritur, tum, quod constet; quid præcise accusatori sit probandum, tum vt in eo non possit quidquam mutare, si forte viderit se probare nō posse. consuetudine tamen receptum est, vt possit fieri verbaliter, modo Notarius, vel scriba eam statim in scriptis redigat, vt notat Clar. q. 12. num. 7. **Ratio cur singula requirātur.**

Secundum modo non est necessarium, vt testantur doctores: parum enim ad rem facere videtur.

Tertium est necessarium, quia debet constare, quis sit Accusator, & quis accusatus. Si accusati nomen ignoretur, potest ex habitu, officio, vel alijs circumstantijs describi.

Quartum est etiam omnino necessarium: quia super hoc fundatur intentio accusantis.

Quintum etiam est necessarium; adeo, vt si in accusatione criminali omittatur, ipsa sit nulla, vt colligitur ex. l. libellorum, & docent communiter Doctores, in l. Edita. C. de edendo. ratio est, quia alioquin accusa[tio r]edderetur incerta, & lubrica, &

Reo eriperetur facultas se defendendi, probando negatiuam, & testes conuincendo Falsi.

Non debet exprimi dies.

Aduerte tamen non teneri exprimere in libello diem commissij delicti, sed solum mensem, vt expresse habetur. l. libellorum: quia alioquin potestas accusandi, & probandi nimis restringeretur, facile enim fieri potest, vt quis diei, vel etiam hebdomadæ sit oblitus, quia non ita cadit sub sensum, vt locus. Petes, Quid si reus petat, exprimi diem, & horam delicti, vt probet se eo die fuisse absentem, cogendus ne erit Accusator, vt exprimat? Gomezius. cap. 11. num. 4. negat. primo: quia. l. libellorum dicitur, nec diem autem, nec horam inuitus comprehendet. secundo quia alioquin reus facile eluderet accusationem, subornando testes, qui deponerent illum eo die, & ea hora alibi fuisse.

Gomezius

Si velit Reus tenetur exprimere.

Clarus.

Emanuel.

Cæterum communis sententia est cogendum esse, vt fatetur ipse Gomezius, idem tenet Clar. supra. num. 13. & Emanuel Soarez, in annot. in Gomezium. Ratio est: quia hoc esset defensionem reo intercludere, cum non aliter probare possit, se non fecisse, quam ostendendo, se eo tempore non potuisse facere; eo quod esset alibi, vel infirmus.

Ad primum respondeo tantum ibi significatur non esse per se necessarium, vt ponatur dies, & hora; sicut necessarium est, vt ponatur mensis, hinc tamen non sequitur non esse necessarium, si Reus velit.

Ad secundum dico. Non est præsumendun tam facile testes subornari, cum id magno illorum periculo futurum sit. Si tamen Accusator non meminit diei, & horę, potest iurando se non ricordari, defungi, vt Clarus notat. quod si meminit, & edat diem non tamen tenetur probare: quia ad hoc se non obstrinxit.

Petes.

Petes. Quid si sponte posuit diem, & horam, & non possit probare illo tempore esse commissum, sed alio; poteritne sequi condemnatio? Communis ferè doctorum sententia est, non posse: quia non est probatum id quod est positum in libello.

Verum hæc sententia non seruatur in praxi, vt docet Clarus. num. 14. & Gomez. nu. 6. neq; est consentanea iuri, aut rationi. Si enim aperte probatum est per testes omni exceptione maiores, delictum. v. g. sacrilegium, vel furtum talis rei, a te vere esse commissum tali tempore, vel loco quid refert, quod erratum sit in die, hora, vel loco particulari? non enim puniendum delictum, quia hoc, vel illo loco, hoc, vel illo die commissum est, sed quia commissum est, & commissum esse constat. Nisi forte ratio delicti, ex circunstantia loci, vel tempore prohibito pendeat, vt si quis loco, vel tempore prohibito, piscatus, venatus, vel pastus fuerit. tunc enim locus & tẽpus catenus exprimendũ in libello, & probãdũ in progressu, quatenus ad delicti substãtiã opus est.

Et si non possit probare diem & horam nõ refert. Clarus, & Gomezius

Pari modo si qualitas aliqua, vel conditio delicti sit proposita in libello, tantum, aggrauans delictum & pœnam eius, (vt si accusatur, quod occiderit proditorie, vel quod furatus sit bis, terue) etiam si qualitas illa non possit probari si tamen ipsum delictum simpliciter probatum fuerit, potest, & debet sequi condemnatio: quia interest boni publici, vt tale delictum, etiam semel, vel absque tali conditione commissum, puniatur, quando plene in iudicio probatum fuerit. ita docet Gomezius. num. 6. Accedit, quod in libellis apponi solet clausula, qua Accusator testatur, se non velle obligari nisi ad probandum id, quod est necessarium, & principale.

Sufficit probare substantiam delicti.

Sextum, nempe inscriptio accusantis, qua Accusator se obligat ad pænam talionis: modo non est necessa-

Inscriptio non est in vsu in foro sæculari.

necessaria in foro sęculari, imo nec in vsu; Tū quia id retraheret homines ab accusando: rari enim reperirentur, qui velint suscipere onus probandi sub tanto periculo; Tum quia hoc tempore, Iudex ex officio procedere potest, si accusator defecerit. In foro tamen Ecclesiastico, vbi seruatur Ius Canonicum necessaria est, vt colligitur ex cap. qualiter, & quando 2. de accusat. Verum etiam si in foro sæculari non addatur, tamen tacite intelligitur ex legis dispositione, præsertim si deprehensus fuerit accusator per calumniam accusasse, vt patet ex. l. Mulier. & l. Quæsitum. ff. ad S.C. Turpilian. Consuetudo tamen habet, vt non puniatur pari pœna, sed minore pro arbitrio Iudicis, ne homines ab hoc actu omnino deterreantur, vt docet Couarr. lib. 2. Variar. cap. 9. num. 1.

Inscriptio necessaria est in foro Ecclesiastico.

Couarruia

Et hoc etiam intelligendum est, quando nec plene nec semiplene delictum probauerit: nam quando crimen probauit per famam, vel per vnum testem integrum, vel per alia iudicia illis æquipollentia, tunc Reus tenetur confiteri delictum, quod vere commisit, cum interrogetur a suo Iudice, si talis semiplena probatio fuerit ei notificata, vt docent S. Thom. & Caiet. 2. 2. qu. 69. art. 1. quos sequuntur communiter Theologi, vt patet per Nauarr. in Manua. cap. 25. in tit. de peccatis rei accusati, & inquisiti. nu. 35. & sequen.

D. Thom, Caiet. Nauar.

Debet ergo sufficere fratri, quod probet delictum fratris sui, eo modo, & in tantum, quod ipse reus interrogatus teneatur confiteri, adhoc, quod ipse Actor excusetur a pręsumptione calumniæ, & à pœna talionis, Debet etiam actor spondere se prosecuturum accusationem vsque ad finem animo nō calumniandi, sed sua iura, vel Reipub. tuendi, de quibus etiam iuramentum præstare debet; licet

Accusator quando debet puniri pœna talionis.

apud

apud nos iuramentum non præstetur. Nec prætermitti debet nomen iudicis.

Et hæc omnia, quæ diximus esse necessaria ad accusationem, scriptis sunt mãdanda cum nostra memoria sit valde imbecillis, & labilis, præterquam in duobus casibus. primo si delicta essent leuia. secundo si adeo essent clara, vt nulla indigeremus euidentia, neque scriptura ita docet Sotus lib. 5. de iustitia, & iure q. 5. art. 2. & lib. de ratione tegendi m. 2. q. 5. concl. 4. Hæc autem quæ dicta sunt pertinent ad formam accusationis, secundum ordinem, & dispositionem iuris communis, ad quam secundum Const. Bonifacij VIII. non tenentur Iudices Regulares. atque; ideo licet accusatio non contineat omnia supradicta, processus haud vitiatur, dum modo contineat substantialia; quæ sunt nomen accusatoris, & accusati, Iudicis, & delicti dies, & annus temporis & loci commissi delicti, non vitiaret, dum modo delictum probaretur, neque est necesse, vt porrigatur in scriptis, vt diximus supra: huiusmodi enim sunt iuris solemnitates, quæ, ut diximus, remituntur ex indulto Pontificis.

*Qu æ necessaria sunt accusatio nem debent scriptis mandari.*

*Sotus.*

*Substantalia accusationis, quæ seruare tenentur regulares.*

Demum obseruandum est, quod accusator non admittitur inimicus: nisi quando agit de proprio interesse, si arbitrio iudicis talis iudicatur; Neque admititur infamis l. Quia accusarem. ff. de accusat. capi. Prohibentur, & Glossa. in capi 1. de Accusat. Quæ sentit, quod etiam infamis infamia facti repellitur ab accusando. quam Glossam esse seruandam iure pontificio tenet Panormitanus communiter receptus, & Nauarrus, lib. 5. Consil. tit. de Accusatio. consil. 3. num. 2.

*Accusatori inimicus non admittitur neque infamis.*

*Panorm. Nauarr.*

A

## Accusator, an possit desistere ab accusatione incepta. Cap. VI.

Actor an possit desistere ab hac accusatione.

QVoniam diximus, quod actor spondere debet se prosecuturum accusationem, ideo necessum est, videre, an desistere quandoque possit, & quas ob causas. Vnde dico primo, certum est posse, & etiam debere desistere, si deprehendit se errasse, cum putauit hunc esse auctorem criminis, vel si res incipit ei esse dubia, præseruarante dubio post diligentem inquisitionem, uel deniq; si videt se probare non posse. Tunc enim pergere in accusatione esset calumniari.

Iudex accusationē rescindit, seu abolet in tribus euenti.

Dico secundo, certum est posse desistere si iudex accusationem refutet, nolendo eam admittere vel si rescindat admissam: hoc autem Iudex facere potest. primo si uidet libellum habere aliquem defectum substantialem. secundo si accusatur aliqua persona, quæ non potest sine aliqua magna perturbatione Reipub. puniri. Tunc enim supremus Iudex, seu princeps, potest accusationem inchoatam abolere, etiam si Accusator priuata causa, ut suas

Cajetanus

iniurias prosequatur accuset, vt docet Caietan. 2. 2. quest. 68. artic. 3. ratio est quia principis est primario gerere curam boni communis, ad quod refertur bonum priuatorum, ac proinde ipsius est cauere damnum publicum, etiam cum incommodo priuatorum. Iudex autem inferior ob eamdem causam potest accusationem ab initio non admittere, & repellere, idque non ordinario iure, & potestatet, sed ex tacita quadam Principis voluntate, seu ex epijKia, vt ait Caieta. admissam tamen non potest ex auctoritate abolere, sed potest suspendere, & dissimulare, & interim totum negocium

gocium Principi exponere. Tertio si persona illa bono publico censetur necessaria, uel ualde conducibilis. tunc enim supremus Princeps potest accusationem abolere. Inferior autem Iudex potest eam non admittere, & admissa impedire, ex epijKia si nō agitur de iniuria partis. Si autē agitur de iniuriatu partis, nō potest. nō .n. ad ipsū spectat principaliter boni publici promotio, sed officii iniuncti administratio. Itaque tenetur parti ius dicere, nec potest se prætextu maioris boni publici eximere: alioqui sæpe hac arte iudices liberarent, quos vellent potest tamen Principi scribere; quid iudicet expedire, & interim sententiam sustinere.

Dico tertio in causa ciuilli potest actora causa recedere; siue per gratiam, siue per transactionem. Si tamen actio sit famosa, qualis est actio furti, non potest in ea transigere postlitis contestationem, sine iudicis auctoritate: alioquin notatur infamia, vt patet. l. furti. §. pactus. ff. de his, qui notatur infamia, vide Glossam in cap. 1. de collusione detegenda.

Dico quarto. In causa criminali, ante litem inchoatam licitum est desistere per gratiam, (quod intellige in euentu, quo non tenetur acusare, vel denunciare) post litem inchoatam non est licitum sine iudicis auctoritate, neque etiam sine consensu rei, si fuit subiectus tormentis, vel ex accusatione infamatus, quod si aliter destiterit, incurrit pęnam. S. C. Turpiliani, quo (si quidem erat crimen publicum, quod accusauerat) punitur infamia, & quinque libris auri, vt patet l. 1. C. ad Turpilianum. Si autem erat priuatum, punitur pęna extraordinaria arbitrio Iudicis. l. si quis. ff. eodem vide Gloss. supra, & Syl. 5. Acusat. num. 8.

In causa criminalis

Ap-

Publicum crimen quod dicatur.

Appellatur autem crimen publicum, cuius accusatio cuilibet concessa est: quia ad publicam vtilitatem maxime pertinent illud puniri vt ex l. 1. & seq. ff. de public. Iudic. Tale est primo omne illud, quod directe fit contra Deum, vel res diuinas, vt hæresis, blasphemia, euersio templorum, & imaginum, & similia sacrilegia: hæc enim in omnium iniuriam fieri censentur, vnde merito quiuis, eorum accusator esse potest, vt colligitur ex l. 4. C. de hæreticis. Secundo tale etiam est, quod fit contra maiestatem Principis, vel Reipubl. vt omnia crimina læsæ maiestatis. Tertio, quod fit contra priuatam personam, ita demum censetur publicum, si lege statutum sit, vt publicum habeatur, vt crimē homicidij, parricidij, adulterij, peculatus, falsi, vis publicæ, vel priuatæ, ambitus, repetundarum, annonæ, vt patet d. l. 1. ff. de publ. iudic.

Priuatum crimen quod sit.

Priuatum vero crimen dicitur, cuius accusatio solùm concessa est ei, qui iniuriam, vel damnum passus est, vt crimen furti, iniuria stellionatus, vt patet ex l. si quis, ff. ad Turpil. & l. fin. ff. de priuatis delictis.

Trāsactio.

Dico quinto licitum est transigere in crimine publico capitali (idest quod pęna capitis punitur) præterquam in crimine adulterij: quia hic transactio est turpis, si autem est crimen publicum non capitale, non est licitum transigere, nisi in crimine falsi, vtrumque habetur l. transigere, C. de transactionib. in criminibus priuatis generatim transactio est licita, ita Glos. in capitulo 1. de collus. insinuat. hæc tamen intelligenda sunt ante accusationem, nam post accusationem, non potest fieri sine authoritate Iudicis. Verum in his videndæ sunt leges, & consuetudines Prouinciarum; nam hæc, quæ ex iure communi allata sunt, supponunt,

munt, accusationem fieri cum inscriptione; vt patet, ff. & C. ad Turpill. quæ tamen vix est in vsu. Adde si accusator aliter, quam par est desistat, posse iudicem procedere per inquisitionem, vt communiter doctores docent.

### *Accusator, qui in probatione suę accusationis deficit quomodo pœna talionis puniri debeat.* *Cap. VII.*

POtest Accusator tria committere crimina in sua accusatione, primum, quod dicitur calumniatio, secundum Præuaricatio, & tertium Tergiuersatio. vt tradit ius Canon. 2. q. 3. cap. si quem pęnituerit, & Ius Ciuil. in l. accusat. ff. ad Senat. consul. Turpil. Calumniari est falsa crimina scienter intendere, præuaricari est vera crimina abscondere; Tergiuersari vero, est in vniuersum ab accusatione desistere.

**Accusator tria crimina cómittere potest in accusatione.**

Nam vt S. Thom. 2. 2. q. 68. artic. 3. sapienter exponit, bifariam accusator peccare potest, aut contra Reum imponendo falsa crimina, & illa est calumnia, aut contra bonum publicum, ne criminosus puniatur, & id quidem dupliciter, aut abscondendo vera crimina, quæ est præuaricatio, aut recedendo ab accusatione, quæ est Tergiuersatio. Idem docte Sotus de ratione teg. & deteg. sec. m. 2. q. 5. in 5. conclus. Qui subdit ex hoc sequi primo, quod quamuis calumnia in quocunque iudicio sit peccatum, tamen præuaricatio, & tergiuersatio solum sunt iniuriæ, & peccatum, vbi tenetur accusare; puta quando crimen est in perniciem publicam. nam tunc in publico bono, si accusans iuuat accusatum, vel ab accusatione desistat. sed in causa propria vnicuique licet discedere ab accusatione.

**Accusator dupliciter peccare potest.**

Se-

Vbi nulla est malitia ibi nulla est calumnia.

Secundo inquit Sotus inferri, quod vbi nulla est malitia ibi nulla est calumnia: vbi enim quis bona fide quempiam accusabit de crimine, quod putat esse crimen, nulla, est calumnia, tametsi ratione rei acceptæ, teneatur nonnumquam famam restituere.

Calumniator est qui de crimine occulto accusat.

Aduertendum est tamen, quod non solum dicitur calumniator ille, qui accusat de falso crimine; sed etiam ille, qui accusat de occulto crimine; quia crimen, quod probari non potest, pro falso reputatur in iure, vt ibidem tradit Sotus.

Præuaricatio fit duobus modis.

At præuaricatio contingit duobus modis, aut dissimulando proprias probationes, aut falsas excusationes admittendo. Vnde præuaricator dicitur, qui deflectit in partem aduersam: quia varicare idem est, quod deflectere. Et eadem ratione præuaricatio dicitur collusio instar ludentium, quando alter sociorum iuuat partem aduersam. & paria dicantur de tergiuersatione. Verum cum quis accusat de propria iniuria, & punitio non est necessaria bono publico, tunc integrum est ei, aut desistere, aut prosequi accusationem.

Calumniator qui in probatione deficit, reus est pœnæ talionis.

Hoc præmisso, dico, quod calumniator, qui in probatione defecerit, reus est pœnę talionis. Conclusio est vtriusque iuris, 2.q.3.cap. Calumniator, &c. Qui non probauerit & ff. de abolit. l.1.l. mulier, & l. quæsitum; & sancita est hæc instar legis veteris. Exod. 11. Oculum pro oculo, dentem pro dente, & Deuteron. 19. Cumque diligentissime perscrutantes inuenerint falsum testem dixisse contra fratrem suum mendacium, reddet ei, sicut fratri suo facere cogitauit.

Et accusator eo ipso, quod non probat suam accusationem, præsumitur calumniator, ita docet Glossa in cap. 2. in versic. calumniandi, extra de calumnia.

lumnia. Quam communiter esse approbatam inquit Abbas, in cap. calumnia, num. 2. extra de pęnis; & scribentes in dicto cap. 2. & alij relati per Clarum in sua pract. quæst. 62. Dixi supra. Et ideo bene inquit text. in dicto cap. Qui non probauerit, quod obiecerit, pęnam, quam ipse intulerit, patiatur. Abbas. Clarus

Et vterque peccat mortaliter, tam qui accusando, imponit falsum crimen, quam, qui accusat de occulto crimine, quod probare, non potest. & de primo est tex. in cap. calumniam, extra de pęnis, & tradit Nauar. in Manuali, cap. 25. numer. 31. & de secundo est clarum: quia iniuste eum infamat. vt tradit Nauar. loco citato, cap. 18. num. 54. Et etiam locum habet hæc conclusio in eo denunciatore, qui habetur loco accusatoris, quoniam, & ipse eo ipso, quod non probat suam denunciationem, præsumitur calumniari, & vt calumniator erit puniendus, per text. in dicto cap. qui non probauerit. Qui loquitur generaliter de omni eo, qui non probauerit, quod obiecerit. Secus autem erit in illo denunciatore, qui cum denunciat protestatur se nolle teneri ad probandum id, quod denunciat; sed iudex ipse inquirat, & prouideat eo meliori modo, quo sibi videbitur: quia iste non fungitur vice accusatoris. Verum tamen est, quod talis denunciator, tenetur ad pęnam talionis ex vi constitutionis nostræ, de qua dicetur infra proxime: quia loquitur generaliter de omni eo, qui prodit secretum peccatum fratris, & illud probare non potest. Nauar.

## ADDITIONES.

a. QVam ipse tulerit patiatur. *Hanc etiam sequitur Iacobus Menoch. de arbitr. iud. quæst.* Menoch.

Reo eriperetur facultas se defendendi, probando negatiuam, & testes conuincendo Falsi.

Non debet exprimi dies.

Aduerte tamen non teneri exprimere in libello diem commissij delicti, sed solum mensem, vt expresse habetur. l. libellorum: quia alioquin potestas accusandi, & probandi nimis restringeretur, facile enim fieri potest, vt quis diei, vel etiam hebdomadæ sit oblitus, quia non ita cadit sub sensum, vt locus. Petes, Quid si reus petat, exprimi diem, & horam delicti, vt probet se eo die fuisse absentem, cogendus ne erit Accusator, vt exprimat? Gomezius. cap. 11. num. 4. negat. primo: quia. l. libellorum dicitur, nec diem autem, nec horam inuitus comprehendet. secundo quia alioquin reus facile cluderet accusationem, subornando testes, qui deponerent illum eo die, & ea hora alibi fuisse.

Gomezius

Si velit Reus tenetur exprimere. Clarus. Emanuel.

Cæterum communis sententia est cogendum esse, vt fatetur ipse Gomezius, idem tenet Clar. supra. num. 13. & Emanuel Soarez, in annot. in Gomezium. Ratio est: quia hoc esset defensionem reo intercludere, cum non aliter probare possit, se non fecisse, quam ostendendo, se eo tempore non potuisse facere; eo quod esset alibi, vel infirmus.

Ad primum respondeo tantum ibi significatur non esse per se necessarium, vt ponatur dies, & hora; sicut necessarium est, vt ponatur mensis, hinc tamen non sequitur non esse necessarium, si Reus velit.

Ad secundum dico. Non est præsumendun tam facile testes subornari, cum id magno illorum periculo futurum sit. Si tamen Accusator non meminit diei, & horę, potest iurando se non ricordari, defungi, vt Clarus notat. quod si meminit, & edat diem non tamen tenetur probare: quia ad hoc se non obstrinxit.

Petes.

Petes. Quid si sponte posuit diem, & horam, & non possit probare illo tempore esse commissum, sed alio; poteritne sequi condemnatio? Communis ferè doctorum sententia est, non posse: quia non est probatum id quod est positum in libello.

Et si non possit probare diem & horam nō refert. Clarus, & Gomezius

Verum hæc sententia non seruatur in praxi, vt docet Clarus. num. 14. & Gomez. nu. 6. neq; est consentanea iuri, aut rationi. Si enim aperte probatum est per testes omni exceptione maiores, delictum. v.g. sacrilegium, vel furtum talis rei, a te vere esse commissum tali tempore, vel loco quid refert, quod erratum sit in die, hora, vel loco particulari? non enim puniendum delictum, quia hoc, vel illo loco, hoc, vel illo die commissum est, sed quia commissum est, & commissum esse constat. Nisi forte ratio delicti, ex circunstantia loci, vel tempore prohibito pendeat, vt si quis loco, vel tempore prohibito, piscatus, venatus, vel pastus fuerit. tunc enim locus & tēpus catenus exprimendū in libello, & probādū in progressu, quatenus ad delicti substātiā opus est.

Sufficit probare substantiam delicti.

Pari modo si qualitas aliqua, vel conditio delicti sit proposita in libello, tantum, aggrauans delictum & pœnam eius, (vt si accusatur, quod occiderit proditorie, vel quod furatus sit bis, terue) etiam si qualitas illa non possit probari si tamen ipsum delictum simpliciter probatum fuerit, potest, & debet sequi condemnatio: quia interest boni publici, vt tale delictum, etiam semel, vel absque tali conditione commissum, puniatur, quando plene in iudicio probatum fuerit. ita docet Gomezius. num. 6. Accedit, quod in libellis apponi solet clausula, qua Accusator testatur, se non velle obligari nisi ad probandum id, quod est necessarium, & principale.

Inscriptio non est in vsu in foro sæculari.

Sextum, nempe inscriptio accusantis, qua Accusator se obligat ad pœnam talionis: modo non est

necessa-

necessaria in foro sçculari, imo nec in vsu; Tũ quia id retraheret homines ab accusando: rari enim reperirentur, qui velint suscipere onus probandi sub tanto periculo; Tum quia hoc tempore, Iudex ex officio procedere potest, si accusator defecerit. In foro tamen Ecclesiastico, vbi seruatur Ius Canonicum necessaria est, vt colligitur ex cap. qualiter, & quando 2. de accusat. Verum etiam si in foro sæculari non addatur, tamen tacite intelligitur ex legis dispositione, præsertim si deprehensus fuerit accusator per calumniam accusasse, vt patet ex. l. Mulier. & l. Quæsitum. ff. ad S.C. Turpilian. Consuetudo tamen habet, vt non puniatur pari pœna, sed minore pro arbitrio Iudicis, ne homines ab hoc actu omnino deterreantur, vt docet Couarr. lib. 2. Variar. cap. 9. num. 1.

Inscriptio necessaria est in foro Ecclesiastico.

Couarruia

Et hocetiam intelligendum est, quando nec plene nec semiplene delictum probauerit: nam quando crimen probauit per famam, vel per vnum testem integrum, vel per alia iudicia illis æquipollentia, tunc Reus tenetur confiteri delictum, quod vere commisit, cum interrogetur a suo Iudice, si talis semiplena probatio fuerit ei notificata, vt docent S. Thom. & Caiet. 2. 2. qu. 69. art. 1. quos sequuntur communiter Theologi, vt patet per Nauarr. in Manua. cap. 25. in tit. de peccatis rei accusati, & inquisiti. nu. 35. & sequen.

D. Thom, Caiet. Nauar.

Debet ergo sufficere fratri, quod probet delictum fratris sui, eo modo, & in tantum, quod ipse reus interrogatus teneatur confiteri, adhoc, quod ipse Actor excusetur a pręsumptione calumniæ, & à pœna talionis, Debet etiam actor spondere se prosecuturum accusationem vsque ad finem animo nõ calumniandi, sed sua iura, vel Reipub. tuendi, de quibus etiam iuramentum præstare debet; licet

Accusator quando debet puniri pœna talionis.

apud

apud nos iuramentum non præstetur. Nec prætermitti debet nomen iudicis.

Et hæc omnia, quæ diximus esse necessaria ad accusationem, scriptis sunt mãdanda, cum nostra memoria sit valde imbecillis, & labilis, præterquam in duobus casibus. primo si delicta essent leuia. secundo si adeo essent clara, vt nulla indigeremus euidentia, neque scriptura ita docet Sotus lib. 5. de iustitia, & iure q. 5. art. 2. & lib. de ratione tegendi m. 2. q. 5. concl. 4. Hæc autem quæ dicta sunt pertinent ad formam accusationis, secundum ordinem, & dispositionem iuris communis, ad quam secundum Const. Bonifacij VIII. non tenentur Iudices Regulares. atque; ideo licet accusatio non contineat omnia supradicta, processus haud vitiatur, dum modo contineat substantialia; quæ sunt nomen accusatoris, & accusati, Iudicis, & delicti dies, & annus temporis & loci commissi delicti, non vitiaret, dum modo delictum probaretur, neque est necesse, vt porrigatur in scriptis, vt diximus supra: huiusmodi enim sunt iuris solemnitates, quæ, ut diximus, remituntur ex indulto Pontificis.

Quæ necessaria sunt accusationem debent scriptis mandari.

Sotus.

Substantialia accusationis, quæ seruare tenentur regulares.

Demum obseruandum est, quod accusator non admittitur inimicus: nisi quando agit de proprio interesse, si arbitrio iudicis talis iudicatur; Neque admititur infamis l. Quia accusarem. ff. de accusat. capi. Prohibentur, & Glossa. in capi 1. de Accusat. Quæ sentit, quod etiam infamis infamia facti repellitur ab accusando. quam Glossam esse seruandam iure pontificio tenet Panormitanus communiter receptus, & Nauarrus, lib. 5. Consil. tit. de Accusatio. consil. 3. num. 2.

Accusatori inimicus non admittitur neque infamis.

Panorm.

Nauarr.

A

Accu-

## Accusator, an possit desistere ab accusatione incepta. Cap. VI.

Actor an possit desistere ab hac accusatione.

QVoniam diximus, quod actor spondere debet se prosecuturum accusationem, ideo necessum est, videre, an desistere quandoque possit, & quas ob causas. Vnde dico primo, certum est posse, & etiam debere desistere, si deprehendit se errasse, cum putauit hunc esse auctorem criminis, vel si res incipit ei esse dubia, præseruarante dubio post diligentem inquisitionem, uel deniq; si videt se probare non posse. Tunc enim pergere in accusatione esset calumniari.

Iudex accusationẽ rescindit, seu abolet in tribus euenti.

Dico secundo, certum est posse desistere si iudex accusationem refutet, nolendo eam admittere vel si rescindat admissam: hoc autem Iudex facere potest. primo si uidet libellum habere aliquem defectum substantialem. secundo si accusatur aliqua persona, quæ non potest sine aliqua magna perturbatione Reipub. puniri. Tunc enim supremus Iudex, seu princeps, potest accusationem inchoatam abolere, etiam si Accusator priuata causa, ut suas iniurias prosequatur accuset, vt docet Caietan. 2. 2. quest. 68. artic. 3. ratio est quia principis est primario gerere curam boni communis, ad quod refertur bonum priuatorum, ac proinde ipsius est cauere damnum publicum, etiam cum incommodo priuatorum. Iudex autem inferior ob eamdem causam potest accusationem ab initio non admittere, & repellere, idque non ordinario iure, & potestatet, sed ex tacita quadam Principis voluntate, seu ex epijKia, vt ait Caieta. admissam tamen non potest ex auctoritate abolere, sed potest suspendere, & dissimulare, & interim totum ne-

Cajetanus

gocium

gocium Principi exponere. Tertio si persona illa bono publico censetur necessaria, uel ualde conducibilis. tunc enim supremus Princeps potest accusationem abolere. Inferior autem Iudex potest eam non admittere, & admissa impedire, ex epijKia si nó agitur de iniuria partis. Si auté agitur de iniuriatu partis, nó potest. nó .n. ad ipsũ spectat principaliter boni publici promotio, sed officii iniuncti administratio. Itaque tenetur parti ius dicere, nec potest se prætextu maioris boni publici eximere: alioqui sæpe hac arte iudices liberarent, quos vellent potest tamen Principi scribere; quid iudicet expedire, & interim sententiam sustinere.

Dico tertio in causa ciuilli potest actora causa recedere; siue per gratiam, siue per transactionem. Si tamen actio sit famosa, qualis est actio furti, non potest in ea transigere postlitis contestationem, sine iudicis auctoritate: alioquin notatur infamia, vt patet. l. furti. §. pactus. ff. de his, qui notatur infamia, vide Glossam in cap. 1. de collusione detegenda.

Dico quarto. In causa criminali, ante litem inchoatam licitum est desistere per gratiam, (quod intellige in euentu, quo non tenetur acusare, vel denunciare) post litem inchoatam non est licitum sine iudicis auctoritate, neque etiam sine consensu rei, si fuit subiectus tormentis, vel ex accusatione infamatus, quod si aliter destiterit, incurrit pęnam. S.C. Turpiliani, quo (si quidem erat crimen publicum, quod accusauerat) punitur infamia, & quinque libris auri, vt patet l. 1. C. ad Turpilianum. Si autem erat priuatum, punitur pęna extraordinaria arbitrio Iudicis. l. si quis. ff. eodem vide Gloss. supra, & Syl. 5. Acusat. num. 8. In causa criminalis

Ap-

Publicum crimen quod dicatur.

Appellatur autem crimen publicum, cuius accusatio cuilibet concessa est: quia ad publicam vtilitatem maxime pertinent illud puniri vt ex l. 1. & seq. ff. de public. Iudic. Tale est primo omne illud, quod directe fit contra Deum, vel res diuinas, vt hæresis, blasphemia, euersio templorum, & imaginum, & similia sacrilegia: hæc enim in omnium iniuriam fieri censentur, vnde merito quiuis, eorum accusator esse potest, vt colligitur ex l. 4. C. de hæreticis. Secundo tale etiam est, quod fit contra maiestatem Principis, vel Reipubl. vt omnia crimina læsæ maiestatis. Tertio, quod fit contra priuatam personam, ita demum censetur publicum, si lege statutum sit, vt publicum habeatur, vt crimē homicidij, parricidij, adulterij, peculatus, falsi, vis publicæ, vel priuatæ, ambitus, repetundarum, annonæ, vt patet d. l. 1. ff. de publ. iudic.

Priuatum crimen quod fit.

Priuatum vero crimen dicitur, cuius accusatio solùm concessa est ei, qui iniuriam, vel damnum passus est, vt crimen furti, iniuria stellionatus, vt patet ex l. si quis, ff. ad Turpil. & l. fin. ff. de priuatis delictis.

Trāsactio.

Dico quinto licitum est transigere in crimine publico capitali (idest quod pęna capitis punitur) præterquam in crimine adulterij: quia hic transactio est turpis, si autem est crimen publicum non capitale, non est licitum transigere, nisi in crimine falsi, vtrumque habetur l. transigere, C. de transactionib. in criminibus priuatis generatim transactio est licita, ita Glos. in capitulo 1. de colluſ. insinuat. hæc tamen intelligenda sunt ante accusationem, nam post accusationem, non potest fieri sine authoritate Iudicis. Verum in his videndæ sunt leges, & consuetudines Prouinciarum; nam hæc, quæ ex iure communi allata sunt, supponunt,

sunt, accusationem fieri cum inscriptione; vt patet, ff. & C. ad Turpill. quæ tamen vix est in vsu. Adde si accusator aliter, quam par est desistat, posse iudicem procedere per inquisitionem, vt communiter doctores docent.

*Accusator, qui in probatione suę accusationis deficit quomodo pœna talionis puniri debeat.*
*Cap. VII.*

POtest Accusator tria committere crimina in sua accusatione, primum, quod dicitur calumniatio, secundum Præuaricatio, & tertium Tergiuersatio. vt tradit ius Canon. 2. q. 3. cap. si quem pęnituerit, & Ius Ciuil. in l. accusat. ff. ad Senat. consul. Turpil. Calumniari est falsa crimina scienter intendere, præuaricari est vera crimina abscondere; Tergiuersari vero, est in vniuersum ab accusatione desistere.

Accusator tria crimina cōmittere potest in accusatione.

Nam vt S. Thom. 2. 2. q. 68. artic. 3. sapienter exponit, bifariam accusator peccare potest, aut contra Reum imponendo falsa crimina, & illa est calumnia, aut contra bonum publicum, ne criminosus puniatur, & id quidem dupliciter, aut abscondendo vera crimina, quæ est præuaricatio, aut recedendo ab accusatione, quæ est Tergiuersatio. Idem docte Sotus de ratione teg. & deteg. sec. m. 2. q. 5. in 5. conclus. Qui subdit ex hoc sequi primo, quod quamuis calumnia in quocunque iudicio sit peccatum, tamen præuaricatio, & tergiuersatio solum sunt iniuriæ, & peccatum, vbi tenetur accusare; puta quando crimen est in pernitiem publicam. nam tunc in publico bono, si accusans iuuat accusatum, vel ab accusatione desistat. sed in causa propria vnicuique licet discedere ab accusatione.

Accusator dupliciter peccare potest.

Se-

Vbi nulla est malitia ibi nulla est calumnia.

Secundo inquit Sotus inferri, quod vbi nulla est malitia ibi nulla est calumnia: vbi enim quis bona fide quempiam accusabit de crimine, quod putat esse crimen, nulla, est calumnia, tametsi ratione rei acceptæ, teneatur nonnumquam famam restituere.

Calumniator est qui de crimine occulto accusat.

Aduertendum est tamen, quod non solum dicitur calumniator ille, qui accusat de falso crimine; sed etiam ille, qui accusat de occulto crimine; quia crimen, quod probari non potest, pro falso reputatur in iure, vt ibidem tradit Sotus.

Præuaricatio fit duobus modis.

At præuaricatio contingit duobus modis, aut dissimulando proprias probationes, aut falsas excusationes admittendo. Vnde præuaricator dicitur, qui deflectit in partem aduersam: quia varicare idem est, quod deflectere. Et eadem ratione præuaricatio dicitur collusio instar ludentium, quando alter sociorum iuuat partem aduersam. & paria dicantur de tergiuersatione. Verum cum quis accusat de propria iniuria, & punitio non est necessaria bono publico, tunc integrum est ei, aut desistere, aut prosequi accusationem.

Calumniator qui in probatione deficit, reus est pęnæ talionis.

Hoc præmisso, dico, quod calumniator, qui in probatione defecerit, reus est pœnę talionis. Conclusio est vtriusque iuris, 2.q.3.cap. Calumniator, &c. Qui non probauerit & ff. de abolit. l. 1. l. mulier, & l. quæsitum; & sancita est hæc instar legis veteris. Exod. 11. Oculum pro oculo, dentem pro dente, & Deuteron. 19. Cumque diligentissime perscrutantes inuenerint falsum testem dixisse contra fratrem suum mendacium, reddet ei, sicut fratri suo facere cogitauit.

Et accusator eo ipso, quod non probat suam accusationem, præsumitur calumniator, ita docet Glossa in cap. 2. in versic. calumniandi, extra de calumnia.

lumnia. Quam communiter esse approbatam inquit Abbas, in cap. calumnia, num. 2. extra de pęnis; & scribentes in dicto cap. 2. & alij relati per Clarum in sua pract. quæst. 62. Dixi supra. Et ideo bene inquit text. in dicto cap. Qui non probauerit, quod obiecerit, pęnam, quam ipse intulerit, patiatur. Abbas. Clarus

Et vterque peccat mortaliter, tam qui accusando, imponit falsum crimen, quam, qui accusat de occulto crimine, quod probare, non potest. & de primo est tex. in cap. calumniam, extra de pęnis, & tradit Nauar. in Manuali, cap. 25. numer. 31. & de secundo est clarum: quia iniuste eum infamat. vt tradit Nauar. loco citato, cap. 18. num. 54. Et etiam locum habet hæc conclusio in eo denunciatore, qui habetur loco accusatoris, quoniam, & ipse eo ipso, quod non probat suam denunciationem, præsumitur calumniari, & vt calumniator erit puniendus, per text. in dicto cap. qui non probauerit. Qui loquitur generaliter de omni eo, qui non probauerit, quod obiecerit. Secus autem erit in illo denunciatore, qui cum denunciat protestatur se nolle teneri ad probandum id, quod denunciat; sed iudex ipse inquirat, & prouideat eo meliori modo, quo sibi videbitur: quia iste non fungitur vice accusatoris. Verum tamen est, quod talis denunciator, tenetur ad pęnam talionis ex vi constitutionis nostræ, de qua dicetur infra proxime: quia loquitur generaliter de omni eo, qui prodit secretum peccatum fratris, & illud probare non potest. Nauar.

## ADDITIONES.

a. QVam ipse tulerit patiatur. *Hanc etiam sequitur Iacobus Menoch. de arbitr. iud. quæst.* Menoch.

C *lib. 2.*

Ignatius. lib. 2. Centuria 4. casu 321. num. 4. Et Ignatius Lopez in addit. ad practic. crimin. Bernard. Diaz, cap. 65. versic. Falsa crimina, post principium, qui multos allegat hoc ipsum tenentes.

b. Et illud probare non potest. *Sed pone, quod Accusator habeat pro se aliqua indicia, puta famam, vel vnum testem integrum, vel auditum à fide dignis, vel quid simile, numquid excusabitur, & si defecerit in probatione? Respondetur, quod sic, & est* Abb. *Communis opinio, vt attestatur Abb. in consil. 78. num. 1. versic. Venio nunc, lib. 1. quem refert Practi-*Conrad. *ca Conradi, fol. 231. num. 17. & dicit Bartol. in l. cum* Bartol. *quidam, §. quod dictum, num. 3. ff. de acquiren. hæred. millies obtentum furti, quod accusator, vel denuncians aliquem de maleficio, de quo contra eum erat fama, non potest puniri tanquam falsus accusator quem refert Guido Zapa. decis. 446. Incipit, Vox pu-*Guido. *blica, num. 1. Bernardinus Diaz in sua pract. crimin.* Diaz. *canon. 59. post medium, versic. Quæ sint; & Julius Clarus in pract. crimin. q. 62. versic. sed pono; cum* Clarus. *alijs per ipsum, & per Diaz allegatis. Quam conclusionem extendit idem Clarus, vt habeat locum etiam in dicto vulnerati, quæs. 5. excusetur hæres accusans à præsumptione calumniæ, qui motus est ad accusandum eum, qui fuerat diffamatus à vulnerato moriente. Ita gloss. in l. mater, in glos. 1. C. de calumniat. quē sequuntur communiter* Doctores, *vt inquit Bernar-*Bernard. *dus consil. 137. num. 10. lib. 2. in 1. parte, quem refert, & sequitur idem Clarus, ad pract. q. 21. versic. assertio vulnerati.*

*Et stante hac communi conclusione, infertur, quod constitutio nostra, quæ habet, quod frater, qui reuelauerit peccatum occultum fratris sui, quod testibus probare non potuerit mulctetur eadem pena, qua reus erat puniendus, intelligi debeat, de eo, qui peccatum pro-*

*probare non poterit nec plene, nec semiplene: quoniã probatio semiplena debet eum excusare à pœna talionis, vt puta quando probauit crimen per famam, vel per vnum testem integrum, vel alia iudicia illis æquipollentia. Confirmatur istud optima consideratione. Nam quotiescumque delictum est semiplene probatum, aut per famam, aut per vnum testem integrum; aut per alia indicia illis æquipollentia, Tunc reus tenetur confiteri delictum, quod vere commisit cum interrogatus à suo iudice; atque ei talis semiplena probatio fuerit notificata, aliàs peccat mortaliter, vt tenet S. Thoma, & Caiet. 2.2.q.69.art.1. quos sequuntur communiter Theologi, vt per Nauar. in Manuali cap. 25. in tit. de pecca. Rei accus. num. 35. & seqnen. & dicitur infra in cap. de Rei exam. debet ergo sufficere fratri, quod probet delictũ fratri, quod probet delictum fratris sui eo modo, & intantum, quod ipse Reus interrogatus teneatur confiteri, saltem ad hoc, quod excusetur à præsumptione calumniæ, & à pœna talionis.* D. Thom. Caiet. Nauar.

*Duos alios casus in quibus accusator deficiens in probatione excusatur ponit Glos. in cap. 1. §. fin. in versic. sufficiens, de elect. in 6. Primus est, quando testes, quibus probare intendebat decesserint. Secundus est, quando ego probassem Reum esse excommunicatum, & ipse clanculum absolutionem impetrasset. Vide etiam causas, propter quas accusator excusatur à calumnia, quas scribit Iacob. Menoch. de arbitrar. iudic. quæst. lib. 2. centur. 4. casu 322. Ceterum cum pœna talionis hodie antiquata sit, Calumniator extra ordinem Iudicis arbitrio punitur, vt inquit Baldus in l. Athletus, §. calumniator, nu. 6. de his qui notantur infamia. Abb. in cap. 1. in fine, vbi Felin. num. 1. ex. de calumniatorib. Hippolitus de Marsil. in l. Quæstionis modum, num. 52. ff. de quæstionibus. cum alijs* Accusator in duobus casib. excusatur a calumnia. Menoch. Baldus. Abbas. Felin. Hippolit.

Lopez. *allegatis per Ignatium Lopez loco supra proxime allegato in verbo eadem pœna. & de varijs calumniantium pœnis tractat Jacobus Menochius d. casu. 322.*

## *Secreta monitio, quando præcedere debeat accusationem. Cap. VIII.*

Sotus. SOtus de ratione teg. & deteg. secr. mem. 2. qu. 5. concl. 4. vers. Sed dubium, post sanctum Thom. disputat hanc quæst. & tandem cōcludit, quod quo ad forum exterius, nunquam exigitur ab accusatore huiusmodi monitio, sed solum, vt causam inscribat, iuxta illud, sicut denunciationem admonitio, ita & accusationem inscriptio præcedere debet. ca. qualiter, & quando. 2. ex. de accusat. sed in foro conscientiæ quotiescunque quis habet ius accusandi, non requiritur admonitio: quoniam accusationis finis est vindicta, & punitio criminis sine respectu ad emendationem, cum tamen admonitio solum fiat, ad emendationem in futurum. Et potest quis accusare ad vindictam, etiam quod crimen iam cessauerit.

Secreta monitio an debeat præcedere accusationem, & quando.

Pro ampliori tamen doctrina, dico primo, quandocunque crimen probabile est in iudicio, non tenetur accusator ex iustitia præmittere secretā monitionem, v.g. vt Reus desistat, vt satisfaciat sed potest sine iuria accusationem instituere. Ratio est: quia tunc propter bonum publicum concessa est accusatio, vel saltem denunciatio, vt crimina in exemplum aliorum puniantur; sicque omnes a malo absterreantur. Vnde reus non potest queri de iniuria sibi facta, quod ante monitus non fuerit.

Si crimen est probabile.

Dices, qui denunciaturus est denunciatione euāgelica, tenetur prius monere peccatorem, si putet eum emendatum iri, idq; ex iustitia, vt multi volunt.

Denunciationem euangelicā

unt. ergo etiam qui iudicialiter denunciat, vel accusat.

præcessit monitio.

Respondeo. Esse disparem rationem; quia, qui vtitur denunciatione euangelica, nullam habet causam denunciandi, si proximus putetur priuatim emendandus: nam hæc non instituitur ad punitioné, seu exemplum publicum, cum ex ea nemo puniri possit, sed solũ ad fratris emendationem; quæ cum sine eius infamatione posset obtineri, nullum ius habere videris ad eius famam violandam. Qui autem accusat, vel iuridice denunciat, spectat punitionem ob bonum publicum. itaque etiam si esset priuatim emendandus, tamen subest iusta ratio illum deferendi, nempe vt eius punitione alij terreantur.

Dico secundo. Fieri tamen sæpe potest; vt prius quam accuses, vel denuncies iuridice, tenearis lege charitatis proximum monere, vt desistat a crimine: vt si delictum sit occultum, & speretur priuatis monitis esse emendandus, & ad debitam satisfactionem inducendus, maxime si persona habeatur honesta, tunc enim contra charitatem esset tantum malum illi irrogare.

Interdum est contra charitaté accusare sine præuia monitione.

Aduerte tamen, quando crimen est contra bonũ publicum, & adhuc pendet; vel continuandum putatur in futurum, charitatem ordinarie non postulare, vt monitio secreta accusationem, vel denunciationem præcedat; sed debere statim deferri iudici, vt malo occurrat: vt si occulte hæreticus aliquis in vrbem irrepserit, si quis cum hoste occulte tractet, vel consilia principis significet, si quis falsam monetam cudat. Ratio est quia periculum, quod impendet est maioris momenti, quam infamiam, & damnum omne, quod iste ex accusatione incurret. Neque hic scrupulose examinandum est, an forte emendabitur priuata monitione; quia in re tanti

Si crimen contra bonum publicum vrgeret, & si occultum accusari potest nõ præuia, monitione.

hac denunciatione, nihil petitur; sed insinuatur tantum crimen prælato sine obligatione probandi illud, vt ipse remedium præbeat. Qui quidem Prælatus, vt infra dicemus, tenetur inquirere super illo delicto, & fratrem delinquētem punire, aliaque facere, quę secundum iustitiam erunt necessaria.

Sed dices. Quando fui ab aliquo infamatus, quo modo restituetur mihi fama, si eam non possum petere in iudicio, tamquam rem temporalem? Et mandetur nobis curam habere de bono nomine; & ius diuinum, & naturale mandet, quòd fama iniuste ablata, cuilibet restituatur. Respondeo, quod tu debes corripere fratrem, qui in te deliquit, & petere ab eo, vt tibi famam restituat, quod si nolit, poteris insinuare crimen prælato denunciatione canonica, qui prouidebit saluti fratris, & simul ex officio suo prouidebit, vt ille famam tibi restituat. Sed particulariter petere, vt fama tibi restituatur, id (iudicio meo) nullo modo licet, cum fama sit quid temporale, pro quo non licet nobis in iudicio experiri, nec intentando aliquam actionem, nec implorando iudicis officium. quoniam implorare officium Iudicis, nihil aliud est, quam iudicio experiri, quod nobis nullo modo licet, vt inquit Clem. V. in dicta Clem. exiui.

## De Denunciatione. Cap. IX.

Denunciatio quadruplex est.

DEnunciatio est quadruplex, vt notant Doctores in cap. Nouit. ext. de iud. & 2. qu. 1. cap. si peccauerit, & tradit Sotus lib. de rat. teg. & deteg. secr. m. 2. qu. 5. in principio, videlicet Euangelica, Iudicialis, Canonica, & Regularis.

Sotus.

Denunciatio Euan-

Denūciatio Euāgelica est delatio criminis apud Iudicem, vt patrem explicata causa emendationis: quando

quando videlicet fratri suo facta correctione, nec eo emendato frater denunciat crimen prælato, vt ab eo corrigatur iuxta præceptum Euágelicum. Si peccauerit in te frater tuus, &c. Quod si te non audierit dic Ecclesię. Et differt hæc denunciatio ab accusatione dupliciter; primo ratione finis, quia finis denunciationis est bonum priuatum particularis personæ; Accusationis verò bonum publicum. secundo ratione habitus, seu virtutis: quia denunciatio est actus charitatis, accusatio autem iustitię.

gelica quid sit.

Denunciatio Euangelica differt ab accusatione dupliciter

Denunciatio Iudicialis est duplex, publica, qua Iudex ex officio per denunciationem suorum officialium procedit, vel ad mulctandum Reum pœna fiscali, uel alia pœna arbitraria, & hęc nihil ad nos. Altera priuata, quæ est manifestatio criminis, qua quis prætendit sibi resarciri damnum acceptum, & se in pristinum statum restui, & differt hæc denunciatio iudicialis ab Euangelica primo ratione finis: quia finis Euágelicæ estendatio fratris, sed finis iudicialis est bonum denunciantis, vt delinquens sibi satisfaciat. secundo in ordine: nam illa procedit ordine Euangelico sine strepitu iudicij, & propterea dicitur Euangelica; sed Iudicialis procedit inscriptis, & forma iudiciali, & propterea Iudicialis appellatur, & tenetur denuncians probare crimen, licet quandoque etiam iudicialis procedat de plano, & sine strepitu iudicij.

Denunciatio iudicialis duplex

Denunciatio iudicialis differt ab Euangelica.

Ab accusatione etiam denunciatio Iudicialis differt; quia denunciás non intendit uindictam publicam, & punitionem denunciati propter [illegible]um publicum, sed solum suum interesse, in quo per iniuriam læsus est, Acccusator autem petit vindictam publicam, quæ infligitur propter bonum commune; quare Iudex potest punire denunciatum tot pœna legis, sicut tenetur punire accusatum.

Denunciatio iudicialis differt ab accusatione.

Se

Vbi nulla est malitia ibi nulla est calumnia.

Secundo inquit Sotus inferri, quod vbi nulla est malitia ibi nulla est calumnia: vbi enim quis bona fide quempiam accusabit de crimine, quod putat esse crimen, nulla, est calumnia, tametsi ratione rei acceptæ, teneatur nonnumquam famam restituere.

Calumniator est qui de crimine occulto accusat.

Aduertendum est tamen, quod non solum dicitur calumniator ille, qui accusat de falso crimine; sed etiam ille, qui accusat de occulto crimine; quia crimen, quod probari non potest, pro falso reputatur in iure, vt ibidem tradit Sotus.

Præuaricatio fit duobus modis.

At præuaricatio contingit duobus modis, aut dissimulando proprias probationes, aut falsas excusationes admittendo. Vnde præuaricator dicitur, qui deflectit in partem aduersam: quia varicare idem est, quod deflectere. Et eadem ratione præuaricatio dicitur collusio instar ludentium, quando alter sociorum iuuat partem aduersam. & paria dicantur de tergiuersatione. Verum cum quis accusat de propria iniuria, & punitio non est necessaria bono publico, tunc integrum est ei, aut desistere, aut prosequi accusationem.

Calumniator qui in probatione deficit, reus est pœnæ talionis.

Hoc præmisso, dico, quod calumniator, qui in probatione defecerit, reus est pœnę talionis. Conclusio est vtriusque iuris, 2. q. 3. cap. Calumniator, &c. Qui non probauerit & ff. de abolit. l. 1. l. mulier, & l. quæsitum; & sancita est hæc instar legis veteris. Exod. 11. Oculum pro oculo, dentem pro dente, & Deuteron. 19. Cumque diligentissime perscrutantes inuenerint falsum testem dixisse contra fratrem suum mendacium, reddet ei, sicut fratri suo facere cogitauit.

Et accusator eo ipso, quod non probat suam accusationem, præsumitur calumniator, ita docet Glossa in cap. 2. in versic. calumniandi, extra de calumnia.

lumnia. Quam communiter esse approbatam inquit Abbas, in cap. calumnia, num. 2. extra de pęnis; & scribentes in dicto cap. 2. & alij relati per Clarum in sua pract. quæst. 62. Dixi supra. Et ideo bene inquit text. in dicto cap. Qui non probauerit, quod obiecerit, pęnam, quam ipse intulerit, patiatur. Abbas. Clarus

Et vterque peccat mortaliter, tam qui accusando, imponit falsum crimen, quam, qui accusat de occulto crimine, quod probare, non potest. & de primo est tex. in cap. calumniam, extra de pęnis, & tradit Nauar. in Manuali, cap. 25. numer. 31. & de secundo est clarum: quia iniuste cum infamat. vt tradit Nauar. loco citato, cap. 18. num. 54. Et etiam locum habet hæc conclusio in eo denunciatore, qui habetur loco accusatoris, quoniam, & ipse eo ipso, quod non probat suam denunciationem, præsumitur calumniari, & vt calumniator erit puniendus, per text. in dicto cap. qui non probauerit. Qui loquitur generaliter de omni eo, qui non probauerit, quod obiecerit. Secus autem erit in illo denunciatore, qui cum denunciat protestatur se nolle teneri ad probandum id, quod denunciat; sed iudex ipse inquirat, & prouideat eo meliori modo, quo sibi videbitur: quia iste non fungitur vice accusatoris. Verum tamen est, quod talis denunciator, tenetur ad pęnam talionis ex vi constitutionis nostræ, de qua dicetur infra proxime: quia loquitur generaliter de omni eo, qui prodit secretum peccatum fratris, & illud probare non potest. Nauar.

## ADDITIONES.

a. QVam ipse tulerit patiatur. *Hanc etiam sequitur Iacobus Menoch. de arbitr. iud. quæst.* Menoch.

Ignatius. *lib.2. Centuria 4. casu 321.num.4. Et Ignatius Lopez in addit.ad practic. crimin. Bernard. Diaz, cap. 65. versic. Falsa crimina, post principium, qui multos allegat hoc ipsum tenentes.*

b. Et illud probare non potest. *Sed pone, quod Accusator habeat pro se aliqua indicia, puta famam, vel vnum testem integrum, vel auditum à fide dignis, vel quid simile, numquid excusabitur, & si defecerit in probatione? Respondetur, quod sic, & est*

Abb. *Communis opinio, vt attestatur Abb. in consil.78. num.1. versic. Venio nunc, lib.1. quem refert Practi-*

Conrad. Bartol. *ca Conradi, fol.231. num.17. & dicit Bartol. in l. cum quidam, §. quod dictum, num.3. ff. de acquiren. hæred. millies obtentum furti, quod accusator, vel denuncians aliquem de maleficio, de quo contra eum erat fama, non potest puniri tanquam falsus accusator quem refert Guido Zapa. decis. 446. Incipit, Vox pu-*

Guido. Diaz. *blica, num.1. Bernardinus Diaz in sua pract. crimin. canon.59. post medium, versic. Quæ sint; & Julius*

Clarus. *Clarus in pract. crimin. q.62. versic. sed pono; cum alijs per ipsum, & per Diaz allegatis. Quam conclusionem extendit idem Clarus, vt habeat locum etiam in dicto vulnerati, quæs.5. excusetur hæres accusans à præsumptione calumniæ, qui motus est ad accusandum eum, qui fuerat diffamatus à vulnerato moriente. Ita glos. in l. mater, in glos.1. C. de calumniat. quẽ sequuntur communiter Doctores, vt inquit Bernar-*

Bernard. *dus consil.137. num.10. lib.2. in 1. parte, quem refert, & sequitur idem Clarus, ad pract. q.21. versic. assertio vulnerati.*

*Et stante hac communi conclusione, infertur, quod constitutio nostra, quæ habet, quod frater, qui reuelauerit peccatum occultum fratris sui, quod testibus probare non potuerit mulctetur eadem pœna, qua reus erat puniendus, intelligi debeat, de eo, qui peccatum pro-*

*probare non poterit nec plenè, nec semiplene: quoniã probatio semiplena debet eum excusare à pęna talionis, vt puta quando probauit crimen per famam, vel per vnum testem integrum, vel alia iudicia illis æquipollentia. Confirmatur istud optima consideratione. Nam quotiescumque delictum est semiplene probatum, aut per famam, aut per vnum testem integrum; aut per alia indicia illis æquipollentia, Tunc reus tenetur confiteri delictum, quod vere commisit cum interrogatus à suo iudice; atque ei talis semiplena probatio fuerit notificata, aliàs peccat mortaliter, vt tenet S. Thoma, & Caiet. 2.2.q.69.art.1. quos sequuntur communiter Theologi, vt per Nauar. in Manuali cap. 25. in tit. de pecca. Rei accus. num. 35. & seqnen. & dicitur infra in cap. de Rei exam. debet ergo sufficere fratri, quod probet delictũ fratri, quod probet delictum fratris sui eo modo, & intantum, quod ipse Reus interrogatus teneatur confiteri, saltem ad hoc, quod excusetur à præsumptione calumniæ, & à pœna talionis.* D. Thom. Caiet. Nauar.

*Duos alios casus in quibus accusator deficiens in probatione excusatur ponit Glos. in cap. 1. §. fin. in versic. sufficiens, de elect. in 6. Primus est, quando testes, quibus probare intendebat decesserint. Secundus est, quando ego probassem Reum esse excommunicatum, & ipse clanculum absolutionem impetrasset. Vide etiam causas, propter quas accusator excusatur à calumnia, quas scribit Iacob. Menoch. de arbitrar. iudic. quæst. lib. 2. centur. 4. casu 322. Ceterum cum pœna talionis hodie antiquata sit, Calumniator extra ordinem Iudicis arbitrio punitur, vt inquit Baldus in l. Achletus, §. calumniator, nu. 6. de his qui notantur infamia. Abb. in cap. 1. in fine, vbi Felin. num. 1. ex. de calumniatorib. Hippolitus de Marsil. in l. Quæstionis modum, num. 52. ff. de quæstionibus. cum aliis* Accusator in duobus casib. excusatur a calumnia. Menoch. Baldus. Abbas. Felin. Hippolit.

*allegatis per Ignatium Lopez loco supra proxime allegato in verbo eadem pœna. & de varijs calumniantium pœnis tractat Iacobus Menochius d. casu. 322.* Lopez.

## *Secreta monitio, quando præcedere debeat accusationem. Cap. VIII.*

Sotus. SOtus de ratione teg. & deteg. secr. mem. 2. qu. 5. concl. 4. vers. Sed dubium, post sanctum Thom. disputat hanc quæst. & tandem cōcludit, quod quo ad forum exterius, nunquam exigitur ab accusatore huiusmodi monitio, sed solum, vt causam inscribat, iuxta illud, sicut denunciationem admonitio, ita & accusationem inscriptio præcedere debet. ca. qualiter, & quando. 2. ex. de accusat. sed in foro conscientiæ quotiescunque quis habet ius accusandi, non requiritur admonitio: quoniam accusationis finis est vindicta, & punitio criminis sine respectu ad emendationem, cum tamen admonitio solum fiat, ad emendationem in futurum. Et potest quis accusare ad vindictam, etiam quod crimen iam cessauerit.

Secreta monitio an debeat pręcedere accusationem, & quando.

Pro ampliori tamen doctrina, dico primo, quandocunque crimen probabile est in iudicio, non tenetur accusator ex iustitia præmittere secretā monitionem, v. g. vt Reus desistat, vt satisfaciat sed potest sine iuria accusationem instituere. Ratio est: quia tunc propter bonum publicum concessa est accusatio, vel saltem denunciatio, vt crimina in exemplum aliorum puniantur; sicque omnes à malo absterreantur. Vnde reus non potest queri de iniuria sibi facta, quod ante monitus non fuerit.

Si crimen est probabile.

Dices, qui denunciaturus est denunciatione euāgelica, tenetur prius monere peccatorem, si putet eum emendatum iri, idq; ex iustitia, vt multi volunt.

Denunciationem euangelicā

unt. ergo etiam qui iudicialiter denunciat, vel accusat. praecedit monitio?

Respondeo. Esse disparem rationem; quia, qui vtitur denunciatione euangelica, nullam habet causam denunciandi, si proximus putetur priuatim emendandus: nam hæc non instituitur ad punitionẽ, seu exemplum publicum, cum ex ea nemo puniri possit, sed solũ ad fratris emendationem; quæ cum sine eius infamatione posset obtineri, nullum ius habere videris ad eius famam violandam. Qui autem accusat, vel iuridice denunciat, spectat punitionem ob bonum publicum. itaque etiam si esset priuatim emendandus, tamen subest iusta ratio illum deferendi, nempe vt eius punitione alij terreantur.

Dico secundo. Fieri tamen sæpe potest; vt prius quam accuses, vel denuncies iuridice, tenearis lege charitatis proximum monere, vt desistat a crimine: vt si delictum sit occultum, & speretur priuatis monitis esse emendandus, & ad debitam satisfactionem inducendus, maxime si persona habeatur honesta, tunc enim contra charitatem esset tantum malum illi irrogare. Interdum est contra charitatẽ accusare sine præuia monitione.

Aduerte tamen, quando crimen est contra bonũ publicum, & adhuc pendet; vel continuandum putatur in futurum, charitatem ordinarie non postulare, vt monitio secreta accusationem, vel denunciationem præcedat; sed debere statim deferri iudici, vt malo occurrat: vt si occulte hæreticus aliquis in vrbem irrepserit, si quis cum hoste occulte tractet, vel consilia principis significet, si quis falsam monetam cudat. Ratio est quia periculum, quod impendet est maioris momenti, quam infamiam, & damnum omne, quod iste ex accusatione incurret. Neque hic scrupulose examinandum est, an forte emendabitur priuata monitione; quia in re tanti Si crimen contra bonum publicum vrgeret, & si occultum accusari potest nõ præuia monitione.

momenti eligendum eſt id, quod tutius eſt. Facile enim poſset talis priuatim monitus, ſimulare emendationem, & pœnitentiam, ac interea occulte exequi, quæ deſtinauerat. Itaque in huiuſmodi, niſi certo conſtet periculum caueri poſse priuata monitione, non eſt adibenda. Secus eſt in alijs delictis, ex quibus non impendet, incommodum, niſi ipſi peccatori, vel alteri priuato, de quo vide D. Thom. 2. 2. qu. 68. art. 1.

D. Thom. Etiam in cauſa propria non requiritur ad accuſationẽ præuia monitio.

Dico tertio in cauſa propria, vbi non eſt præceptum accuſandi non eſt dubium, quin ſtatim poſſit aliquis accuſarẹ illum, qui patrem ſuum occidit ſine aliqua monitione: quoniam ſi homicida pœnituerit delicti, poſsem nihilominus dimiſso odio, zelo iuſtitię petere pœnam capitis. licet forte eſset conſilium, remittere iniuriam, & admonere eum, vt damnum reſtituat, & tunc ceſsare ab accuſatione. Et ſubdit Sotus vbi ſupra, qui in cauſa aliena, vt puta ſi ſcirem in Conuentu aliquem eſse furem, aut fornicarium, eſsent que legitimi teſtes, poſsem forſan accuſare ſine admonitione, ſi vellem ſubire periculum probandi. licet in hoc caſu poſset forſitam ſuſtineri opinio Caiet. videlicet, quod deberet, pręcedere admonitio, atque adeo emendato fratre, nõ eſset procedendum ad accuſationem. Hanc eandem ſententiam, quod monitio pręcedere non debeat accuſationem tenet Nauarr. in Manua. cap. 18. num. 30. poſt Adrianum in 4. de Corretio. fraterna concl. 17. ad ſecundum.

Sotus.

Caiet.

Nauar. Adrianus.

Fratribus minorib. de obſer. an competat accuſatio.

Tandem circa accuſationem quæritur. Nũquid nobis min. obſer. legitime competat accuſatio, ita quod ſecura conſciẽtia poſſit vnus frater alium fratrem criminaliter accuſare. Et ratio dubitandi eſt, quia ratione regulæ noſtræ, in qua promiſimus altiſſimam paupertatem, nulla actio nobis compete-

re

re potest, pro qualibet re temporali. Ex altera parte videtur, quod accusatio recte nobis competere valeat, & debeat, alias delicta remanerent impunita, quod quidem redundaret in maximum Religionis detrimentum; & eo maxime, quando essent delicta, quæ vergerent in perniciem publicam; quo casu quilibet non solum potest, sed etiam tenetur accusare, dummodo possit idoneis testibus probare, vt docet D. Thom. 2.2. qu. 68. art. 1. Sot. de rat. teg. & deteg. secr. men. 2. qu. 4. vers. his præmissis in 1. concl. Quoniam vnicuique mandatum est de proximo suo, vt habetur. Eccle. 17. & præsertim vnicuique lege naturę incumbit cura boni communis, sicut membra corporis, naturali instinctu sese obijciunt periculo corporis. D. Thom. Sotus.

Ego saluo meliori aliorum iudicio, credo, quod nec accusatio, nec iudicialis denunciatio, tuta conscientia nobis competere possit; sed tantummodo denunciatio canonica: Quoniam virtute Regulæ nostrę nulla nobis actio competere potest, pro qualibet re temporali, vt expresse inquit summus Pontifex Clem. V. in Clemen. exiui, de verb. signi. §. Verum etiam. Cuius sunt hęc verba. Cumque dicti ordinis professores pro nulla re temporali, possint in iudicio experiri. Et S. Bernardinus inter casus proprietatis ponit istum primum, petere vindictam, vel iustitiam de injurijs sibi illatis; & dubium non est apud Doctores, quod accusatio est actio, atque ita petitio vindictæ, & petitio damni illati, vt sibi resarciatur, quæ fit per denūciationem iudicialem, sunt res temporales. ergo sequitur, quod ex vi professionis nostrę, illas petere non possumus; sed licet nobis tantummodo denunciare crimen prælato canonica denunciatione, vt prouideat prout sibi videbitur, & saluti fratris, & bono publico: nam in Autoris sententia. S. Bernardinus.

hac denunciatione, nihil petitur; sed insinuatur tantum crimen prælato sine obligatione probandi illud, vt ipse remedium præbeat. Qui quidem Prçlatus, vt infra dicemus, tenetur inquirere super illo delicto, & fratrem delinquētem punire, aliaque facere, quę secundum iustitiam erunt necessaria.

Sed dices. Quando fui ab aliquo infamatus, quo modo restituetur mihi fama, si eam non possum petere in iudicio, tamquam rem temporalem? Et mandetur nobis curam habere de bono nomine; & ius diuinum, & naturale mandet, quòd fama iniuste ablata, cuilibet restituatur. Respondeo, quod tu debes corripere fratrem, qui in te deliquit, & petere ab eo, vt tibi famam restituat, quod si nolit, poteris insinuare crimen prælato denunciatione canonica, qui prouidebit saluti fratris, & simul ex officio suo prouidebit, vt ille famam tibi restituat. Sed particulariter petere, vt fama tibi restituatur, id (iudicio meo) nullo modo licet, cum fama sit quid temporale, pro quo non licet nobis in iudicio experiri, nec intentando aliquam actionem, nec implorando iudicis officium. quoniam implorare officium Iudicis, nihil aliud est, quam iudicio experiri, quod nobis nullo modo licet, vt inquit Clem. V. in dicta Clem. exiui.

## *De Denunciatione. Cap. IX.*

Denunciatio quadruplex est. Sotus. DEnunciatio est quadruplex, vt notant Doctores in cap. Nouit. ext. de iud. & 2. qu. 1. cap. si peccauerit, & tradit Sotus lib. de rat. teg. & deteg. secr. m. 2. qu. 5. in principio, videlicet Euangelica, Iudicialis, Canonica, & Regularis.

Denunciatio Euan- Denūciatio Euāgelica est delatio criminis apud Iudicem, vt patrem explicata causa emendationis: quando

quando videlicet fratri suo facta correctione, nec eo emendato frater denunciat crimen prælato, vt ab eo corrigatur iuxta præceptum Euãgelicum. Si peccauerit in te frater tuus, &c. Quod si te non audierit dic Ecclesię. Et differt hæc denunciatio ab accusatione dupliciter; primo ratione finis, quia finis denunciationis est bonum priuatum particularis personæ; Accusationis verò bonum publicum. secundo ratione habitus, seu virtutis: quia denunciatio est actus charitatis, accusatio autem iustitię.

gelica quid sit.

Denunciatio Euangelica differt ab accusatione dupliciter.

Denunciatio Iudicialis est duplex, publica, qua Iudex ex officio per denunciationem suorum officialium procedit, vel ad mulctandum Reum pœna fiscali, uel alia pœna arbitraria, & hęc nihil ad nos. Altera priuata, quæ est manifestatio criminis, qua quis prætendit sibi resarciri damnum acceptum, & se in pristinum statum restui, & differt hæc denunciatio iudicialis ab Euangelica primo ratione finis: quia finis Euãgelicæ est endatio fratris, sed finis iudicialis est bonum denunciantis, vt delinquens sibi satisfaciat. secundo in ordine: nam illa procedit ordine Euangelico sine strepitu iudicij, & propterea dicitur Euangelica; sed Iudicialis procedit inscriptis, & forma iudiciali, & propterea Iudicialis appellatur, & tenetur denuncians probare crimen, licet quandoque etiam iudicialis procedat de plano, & sine strepitu iudicij.

Denunciatio iudicialis duplex.

Denunciatio iudicialis differt ab Euangelica.

Ab accusatione etiam denunciatio Iudicialis differt; quia denunciãs non intendit uindictam publicam, & punitionem denunciati propter [illegible]um publicum, sed solum suum interesse, in quo per iniuriam læsus est, Acccusator autem petit vindictam publicam, quæ infligitur propter bonum commune; quare Iudex potest punire denunciatum tot pœna legis, sicut tenetur punire accusatum.

Denunciatio iudicialis differt ab accusatione.

Se

Secundo. Denunciato Iudicialis est mera manifestatio criminis, sine aliqua actione, qua scilicet denunciatur crimen prelato, vt ipse ex officio emendet delictum, & faciat, quod ei visum fuerit secundum ius. Sed accusatio est delatio criminis cum actione, qua Index petitur, & compellitur punire reum. Quare denuntiator non dicitur proprie Actor, siue accusator; sed improprie. Ceterum in hac denunciatione iudiciali, non est necessarium, quod precedat monitio quia in ea non intenditur emendatio fratris, sicut nec in accusatione, vt docet Nauar. in Manua. cap. 18. num. 30. post Adrianum in 4. de corrret. fraterna col. 17. ad secundum.

In denunciatione iudiciali non est necesse, quod præcedat monitio.

Denunciatio. Canonica quid.

Denonciatio Canonica est, quæ a Iure canonico inuenta est, & est delatio criminis Iudici facta; nõ ad vindictam publicam, sicut accusatio, nec propter interesse proprium denuncianti, sicut denunciatio Iudicalis, sed ad emendam denunciati, & vt coerceantur crimina, ne vltra procedant. Sed hæc, inquit Sotus vbi supra, vix distingui potest a denunciatione Euangelica; nisi dicamus, quod denunciatio Euangelica ea solum est, quæ ad solam fratris emendationem procedit: Canonica vero, quę procedit ad euitandum damnum publicum, aut priuatæ personæ, vt cum quis denunciat prelatum, aut habentē benificium, vt priuetur officio, & beneficio: quia est Reipub. perniciosus & secundum Innoc. in d. cap. Nouit extra de iudicijs, quando quis denunciat crimem quod est in perniciem publicam; aut in præiudicium tertiæ personæ, non solum ad mendationem illius, sed vt euitetur, & resarciatur damnum; tunc est denunciatio canonica; quæ quidem denunciatio non est fraterna nec iudicialis; quia non petitur proprium interesse, nec proprie est accusatio: quia non petitur omnino vendicta legis;

Sotus.

Innocentius.

sed

ſed conuenit nihilominus cum denunciatione fraterna, ſeu Euangelica in hoc: quia requirit præuiam admonitionem, vt notant Doctores loco ſupracitato, etiam quod crimen ſit in perniciem publicam, quãdo ſperatur correctio; quia ſi nõ ſperaretur correctio, facienda eſset denunciatio abſque præuia monitione, vt patet per Nauarr. in Manua. cap. 18. num. 31. in fine.

Ex his ſequitur, quod differentiæ, quæ ponuntur ab aliquibus inter accuſationem, & denunciationem, nempe, quod accuſatio non poteſt fieri per litteras, denũciatio vtique: vt tradit Abb. in c. licet a beato de accuſat. num. 2. & in cap. dilectus eodem tit. num. 3. Item quod denunciationem caritatiua correctio, accuſationem inſcriptio præcedere debet vt docet Nauarr. Conſil. 3. de accuſat. 4. Item quod accuſatio facit ordinarie puniri, & denunciatio extraordinarie, & mitius, vt refert Antonius de Butrio in cap. dilectus de Simon. Nauarr. Nauar.

Item, quod Accuſatio depoſitionem, denunciatio correctionem induxit, ſecundum Hoſtien. in cap. 1. de offic. cuſtod. num. 17. & Abb. in cap. ſuper his de accuſat. num. 2. Item quod Accuſator poteſt appellare, denunciator non, nec tenetur ſe ſubſcribere denuntiæ, nec verificare eam; Accuſator ſecus vt inſinuat Aegidius. Boſſ. in tit. de denunt. num. 14 demum, quod denunciator, cuius finis eſt vt mores corrigantur, poteſt examinari, tamquam teſtis; Accuſato nequaquam in cap. in omni negotio. de teſtibus, vbi Butt. Anna. And. Felin. Aret. & cæteri doctores omnes. differentiæ, inquam iſtæ inter accuſationem, & denunciationem, intelliguntur de canonica denunciatione; non autem de denunciatione iudiciali, vt conſideranti ea, quæ diximus liquido patet. Antonius de Butrio Hoſtien. Aegidius Boſſius.

Denun-

Denunciatio Regularis quid sit.

Denunciatio Regularis ea est, quæ fit in Religionibus, secundum constitutiones, & regulas diuersarum Religionum, siue sit Iudicialis propter proprium interesse, siue fit canonica, propter bonum commune, & ideo Regularis dicitur: quia in Religionibus non est necesse seruare totum ordinem iuris. Nos autem hic loquimur solum de iudiciali, & canonica denunciatione.

Iudex quando tenetur denunciationem Accipere.

Pro quibus obseruandum est, quod prælatus denunciationem non debet accipere, nisi denuncians sit bonæ, famæ. Circa quod considerare debet prælatus, non solum denunciantis sed etiam denunciati, & testium prępositorum conditiones, ex quibus iudicare poterit, an etiam denuncians non bonæ famæ admitti debeat.

Denuncians probare sed testes producere.

Secundo obseruandum est, quod denuncians non tenetur probare; sed testes producere, atque adeo, & si in probando deficiat, de iure puniri non debet. Verum si non solum deficiat, sed reperiatur omnino falsum denunciasse, iudicis arbitrio puniri potest. quod si denunciator fit etiam instigator in causa, ita vt accusatoris personam fere induere videatur; tunc tenetur, se subscribere, & ad pænam talionis stare, cæterasque leges accusatoris subite.

Prælatus non tenetur inquirere, quando deferūtur litteræ delatoriæ absbue authore.

Demum circa hanc denunciationis materiam queritur, An quando deferetuntur litteræ dilatoriæ, seu denunciatoriæ nullo auctore subscripto debeat prę latus contra denunciatum inquirere. Respondetur, quod nullo modo debet, nec potest inquirere, nisi p̄cedat īfamia: Nā si prælatus ad denūciationē alicuius certæ pſone inquirit, id facit: quirit, id facit; quia, illi certa est probitas fratas fratris denunciantis, quę hic esse non potest, cum non adsit nomen, & huiusmodi litteræ, nec infamiam, nec incidia continent contra ipsum denuncia-

nunciatum. Ita concludit Glarus, in practica crim. quæſ. 5. verſ. Neq; in hoc attenduntur, quod inquit procedere etiam, quando in ipſi litteris, notificati eſſent teſtes de ipſo delicto informati. Hoc idem confirmatur deciſione ſummi Pontificis in cap. Inquiſitionis extra de accuſat. vbi expreſſe prohibet, ne fiat inquiſitio ad eorum potulationem, qui clam ſchedulas ad alterius infamiam proferunt. eiuſque rei ratio redditur a Panormit quoniam ſchedulę prorſus infamiam non afferunt, vt habetur eodem tit. de accuſat. cap. finali. Quãto igitur id magis ueniet intelligendum de litteris delatorijs ſine nomine?

Clarus.

Panor.

## ADDITIONES.

2. ACcuſationis vero bonum puqlicum. *Nam bomo conſideratur primo, ut ſingularis perſona ſecundo. ut membrum Reipub. ſumus enim, (ut inquit Apoſt.) vnius corporis membra. Quare crimen cuiuſcunque bominis vtraque ratione malum eſt, & quia bomini nocet, & quia in perniciem Reipub. generaliter diffunditur. qua propter denunciationis finis eſt correctio, & recuperatio fratris, quod illo verbo* Euangelico *inſinuatur. Si te audierit, lucratus eris fratrem tuum.* Et *accuſationis, & inquiſitionis finis eſt publica punitio, vt pœna publica vnius, timor ſit cæteris; iuxta illud D. Pauli ad Thimot.* 1. *Peccantes coram omnibus argue, vt & ceteri timorem habeant. Unde hæc eſt differentia inter pœnam buius uitæ, & pœnam æternam inferni: nam pœnæ buius mundi non per ſe expetuetur, nec debent infligi propter malam bominis, ſed in quantum ſunt medicinales vel illi, cui infliguntur, vel alijs; pœna inferni non eſt medicinalis; ſed*

1. Cor. 12.

Fœna huius vitæ, & inferni differentia.

*sed solum est in malum, & supplicium damnatorum propter bonum iustitiæ. tametsi in hac vita nos iuuet ad terrorem. Vide Sotum de ratione tegendi, & detegendi secretum. m.2.quest.1.* Sotus.

## *De Inquisitione. Cap. X.*

TRadunt communiter doctores. Iudicem triplici modo posse procedere, scilicet per viam accusationis, vel denunciationis, vel inquisitionis, vt expresse habetur cap. qualiter, & quando. 2 de Accusatione. Commodius tamen ponuntur tantum duo modi procedendi contra criminosos, alter ex officio, alter ad instantiam partis. Denunciatio enim non est per se aliqua destincta via procedendi; sed est quidam præuium, vt iudex procedat ex officio, vt recte docet Iulius Clarus. lib. 1.§. practica criminalis. quest. 3.

Duo sunt modi procedendi.

Clarus.

Ad instantiam partis procedit, quando pars offensa. vel alius, ad quem id iure spectare potest, accusationem porrigit, & iudex ea admissa, secundum eius probationes procedit. Ex officio autem, quando præcedente aliqua infamia, vel denunciatione, capit informationes, & format inquisitionem contra authorem, ut sic ad plenam probationem, & sententiam perueniat.

Quando igitur Index agit ex officio, procedit per inquisitionem, dum adinstatiam partis, per accusationem.

Modus procedendi ex officio ad quę se extendat.

Modus procedendi ex officio, seu per inquisitionem, extendit se ex dispositione iuris Canonici ad omnia crimina secundum Arcidiaconum in cap. felicis. §. vlt. de pænis, lib.6. In omini enim genere criminum possunt iudices, per inquisitionem procedere. Idem ex consetudine seruatur

in

in foro ciuili; Vnde in quibusdam Regnis via inquisitionis adeo estraodinara, ut altera nempe accusationis non admittatur, nisi in paucis causis. In Regno Franciæ prohibita est accusatio omnis ad vindictam publicam tendens, & solum permittitur pro interesse ciuili. unde in omnibus causis criminalibus proceditur per viam inquisitionis, vt docet Clarus supra num. 6. ex Giulelmo de Bened. & Practica Millari.

Inquisitio autem, quantum spectat ad propositum nostrum est Triplex prima est omnino generalis, qua in genere inquiritur, an subditi seruent leges, an committamtur crimina, an de nullo sit fama, vel suspicio alicuius criminis, & hac vtuntur prælati, & superiores in visitatione prouinciæ & locorum subiectorum, vt pote, quando Prouincialis visitando monasteria, generaliter inquirit, num in monasterio sint aliqua delicta, vel trasgressiones contra Regulam, & constitutiones, quomodo quilibet frater segerat in officio suo, neç aliquam specialem inquisitionem facit contra aliquam particularem personam, nec de aliquo particulari delicto. Guilelmus de Inquisitione est triplex

Secunda est omnino specialis, qua de certa persona, & de certo crimine quæritur, v.g. an Petrus commiserit simoniam, vel furtum, &c.

Tertia est mixta, quando vel solum crimen est speciale, vel sola persona, vt quis fecerit illud homicidium, an Petrus seruet statuta, vel constitutiones generales, &c.

Cæterum quoniam aliqui Prælati, & quamplurimi fratres errant in huiusmodi generalibus inquisitionibus, illi in procedendo, & isti in denunciando; idcirco de inquisitione generali, id explicabimus breuiter, quod late tractat Sotus de denuncia-

nunciatione fraterna in lib. de rat. teg. & deteg. secr. m. 2. q. 4. concl. 8. deinde de speciali inquisitione agemus.

## De inquisitione generali. Cap. XI.

Prælatus duplici modo procedere potest. vel vt Pater, vel vt Iudex.

CIrca generalem inquisitionem, obseruandum est primo, quod Prouincialis duplici modo procedere potest in corrigendo fratrum crimina, vel tanquam Pater, vel tamquam Iudex; ita fratres possunt ei denunciare delicta confratrum suorum, vel tamquam Patri, vel vt iudici. Quando delicta denunciantur, tamquam Patri, vno modo est procedendum, nempe fraternaliter; Quando verò tamquam Iudici denunciantur, alio modo, scilicet iudicialiter procedendum est.

crimē aut est publicum, aut priuatum

Secundo obseru. est quod peccatum fratris, aut est publicum, aut priuatum. si est publicum, debet denunciari Prælato tamquam iudici, vt publica fratris correctione, scandalo succurrat aliorum, iuxta sent. D. Pauli ad Timoth. 5. peccantibus coram omnibus argue, &c. & Canon. in cap. 1. extra de penit. & remiss. Vbi dicitur. Manifesta peccata, non sunt occulta correctione purganda. Et in hoc euentu non est necesse, quod huiusmodi denunciationem præcedat monitio. Si autem peccatum non est publicum (& intelligo publicum notorietate facti, qđ nulla tergiuersatione cælari potest) & sit probabile testibus, vel laborat infamia; tūc pōt denunciari prælato, & tāquam Patri, & tāquam Iudici, vel simpliciter non exprimendo, nec tāquā Patri, nec tamquā Iudici, sed vt prouideat, prout sibi videbitur, vel vt Pater, vel vt Iudex. Verum est tamen, quod si crimen vergit in perniciem publicam, & probari potest legitime, tenetur frater il-

lud

aud denunciare prælato, tamquam Iudici, vel simpliciter, vt melius, & securius prouideatur bono communi, & in hoc casu præmittenda necessario videtur secreta monitio: quoniam (vt inquit Sotus vbi supra,) non statim arguendus est frater coram alijs: quoniam, & si non lædatur fama, læditur tamen pudor, & verecundia proximi, cum in præsentia plurium corrigitur: atque adeo experiendum est primum, an per secretam correctionem frater corrigatur. si ergo monitio secreta præcedere debet correctionem coram illis faciendam, qui sciunt peccata; multo magis æquum erit, vt præcedat etiam paternam denunciationem. Verum est tamen, quod quando probabiliter crederet emendationem, quam intendebat facere de fratre peccante, melius faciendam per Prælatum, potest ei denunciare tamquam Patri, dummodo prælatus sit bonus, pius, & qualis esse debet, vt inquit S. Thomas, in 4. quol. & sequitur Syluestr. in verbo correct. q. 7. & Ricard. in 4. distin. 19. quæst. 1. Quicquid dicat Sotus vbi supra conclus. 3. dub. 3.

Subditus quando teneatur denunciare prælato, tamquam iudici. Sotus.

A.

D. Thom. Syluestr. Riccard.

Si autem peccatum est secretum, ita quod testibus probari non potest, nec laborat infamia, tunc denunciandum est Prælato tamquam Patri, & non tamquam Iudici. Nam si denunciaret ei tamquam Iudici, peccaret mortaliter, prodendo fratris secretum. Quod quidem intelligendum est, si peccatum esset de grauioribus, & non de leuibus: & grauia appello non solum illa, quæ sunt mortalia, verum quæ sunt contra famam, & honorem proximi: nam leues culpæ, quæ non vergunt in infamiã, possunt dici Prælato tamquam Iudici, & ipse potest illas publice corrigere, prout vsus Religionis vbique obseruat.

Subditus quando teneatur denunciare prælato, tamquam patri.

Demum quantum spectat ad hanc generalem

Denunciatus tenetur crimē suū fateri prælato, tamquā patri.

inquisitionem obser. est, quod denunciatus tenetur veritatem criminis sui Prælato fateri tamquam Patri; nisi forte timeret non leuiter, sed grauiter, quod tamquam Iudex machinaretur eum punire: quia tunc non teneretur fateri; ita inquit Sotus de iustit. & iure, lib. 5. quæst. 1. art. 2. conclus. 3. & eo magis tenetur illud fateri, quando crimen probari potest testibus, vt patet per eūdem Sotum, de rat. teg. & deteg. secr. m. 2. quæst. 4. conclus. 7.

Prælatus verò ita denunciatum, non potest pœnis iuris punire. quod patet ex fine, & scopo talis denunciationis, qui est sola emenda, & non punitio fratris denunciati. Aut ergo denunciatus fatetur crimen, aut non. si fatetur, & proponit se corrigere; non habet Prælatus ius statim eum plectendi pęna iuris, etiam quod delictum probari possit testibus idoneis; nam correctionis fraternæ finis, est sola emendatio fratris, atque adeo omnia prius tentanda sunt, vt frater sine iudiciali correctione corrigatur. Quare Prælatus debet fratrem denunciatum admonere secrete: & eo maxime si crimen probari non potest, quando scilicet solus denunciatus illud fecit. licitum tamen erit huiusmodi confessum, aliqua pęna paternaliter plectere; non ad punitionem pręteriti delicti, sed ad terrorem in futurum: hæc Sotus vbi supra. Qui admonet etiam Prælatos, & merito; ne sint præcipites, & imprudentes, in huiusmodi processu fraternali. Quoniam quando crimina nō sunt perniciosa Reipubl. aut contagiosa, aut denunciatio non fuit iudicialis, non sunt iudicialiter punienda; & donec manet processus in suo statu fraternali, non potest Prælatus iudicialiter procedere contra ipsum denunciatum, examinando denunciantem, vel alios testes tamquam iudex, nisi insuper esset infamia contra ipsum

ipsum denunciatum. Quoniam alias prælatus esset accusator, & iudex, quod non potest, vt supra diximus. & aduertant qui contrarium faciunt, quod peccant mortaliter, cum iniuste, & præter iuris ordinem in publicum prodeāt peccatum, quod sibi secretum fuit denunciatum.

Si frater denunciatus non vult fateri delictum, tunc si crimen idoneis testibus probari non potest, nec adsit infamia, nec indicia sufficientia ad inquisitionem, Prælatus nihil aliud facere potest, quam orare pro subdito, & admonere illum, & expectare, quandiu adsint indicia ad inquirendum, aut testes ad conuincendum delictum. B

## ADDITIONES.

a. VT pręcedat etiam paterna Denunciationem. *Adde pro ampliori huius rei notitia, quod vel Prælatus in generali inquisitione præcipit fratribus præcepto obedientiæ, quod dicant ei tamquam patri omnia peccata, etiam secreta fratrum suorum, vt prouidere possit, & exequi id omne, ad quod ordinata est inquisitio, & visitatio; Aut non præcipit; sed tantum admonet fratres, vt denuncient id, quod vnicuique visum fuerit dignum prouisione, & correctione secundum cuiuslibet conscientiam.*

*Si primo modo, Ricardus in 4. distin. 19. q. 1. tenet, quod prælatus potest hoc præcipere, & quod subditi tenentur obedire sub pœna peccati mortalis, quem sequitur Angelus in uerbo Denunciationum, 10. at Sotus de ratione tegen. loco supra proxime allegato. 5. m. 2. conclus. 2. in 3. dub. tenet contrarium inquiens, quod Prælatus non potest ad id compellere subditos. Immo in uisitatione debet monere, ut occulta peccata non denuncientur, nisi præuia admonitione. Et* Ricardus Angelus. Sotus.

D. Thom. *hanc opinionem uidetur docere D. Thomas, 2. 2. q. 33. artic. 7. in responsione ad 5. argumentum, ubi inquit, quod Prælatus non potest præcipere contra ordinem correctionis a Domino institutum. Et si Prælatus simpliciter præcipit, quod sibi denuncient quicquid quisque sciuerit corrigendum, debet intelligi sano modo; Saluo. s. ordine fraternæ correctionis. Et similiter*

Nauarrus. *liter Nauar. uidetur sequi opinionem Soti in Manu. cap. 24. numero 14. in fine.*

*At mihi uidetur indubitanter tenendam esse opinionem Ricardi, quod frater tenetur obedire præcepto Prælati etiam, qnod non fecerit fraternam correctionem. Nam si illam non fecit ex negligentia absque aliqua legitima causa, dubium non est, quod peccauit mortaliter; si autem distulit, uel quia non habuit opportunitatem temporis, aut loci: uel quia non sperabat correctionem, sed potius timebat ampliorem ruinam in fratre, tunc non peccauit. atque ita si distulit eam facere, quauis ex causa, tenetur frater obedire prælato, & denunciare illi peccatum tamquam patri, qui prodesse potest saluti animæ illius melius, quam si ipsemet correctionem fecisset, alias peccaret mortaliter. Et ratio huius nostræ sententiæ est: quia ex præcepto Regulæ nostræ tenentur fratres obedire Prælatis suis in omnibus, quæ eis præceperint dummodo non sint contraria regulæ, & animæ ipsorum, ut in 10. cap. Regulæ habetur; at præceptum istud nullo modo est contrarium Regulæ, nec animæ. ergo tenentur obedire, & sic statim denũciare peccatum, etiam quod non fecerint secretam monitionem.*

*Et si dicatur quod hoc præceptum est contra animam, quia obligat ad id, quod est contra præceptum* Domini: *quoniam Dominus probibet denunciari peccatum Prælato ante correctionem, &* Deo *obedire magis oportet, quam hominibus: dico, quod hoc*

*præ-*

*præceptum Prælati non est contra præceptum Domini. Quoniam Dominus prohibet denunciari peccatum Prælato ante secretam monitionem tamquam iudici, quod clare explicat D. Thom. in dicta quæst. 33. in responsione ad vltimum, sed non tamquam Patri: Nam si Dominus præciperet, quod peccatum non denuncietur Prælato, nec etiam tamquam patri ante præuiam monitionem, sequeretur, quod nemini liceret in aliquo casu ante monitionem illud denunciare prælato tamquam patri, quod tamen est falsum: quoniam potest frater omissa correctione fraterna denunciare peccatum Prælato tamquam patri, quando credit, quod magis pro futura sit fratri peccatori correctio secreta Prælati, quam sua, vt tenet ipsemet D. Thom. & dictum est in hoc cap. Et quod sic obediendo Prælato non sit contraire Domini præcepto, declarat satis superque Angelus in verbo Denunciatio, num. 10. supra allegato.* D. Thom. D. Thom. Angelus.

*Vide etiam id, quod habetur in constitutionibus Domini Guielmi Farinerij, cap. 7. §. Districte per obedientiam vers. item dogmatizare.*

*Sed quid quando frater, qui deliquit, est correctus, debet ne subditus obedire Prælato, & denunciare illi, tamquam patri peccatum fratris? Ricard. loco supracitato tenet partem aientem, nimirum, quod quāuis frater sit emendatus per secretam monitionem, denunciandus tamen est Prælato, vt præseruet eum à recidiuo, quem sequitur Angelus in verbo Denunciatio, num. 10. & hoc maxime dicunt procedere in peccato carnis, in quo plusquam in alijs adest periculum recidiuationis. Sotus tamen vbi supra de ratione tegen. concl. 4. & Nauar. in Man. cap. 24. num. 13. tenent partem negantem. Quoniam cum correctionis finis sit, vt frater corrigatur, si iam correctus est nullo modo est necessaria Prælati correctio, atque adeo Præ-* Ricardus. Angelus. Sotus. Nauarrus

*lato denunciari non debet. Imo addunt quod talis denunciās peccaret mortaliter, tāquam detractor famæ fratris sui. Dicunt tamen, quod si testimonium eius legitime postularetur a Prælato: quia forte via iudiciaria iuste procedit contra fratrem emendatum, poßet esse testis, & teneretur testificare, (quod quidem nullam habet difficultatem) alias peccaret mortaliter.*

*Cęterum ni fallor poßunt hæ duæ opiniones facile cōcordari, vt posterior opinio intelligatur, quando frater est taliter correctus de peccato suo, vt non solum ostendat signa pœnitentiæ cum lachrymis, & dolore, sed etiam fugit occasiones, ne iterum incidat in illud peccatū: vt puta fugit conuersationem suspectā, satagit, vt amoueatur ab illo monasterio &c. Prima aūt opinio procedat, quando frater, & si externe uideatur correctus per correctionem meam, ostendendo dolorē commißi delicti: nihilominus non reliquit occasiones, quandoquidē non ceßat frequentare conuersationem suspectā, nec procurat a Prælato amoueri ab illo loco, ut fugiat periculum iterum delinquendi. Tunc enim propter euidens periculum imminentis ruinæ denunciandus erit Prælato tamquam patri, ut prouideat subdito suo, ne recidiuet in peccatum. & istud certe uidetur iustum, & rationi ualde consentaneum.*

*Quod attinet ad secūdum membrum dist. nimirum si Prælatus non præcipit sed admonet: distinctione utendum est: quia aut peccatum uergit in perniciem publicam, & in damnum alicuius tertiæ personæ: aut est solum in malum ipsius peccantis. Primo casu peccatum est denunciandum absque præuia monitione, cuius ratio est: quia si peccata sunt contra bonum publicum, illud præferendum est particulari, qualis est fama delinquentis; & quamuis etiam non sint nisi cōtra priuatam personam; attamē melior est in hoc conditio iniuriam patientis, quam inferentis, atque adeo*

potius

potius debemus consulere illi denunciando; quam huic tacendo. Moderantur tamen doctores hanc conclusionem, ut non procedat, quando quis firmiter existimaret, quod per secretam monitionem posset huiusmodi mala impedire. uerba sunt D. Thom. 2. 2. quæst. 33. artic. 7. quem sequuntur communiter Theologi in 4. distin. 19. & Canonistæ in cap. Nouit extra de Iudicijs. Sotus uero in loco supra citato, in 2. conclus. inquit hanc moderationem intelligendam esse sano modo. Nam quando peccata sunt in perniciem publicam, ut proditio ciuitatis, aut crimen læsæ maiestatis, aut hæresis, quam rarissime usu euenire potest, ut priuatus homo posset abunde succurrere huiusmodi contagionibus; & ideo dicit S. Thom. Nisi forte quis firmiter æstimaret, &c. Ideo non deberet quis confidere soli correctioni priuatę, & secretæ; nisi forte sit uir magnæ authoritatis, & efficaciæ, cui compertissimum esset per secretam monitionem posse penitus extinguere id genus flagitiorum. Qua propter in proditione, & hæresi statim procedendum est ad denunciationem: maxime si sit hæreticus dogmatizans, quales sunt fere hæretici omnes, de quibus iustissima lex est, vt quam primum sine aliqua preuia admonitione denuncientur. D. Thom. Sotus.

Nec prohibitum est clericis, & Sacerdotibus huiusmodi pernitiosa crimina reuelare, etiam quod sit periculum effusionis sanguinis, & mortis, dummodo id faciant protestantes non reuelare huiusmodi crimina ad uindictam sanguinis; sed quo euitent damnum, ut inquit Caiet. 2. 2. q. 33. art. 9. & Sotus loco supra citato, in 2. concl. uers. sed dubium est. Caiet. Sotus.

Verum est tamen, quod in his criminibus secretis, & penitiosis detegendis cauendum est, (prout ibidem inquit Sotus) vt quam minimum fieri possit nocumento famæ detegantur, & si damna publica, et priuata

euitari possent per reuelationem in genere, non fiat reuelatio in particulari; & si fieri potest, non est reuelanda persona: et si satis est reuelare crimem, aut alia via euitare illud: sed si nullatenus euitari possunt grauiora damna, nisi reueletur persona, tunc reuelanda est, nisi sit secretum sacramentalis confessionis.

At vero si crimen occultum est solum in malum peccantis, et illi tantum pernitiosum, tunc ante denunciationem est secreta monitione corrigendum iuxta præceptum Domini. Si peccauerit in te, &c. & est textus clarus in d. cap. Qualiter, & quando ex. de accusat. vbi dicitur: & si tribus modis procedi possit per accusationem videlicet, denunciationem, & inquisitionem, tamen, vt diligens omnibus adbibeatur cautela, ne forte pro breue corripiendum ad graue dispendium deueniatur; sicut accusationem legitima debet præcedere inscriptio; sic & denunciationem charitatiua monitio; & in quisitionem clamorosæ insinuatio præuenire.

Et si quæras quæ peccata in Religione nostra censeri debent vergere in perniciem publicam; Dico primo quod solum illa peccata censetur esse in perniciem publicam, quæ habent pro obiecto proximo bonum publicum, putà quæ ex suo genere contagiosa sunt, & contaminant Rempub. vt hereses, & proditiones. nam huiusmodi homines preuertere moliuntur populum.

Dico secundo, quod ambitio, & subornatio suffragiorum in electionibus, & in vniuersum quando quis in aliquo conuentu satagit peruertere fratres, vel peccata committit, quæ vergunt in scandalum Religionis, dedent dici in perniciem publicam. Nam quotiescumque accidentaliter eueniret, quod huiusmodi peccata, quæ pro obiecto proximo habent bonum priuatum essent in magnum scaidalum Religionis, non video rationem, quare non debeant dici in perniciem publicam;

*blicam; & per consequens dicto casu essent absque pre uia monitione denuncianda. Et particulariter pecca tum carnis apud nos dici debet, quod in vniuersum vergat in perniciem publicam. Nam aut extra committatur: & tunc non est dubium, quod magnam infamiam irrogat Religioni; si vero committitur intra, etiam tunc est in perniciem publicam: quoniam astrictus huiusmodi vitio si potest, regulariter nititur plures corrumpere, quotiescumq; sibi obtulerit conueniens oportunitas. Quando tamen aliquis frater vna vice tantum, vel iterum aliqua diaboli suggestione in hoc crimen cum alio fratre incurrisset, tunc dici non deberet in perniciem publicam. At quando frater hoc frequenter faceret etiam cum vno solo, credendum est quod etiam hoc ipsum faceret etiam cum alijs cum sibi oportunitas aduenerit.*

b. Aut testes ad conuincendum delictum. *Adde quod si crimen idoneis testibus probari potest, tunc aduersus pertinacem procedendum est via iuris; & in hoc artic. desinit via correctionis fraternæ, & incipit iudicialis secundum illud. Si ecclesiam non audierit, sit tibi &c. Quare tunc ius est Prælato in carcerem detrudere subditum pertinacem, & iuridice interrogare sub censuris. & quæstione (si opus fuerit) tormentorum, & tandem confessum pœna iuris damnare. Ita Sotus de ratione tegen. vbi supra in 8. concl. Vbi etiam querit an hoc casu, quando iam Prelatus procedit ad punitionem fratris pertinacis, possit denuncians fungi officio testis, & concludit quod potest. quoniam cum finitus fuerit processus fraternalis, & incipiatur processus iudiciali, est aliud forum. Et inquit istud probari in illis verbis euangelicis. Si te non audierit adhibe tecum vnum, aut duos testes, vt in ore duorum, &c. Vbi quod dicitur in ore duorum refertur ad primam partem adhibe tecum vnum; &* Sotus.

quod

quod additur vel trium, refertur ad illud vel duos Vnde videtur recte colligi, quod denuncians connumeratur alijs testibus, vt videlicet cum vno faciat duos, & cum duobus facias tres. & hoc habetur expresse in cap. in omnem ex. de testibus, quod scilicet dicens veritatem, idest denuncians cum vno facit duos testes, & cum duobus facit tres; & inducit Papa supradicta verba euangelica. Confirmatur etiam ratione: quoniam processus fraternalis, & iudicialis sunt diuersi; qua propter qui fuit denuncians fraternaliter, non est a iudiciali testimonio repellendus. Neque obstat si dicatur, quod esset accusator, & testis quod quidem est illicitum contra ius naturale, quoniam illud procedit in accusatore, aut denunciatore Iudiciali, qui cum petat pœnam rei, contra ius commune admitteretur in testem: secus autem est in denunciante fraternaliter; qui solum ex charitate denunciat, & propter opus charitatis non est arcendus à testimonio. & istd idem tenet Sotus de iust. & iur. lib. 5. quæst. 6. art. 2, in 4. conclus. & Nauar. in Manu. ca. 25. num. 33.

Sotus. Nauar. Caiet.

Obserua tamen quod Caiet. 2. 2. quæst. 33. ar. 8. conclusionem superius positam scilicet, quod fratre fraternaliter denunciato rebelli existente procedendum sit a Prælato iudicialiter contra ipsum; dupliciter limitat. primo, quod crimen possit probari testibus, secundo, quod sit spes emendationis fratris: nam illa cessante illic sistendum est, si peccatum est priuatum, sed si vergit in perniciem publicam, uel in detrimentum tertiæ personæ etiam quod non emendetur: imo propterea, quod iniquum animum non derelinquit progrediendum est. refert, & sequitur Idem Sotus loco supra relato.

Sotus.

Quando

## *Quando Iudex procedit uia inquisitionis generalis, an debeat praecedere infamia personę, uel delicti.* *Cap.* XII.

Iudex potest facere generalem inquisitionem absq. infamia praecedente.

RESpondeo, & dico primo, Vt Iudex faciat inquisitionem omnino generalem, non est necesse, vt aliqua infamia præcesserit est communis DD. sententię. probatur primo, quia in iure præcipitur prælatis ecclesiasticis, & susperioribus, vt suo tempore faciant uisitationes, & inquisitiones gener les, vt patet. cap. Perniciosam, de offic. Iud.ord. Habeant Episcopi singularum Vrbium, in suis Diœcesibus liberam potestatem adulteria, & scelera inquirere, vlcisci, & iudicare. Glossa tamen putat hic agi de inquisitione speciali, quæ fit præcedente infamia, sed potest etiam intelligi de generali. Item. cap. Roman. §. sane. de censibus in 6. Verbo Dei quærat de vita, & conuersatione ministrantium ecclesijs. Vbi aperte agitur de inquisitione generali. Probatur secundo; quia talis inquisitio, est necessaria ad purgandam Rempublicam, moresque in cœtibus hominum reformandos. Tertio. Per eam nulli fit iniuria; cum de nemine in particulari fiat inquisitio. Nec refert, quod hac ratione detegantur occulti peccatores, quia id per accidens, & præter intentionem inquirentis contingit, & alias bonum commune huic incommodo ante ponendum est. Denique nisi talis inquisitio fieret, multa crimina manerent impunita, quæ tamen puniri omnino expedit, ne criminosi inualescant. nemo enim ea sponte deferret.

Dico secundo. In hoc tamen casu interrogati subditi, non debent patefacere criminosos occul-

subditi interogati in generali inquisitione non tenentur patefacere criminosos.
D.Thom.
Caiet.
Sotus.
Nauar.
Iudicis potestas non se extendit ad elicienda occulta.
An subditus interrogatus in generali inquisitione teneatur non manifestare.

tos, qui nulla talis criminis iufamia laborant. est communis sententia DD. Sancti Thomæ.2.2.quæst.69.art.2. & Caiet.in illum art.Soto de teg. & de teg.secr 2.m.quæst.6.Nauar. cap. inter uerba concl.6.num.21.& in Rubr. de Iudicijs.num.87.& colligitur ex.cap.qualit & quando. Ratio est, quia id, de quo nulla adhuc est fama censetur occultum, dum via inquisitionis proceditur: atqui iudicis potestas non se extendit ad elicienda occulta. maxima enim inde incommoda in Repub. sequerentur. Itaque etiam si sub iuramento, uel sub pœna excommunicationis præcipiatur, vt dicas veritatem de eo, quod nostri, tamen non teneris, sed potes cum restrictione mentali dicere, te nescire quicquam, intelligendo tacite, te nescire eo modo, vt tenearis patefacere.

Sed difficultas est, Vtrum etiam obligentur, non manifestare, ita ut peccent contra iustitiam, si in hoc casu crimina occulta aperuerint. Videri posset alicui, saltem quando crimen probari posset in iudicio, non peccare contra iustitiam eos, qui illud in hiusmmodi inquisitione patefaciunt superiori: nam eo euentu, ius habent accusandi, vel denunciandi authorem. Quicunque enim vel testibus, uel alijs indicijs crimen probare potest, non peccat contra iustitiam, si illud judici denunciet: expedit enim bono publico, vt omnibus hæc potestas detur. Generatim enim loquendo infamia, & punitio, quæ priuato infertur, abunde compensari videtur exemplo publico, & timore, qui alijs inijcitur, per quem sibi a peccando cauent. Idem confirmari videtur, ex praxi totius orbis. vbique enim consueuerunt tales deferri, non solum, quando generalis inquisitio instituitur, & subditi interrogantur, sed etiam sponte a non rogatis, vt

docet

docet Clarus quest. 7.

Nihilominus fere communis sententia est, id illicitum esse, quando ad solam punitionem tenditur. Tunc enim præcedere debet infamia, ut colligitur ex.cap.qualiter & quando. Nec obstat praxis orbis contraria: nam multi in hac re peccant per ignorantiam, multi etiam non tam punitionem spectant criminum, quam emendationem, vel mali impeditionem, & auersionem, quo casu denunciatio est licita, etiam si non præcesserit infamia vt passim Doctores tradunt. Clarus.

His addo. Quando crimen nullo modo potest probari, aperte contra iustitiam peccare, si illud aperias: quia nullum ius habes, illud patefaciendi: cum enim non possit probari non potest quoque puniri, ac proinde non potest ex eius reuelatione aliud sequi, quam infamia.

Excipe tamen duos casus, quibus potest Superiori patefieri, & si omnino occultum sit. Prior est, quando id putatur esse necessarium ad ipsius emendationem. tunc enim aperiendum est superiori; non vt iudici; sed ut patri, vt sua prudentia, & authoritate illum emendet. Alter est, dum aliquod malum spirituale, vel temporale impendet ab aliquo, quod commode auerti non potest, nisi superioris opera. Tunc enim non est habenda ratio famæ, ut dictum est supra.

### *Quando crimen est publicum, sed autor ignoratur, an iudex possit inquirere, quis fecerit.* Cap. XIII.

MVlti docent id non esse licitum. ita Caiet. 2.2. quæst. 69. art. 1. & 2. & Sotus de secreto. m. 2. quæst. 6. dub. 4. & quidam alij. Primo. Quia Caiet. Sotus.

Canones

Canones vetant, ne procedatur p inquisitionem, nisi de Authore sit fama, vel certe indicia. cap. Cum oporteat. de Accusat. Nisi super prædictis famam ipsius læsam esse noueritis, ad inquisitionem illorum non subito procedatis. Idem habetur cap. inquisitionis, & c. qualiter, & quando. 2. eodem tit. secundo si liceret. in genere inquirere malefactorem, sequeretur, quod ipse malefactor, si forte interrogaretur, teneretur se ipsum prodere, quod nemo concedit.

Quando manifestũ est crimẽ, & author ignoratur potest iudex inquirere, quis fecerit. Syluestr. Nauar. Innocent.

Cæterum contraria sententia mihi verior uidetur; Vnde dico primo. Quando manifestum est crimen. Ius est iudici querere in genere, quis fecerit, non tamen in particulari, an Petrus fecerit, nisi de eo sit aliqua fama, vel indicium. Ita Syluestr. 5. correct. num. 6. Nauar. in cap. Inter verba concl. 6. num. 15. in Manu. cap. 18. num. 40. Innoc. cap. Bonę. 1. de elect. num. 5. Item nota inquit, quod sic seruat totus mundus, quod contingente maleficio notorio, statim inquirit Judex generaliter non contra certam personam. & facta inquisitione, vocat nominatos in quisitione de maleficio, vt se defendant, & quod longam interpretationem recipit, ex iteratione factorum mutari non debet. Idem tenent Panorm. & Imola, ibidem, & alij, probatur primo. Ex praxi communi Iudicum, tam ecclesiasticorum, quam sæcularium, quam durum est condennare. Secundo. Nisi tales inquisitiones fierent, duo grauissima mala in Repub. sequerentur: nam, & populus grauiter offenderetur, videns iudicem non inquirere Authorem aperti criminis, putaretq; eum maleficio fauere, & malefici spe immunitatis in ualescerent. Tertio, Quia nemo potest queri sibi factam iniuriam per hanc generalem inquisitioné; imo to-

Panor. Imola.

ta-

ta Respub. illam desiderat.

Ad primum argumentum contrariæ sententiæ Respondeo. In illis Canonibus agi de inquisitione speciali; qua inquiritur de Petro, vel Paulo, non autem de qua in genere queritur, quis fecerit, vt patet in ipso textu.

Dices. Inquisitio illa, qua Iudex, quærit in genere, quis fecerit, non minus præbet occasionem reuelandi crimina occulta, contra ordinem charitatis, & iustitiæ, quam inquisitio specialis, quà quæritur, an Petrus fecerit. ergo est iniqua.

Respondeo. Quod occulta crimina detegantur, id non prouenit ex ipsa conditione interrogationis: sed ex imperitia eorum, qui interrogantur, qui nescientes iura, putant se teneri occulta patefacere. Verum propter talein commodum per accidens proueniens, non debet omitti inquisitio, tantopere bono publico necessaria, cum hęc secundum se talis sit, ut nemini iniriuriam faciat. Neque Iudex inquisitionem faciens, tenetur instruere rudiores, ne Authorem detegant, si forte nulla infamia laboret. id enim redderet eum suspectum corruptelæ; uel fauoris in criminosum, si potest simpliciter inquirere, sicut videt bono publico expedire. Quod si occultus Author detegatur, poterit contra eum procedere, nec damnum secutum ei imputabitur, ut recte inquit Nauar. in rub. de Iud. num. 87. quia iure suo vtitur. Hoc ipso enim, quo criminis Author, est publice detectus, (etiã si id ab altero inique factum sit) potest contra cum informatiotiones accipere, & particularem inquisitionem facere, & conuictum punire; modo tamen ipse per iniuriam non sit causa illius detectionis. Nauar.

Ad secundum respondeo. Et si iudex possit interrogare, non tamen inde sequitur, reum si forte

in-

interrogetur teneri se ipsum patefacere. certum enim est, Iudicem in crimine lęse maiestatis posse interrogare, seu inquirere; reum tamen ante infamiam, vel semiplenam probationem, non teneri se ipsum prodere.

Occultus author se nō tenetur prodere.

D. Thom

Nec obstat, quod D. Thomas in capitulo generali Parisijs, dicitur respondisse, occultum Authorem teneri se prodere ad præceptum Prælati, quando notorium est crimen, v.g. furtum esse commissum: quia tunc solum erat Baccalaureus, & cæteri Magistri ei contradixerunt, vt refert Syluestr. correctio.5. num.6.

Syuestr.

Dico secundo. Et si superior, vt officio suo satisfaciat, possit sub iuramento generatim inquirere à subditis, quis fecerit; subditi tamen non tenentur patefacere Authorem, si nulla laborat infamia, & nihil mali in posterum timeatur. Prior pars patet ex dictis. Altera est communis sententia doctorum, & colligitur ex Canonibus supradictis. Ratio est: quia superior non potest obligare subditos, vt reuelent occultos peccatores, sed solum eos, qui infamia aliqua laborant; multo minus occultus peccator tenetur se ipsum prodere. Nec obstat factum D.Greg.epist.30.lib.5. Qui sacra communione interdixit cuidam, qui libellum famosum sparserat, nisi se proderet, & excommunicat eumdem, si se non prodens accedat ad sacram communionem, vt habetur.5.quæst.1.cap. Quidam maligni. Nam infamator illic tenebatur alterius famam reparare, vel certe probare, quæ in libello habebantur, quorum neutrum sine sui patefactione fieri poterat. potest enim quis obligari ad se prodendum, quando id necessarium est ad falsæ infamiæ iniquè irrogatæ absterſionem; quamuis non sit necesse illam detectionem fieri coram iudice. Notandum tamen, si crimen adhuc esset perpetrandū, vel cōtinuandū

Subditi non tenētur patefacere authorē etiam sub iuramento, si nulla laborat. infamia.

D. Greg.

vel

dum, vel si ex eo graue damnum alicui impēderet, quod alia ratione non posset commode auerti: interrogatus posset, & etiam deberet Authorem patefacere; & si omnino occultum, & nulla infamia laborantem, & Iudex posset, opportuna remedia adhibere, vt est dictum in superiori capitulo. Respondeo, Eo casu non teneris patefacere, nisi quod absque iuramento licite posses; vnde non teneris si author penitus est occultus, & per occultam monitionem corrigi potest. Secus si de illo est rumor, vel si aliter non putatur emendandus. Pari modo, & si sub pœna excommunicationis prȩceperit, non teneris, nisi de illo sit aliqua fama, vel nisi damnum alicui inde impendat: de tali enim est huiusmodi prȩceptum intelligendum. Ita Syluestr. supra. & passim alij doctores. Syluestr.

Cui addiderim, vel nisi alia ratione, non speretur emendandus: quia tunc tenetur etiam absque præcepto superioris: ergo poterit ei præcipi, sub pœna excommunicationis.

## *De Inquisitione speciali. Cap. XIV.*

Inquisitio omnino specialis, vt supra tactum est, est quando per Iudicem, in particulari, & nominatim, inquiritur dȩ certa persona, aut de certo crimine, videlicet vtrum Petrus sit in aliquo delicto, vel an Petrus commiserit tale delictum. Inquisitio specialis quid sit.

Quæ specialis inquisitio, cum per eam pœna delinquentis intendatur, fieri nequit per Prælatum, nisi infamia, & clamorosa insinuatione præcedente, vt communiter tradunt omnes Theologi, & Canonistæ, & Iurisperit, & expresse habetur in cap. qualiter, & quando, & in cap. Inquisitionis extra de Accusat. & ratio est: quoniam, vt dictum est su- Inquisitio specialis fieri nequit nisi infamia prȩcedēte.

pra Iudex neminem punire potest, nisi ad petitionem partis, nempe accusatoris, vel eius vicem gerentis.

Iudicium constat iæ patribus personis.

Iudicium autem ex tribus constat personis scilicet Accusatore, Reo, & Iudice, qui quidem Iudex medius est inter accusatoré, & reum, eis iustitiam administrans: medium autem in neutram partem inclinare debet. si ergo Iudex vellet (nemine existente accusatore) aliquem nominatim inquirere, indueret Iudicis, & accusatoris personam, quod iura aborrent. 4. quæst. 4. cap. 2. & 2. quæst. 1. cap. Multi.

At vbi præcedit infamia, & clamorosa insinuatio, cessat illud absurdum; quod videlicet iudex sit etiam Actor; quoniam infamia gerit vicem accusatoris, vt inquit textus in d.c. qualiter, & quando.

Tenendum est ergo; Vt Iudex possit contra aliquem instituere inquisitionem specialem, tendentem ad punitionem criminum; debere præcedere aliquam infamiam Authoris.

Ad malū euitandū potest formari inquisitio specialis, infamia non præcedente.

Dico tendentem ad punitionem: quia ad malum impediendum, vt quādo agitur de beneficiorum, & officiorum collatione, vel de matrimonio contrahendo, licitum est inquirere de impedimentis, vel delictis personarum particularium, etiam quod nullus de illis sit rumor. omnia enim alioquin erunt plena incestis, sacrilegijs, vel nefarijs coniugijs, & prauis rerum sacrarum, & ciuilium ministris. Debent tamen tunc superioribus crimina aperire secreto, & quam minima fieri potest famæ læsione. Similiter, quando inquisitio fit ad maleficia impedienda, & eorum occasiones tollendas, non requiritur infamia, vt aduertenda homicidia, sacrilegia, furta, hæreses, & similia. Vide Nauar. in Rub. de Iud. num. 29.

Nauar.

Pro-

Probatur hæc ſententia ex.cap. inquiſ.§. Tertiæ. de accuſat. vbi dicitur. Ad hæc reſpondemus, nullum eſſe pro crimine, ſuper quo non laborat infamia, ſeu clamoſa inſinuatio non præceſſerit, puniendum. Quinimo ſuper hoc depoſitiones contra eum recipi nó debere, cum inquiſitio fieri debeat, ſolummodo ſuper illis, de quibus clamores aliqui præceſſerint. Et cap. qualiter. 2. eodem. tit. ſicut accuſationem legitima debet præcedere inſcriptio, ſic, & denunciationem charitatiua monitio, & inquiſitionem clamoſa inſinuatio præuenire. Confirmatur quia merito quiſque poſſet queri ſibi fieri iniuriam, ſi in vitam eius iuridice inquireretur, cuius fama alioquin eſt integra: nam per talem inquiſitionem, redditur ſuſpectus.

Obſeruandum eſt tamen excipi aliquot caſus a DD. quibus non requiritur ad ſpecialem inquiſitionem infamia præuia de illo crimine.

**Caſus, in quibus ad ſpecialē inquiſitionem non requiritur infamia.**

Primus eſt. Si quis confeſſus ſit crimen occultum in iudicio, etiam coram paucis, vt coram ſolo Iudice, & Notario, ſeu ſcriba. vt colligitur. ex. cap. 1. de accuſatio. in 6. Nam talis confeſſio inducit notorium iuris. Item dicendum etiam, ſi ſolum incidenter illud confeſſus ſit, vt communiter tradunt Iuris periti cum Bart. in l. 2. §. ſi publica. ff. ad leg. Iuliam de adulterijs. Neque refert vtrum illud, quod ſit confeſſus, eſt ſit circumſtantia] delicti, de quo agitur, an diſtinctum delictum: nam etiam ſi ſit omnino diſtinctum, Iudex contra illud procedere poteſt, vt recte docet Nauar. in Rubr. de Iud. num. 86. contra Sotum Non ſufficit tamen confeſſio extra iudicium, etiam ſi coram multis facta, ſit niſi ex ea orta ſit infamia, vt vult Nauar. vbi ſupra. Neque ea, quæ facta eſt metu tormentorum, ſi poſtea, tamquam metu facta reuocetur. Neque ea, quæ facta eſt coram

**Bart.**

Prælato incogitanter, aut in aliqua epiſtola ſecreta quam prælatus aperuit, vt vult Sotus de ſecr.m. 2. quæſt.6 & conſentit Nauar.ſupra.

Sotus.

Secundus eſt. Quando iudici per generalem inquiſitionem procedenti, patefactus eſt Author. tunc enim poteſt contra eum procedere, vt docet Nauar.ſupra num. 87. contra Sotum, eſtque communis ſententia Iuriſperitorum in l.2.§.ſi publico, ff.de adulter. Neque refert, quod teſtis forte peccauerit reuelando, eo quod nulla eſſet infamia: quia ex quo crimen deductum eſt in publicam iudicis notitiam, ſiue bene, ſiue male, ille tenetur contra illud procedere, per particularem inquiſitionem, & punire, vt idem contra Sotum docet, & patet ex dictis ſupra.

Nauarr.

Aduerte tamen caſus ſupradictos non eſſe, proprie excipiẽdos à regula illa generali, qua dicitur, Abſque infamia non eſſe ſpeciatim inquirendum, quia notorium iuris, vel facti, plus eſt, quam infamia. vnde ſi præcedente infamia licet, etiam licet, cum res eſt notoria.

Tertius eſt, quando delictum commiſſum eſt in Iudicio, vt ſi teſtis falſum deponet in iudicio, ſi accuſator calumnietur, aut præuaricetur, aut tergiuerſetur. Ita Nauarr.num.88. ex Specul. Bart. & alijs: ratio eſt, quia hæc crimina cenſentur valde noxia bono publico, eo quod iuſtitiam iudiciorum publicorum, vel euertant, vel impediant. vnde merito ex Indicijs, & vehementi ſuſpicione contra ex procedi poteſt.

Nauar. Specul. Bart.

Quartus eſt, In crimine hæreſis, & apoſtaſiæ a fide. in his enim ſine accuſatore vero, vel ficto, id-eſt, qui vicem accuſatoris ſuppleat, etiam ſine infamia inquiri poteſt, vt docet Nauar.nume.93. & colligitur ex cap.excommunicamus, §.adijcimus,

Nauar.

de

de Hæret.& l. Apoſtatarum, C.de Apoſtatis. ratio eſt, quia hæc crimina ſunt maxime noxiæ Reipubl. ab his enim ſemper impendet alijs periculum euerſionis. Requiritur tamen aliqua ſuſpicio orta, ex indicijs non leuibus.

Quintus eſt, In omni crimine læſæ maieſtatis humanæ, vt conſtat per Extrauag. Frederici Imperatoris, quæ incipit, Ad reprimendum, habetur poſt lib. ſeudorum.

Sextus eſt, Quando inquiritur de morte Domini contra ſeruos, vt ſi Dominus inueniatur occiſus, & neſciatur Author. iuxta l. 1. ff. ad S. C. Sillanianum, & nautas nauis ſubmerſæ. iuxta l. Quoties, C. de Naufrag. quia, & ſi nulla aliquorum hominum fama ſit contra illos ſeruos, vel nautas, tamen eſt quædam populi de illis ſuſpicio. Idem dicendum, quandocunque eſt ſuſpicio populi, vel communitatis, vel conuentus contra aliquem; hæc enim ſupplet vicem infamiæ, vt docet Nauar. ex Ant. de Butr. Abb. & Arret. num. 95. Nauar.

Sed numquid his caſibus exceptis, ſola fama ſufficit, vt Iudex contra aliquem inquirere poſſit? Reſpondeo, quod non, ſed requiritur etiam ipſa clamoſa inſinuatio, quæ famam ipſam ad aures iudicis deferat, non vna vice tantum, ſed pluribus, ac ſæpius, vt expreſſe inquit textus in dicto cap. qualiter. Non eſt autem determinatum, quoties requiratur, quod clamor, & infamia ad aures Iudicis perueniat, ad hoc, quod poſſit ex officio contra aliquem inquirere, atque adeo erit hoc iudici arbitrarium, & ita communiter doctores, vt inquit Marian. in d. cap. Qualiter.

An ſola infamia ſufficiat, vt Iudex contra aliquẽ inquirere poſſit.

Mariam.

Eſt tamen obſeruandum, vt hæc intelligantur, vt procedant, quando inquiſitio fit contra Prælatum: nam eo caſu non ſufficit ſimplex fama, ſed re

quiritur, quod sit talis, quæ non possit sine scandalo, & periculo tollerari. Secus autem, quando inquisitio fit contra subditum: tūc enim sufficit, quod fama præcedat, etiam quod non sit scandalosa, & periculosa. atque ita tenent communiter Doct. vt inquit Clarus, quæst. 7. vers. Item quæro, & Sot. de secr. m. 2. q. 6. concl. 1. dub. 3.

Clarus. A

Debet insuper hæc fama habere originem a personis honestis, & fide dignis, non autem a maleuolis, & indignis, vt omnes fatentur, & est textus in d. cap. Qualiter, & quando.

Infamia quid sit.

Sed quæres, quid sit ista infamia, & qui numerus testium sufficiat ad faciendam famam, & quomodo probetur. Ad primum dico quod fama, vt inquit Bar. in l. de minore, §. Tormenta, ff. de quæst. est communis opinio voce manifestata ex suspicione prouenienss, quæ si sit de malo dicitur infamia. Dicitur autem communis opinio secundum regulam, quam tradit Glos. in c. inquisitionis, Quando rumor est sparsus per maiorem partem viciniæ, aut per maiorē partē collegij, vel vniuersitatis, in quibus quis cōmoratur, vt notat Bar. loco supracitato.

Bart.

Fama debet probari saltem per duos testes. Clarus.

Quo ad secundum dico, quod fama probari debet saltem per duos testes, & non per pauciores, & in hoc omnes concordant, inquit Clarus quæst. 7. versic. sciendum est tamen. Quoniam in ore duorum, vel trium, &c. hi tamen non debent testari se audiuisse a maiori parte populi, vt vult Glos. in l. 3. §. eiusdem, ff. de probationibus, quam plerique Iurisperitorum sequuntur. sic enim vix vnquam posset fama probari, ac proinde modus iste procedendi esset inutilis; quis enim est, qui cum maiori parte Oppidi, aut viciniæ loquatur, aut aduertat se locutum? sed satis est, vt testentur, se ita publice audiuisse, vel ita passim dici, vt docet Bal. in c. literas,

Baldus.

nu. 2.

nu. 2. de præsumpt. & alijs; sicq; passim seruatur, teste Claro q. 6. Debent etiam testes deponentes de fama reddere rationem sufficientem scientiæ, aliàs non probant, vt dicit Bar. in d. l. de minore, §. plurimum, atque adeò si fuerint interrogati debent nominare, a quibus audierint; vt sciatur, famam habuisse originem ab honestis, & probis, & testes nō fingere. vnde si non nominarent eos, non probarent in criminalibus, vt dicit Bart. vbi supra, & ante eū Innoc. in cap. qualiter, & quando. Quomodo si non fuerint super hoc interrogati, debent nominare eos, a quibus audierunt, vt possit Iudex perpendere ex eorum qualitate, quanta sit illis adhibenda fides; ita Clarus vbi supra, & ratio est: quia fama, vt diximus debet habere originem, a personis honestis, & fide dignis, vt etiam omnes fatentur, & est textus clarus in dicto cap. qualiter, & quando. Quod tamen intelligit ipse Clarus, nisi ageretur de re gesta in loco turpi, puta in Lupanari, vel in ludo taxillorum, & chartarum: quia tunc non esset contemnenda fama, quæ ortum haberet a personis turpibus, quandoquidem in illis locis non solent conuersari homines honesti, & probatę famæ. Insuper notandum est, quod huiusmodi testes deponentes super fama debent scire, quid est fama, & ideo si interrogentur, quid est fama, & respondeant se nescire, nihil probant. Clarus vbi supra; qui dicit hanc esse communem opinionem.

Bart.

Innoc.

Clarus.

Sed quid si extant probatæ duæ famæ contrariç, cui standum erit? Respondetur, quod standum erit priori, & si eodem tempore concurrant, statur illi famæ, quæ processit ex verisimilioribus probationibus, vt inquit Nauar. cons. 473. num. 20. & 21. Item ad fauorem rei bona fama præualet malæ famæ, vt dicit Boss. in pract. crim. tit. de fauor. defen.

Si duæ famç contrariç fuerint probatæ cui standum. Nauar. Boss.

num. 13. Cæterum si reus ita diffamatus probauerit, quod per triennium proximum, vixisset, & fuisset bonæ conuersationis, & famæ, illa mala fama contra ipsum probata nihil ei noceret, sed censetur in totum purgata. ita inquit Clarus vbi supra, & hanc dicit esse communem opinionem.

Clarus.

Fama, an censenda sit probata, quia iudex dicit inquisitione famam præcessisse.

Sed dubium oritur, an ex assertione Iudicis dicentis in forma inquisitionis, famam publicam præcessisse, dicatur probata fama; an vero necessariũ sit, quod ipse Iudex prius probet hanc famam præcessisse saltem per duos testes.

Bertus.

Ang. Arre.

Respondeo breuiter, quod licet aliqui distinguant inter Iudicem ordinarium, & delegatum, & dicant, quod delegatus non potest inquirere, nisi prius probata fama, saltẽ per duos testes, & in hoc videntur concordare Doctores omnes, vt inquit Bertus in cap. qualiter, & quando, num. 36. in fine. Ordinario vero vbi procedat ex mero officio, sufficit, quod extra iudicialiter constet de fama, & sic potest examinatis testibus super infamia procedere, ad informationem; & hanc dicit esse communem opinionem Arretin. in cap. cum oportet, num. 45. & sequenti, extra de accusat. & Bertus vbi supra, quos refert Clarus quæst. 31. vers. fama publ. præced. & ratio discriminis inter delegatum, & ordinarium iudicem potest esse talis: quoniam probabiliter existimari potest, quod ordinarius debet habere cognitionem de infamia, quia peruulgatur in monasterio, vel in alio loco, vbi ipse degit. Sed delegatus, qui non commoratur in loco vbi commissa sunt crimina, non præsumitur, seu non æstimatur habere hanc cognitionem, propterea requiritur, vt ipsi constet probata, prius quam inquisitionem instituat. Tamen quia fama est vna ex probationibus, quæ cum alijs valet ad condemnãdum

reum,

reum, nedum ad ipsum interrogandum, & torquendum, vt infra videbimus, & nisi ipsa constiterit in processu probata non prodesset, nec ad interrogandum, nec ad condemnandum ipsum reum, vt omnes fatentur. Existimarem ego valde vtile esse, & satis expediens, quod probetur infamia, antequam inquisitio instituatur: quia sic remaneret probata; tum quo ad inquisitionem, tum quo ad alia supradicta. Cæterũ de necessitate crediderim, quod siue iudex sit ordinarius, siue delegatus non esse necessarium probare infamiam, priusquam inquisitio instituatur, sed sufficere, quod sæpius peruenerit ad aures ipsius iudicis, vt inquit textus clarus in dicto c. qualiter, & quando in illis verbis. *Si per clamorem, & famam ad aures superioris peruenerit*: Et cum vtatur verbo superioris (quod potest conuenire etiam delegato: quia, & ipse dicitur superior) comprehendit tam iudicem delegatum, quam ordinarium: maxime quando infamia peruenit ad aures ipsius delegati.

Authoris sententia.

B

Obseruãdum est tamen, quod Sotus de rat. teg. & deteg. sec. m. 2. quæst. 6. in 1. conclus. dub. 3. versic. sed est præterea aduertendum, & in 1. dub. ver. quando verò proceditur, tenet quod quando sunt manifesta indicia contra aliquem, non est necessaria infamia, ad formandam inquisitionem: quoniam indicia æquipollent famæ, secundum D. Thomam 2. 2. quæst. 69. art. 2. Vbi ponit tria sub disiunctione sufficientia ad interrogandum reum iuridice, aut vnum testem, aut infamiam, aut indicia illis æquipollentia, atque ita semiplenam probationẽ: & tunc poterit contra talem indiciatum institui inquisitio, sicut contra infamatum; nulla præcedente querela, vel accusatione. Sed nõ intelligo, quæ indicia possint esse ista, quę aperiant viam inquisitioni,

Sotus.

D. Thom.

sicut

ſicut infamia; niſi dicamus, quod ſit in caſu, quod delictũ eſt euidens, & ignoratur Author, tunc enim ſi adſint indicia contra aliquam particularem perſonam, poterit contra illam formari ſpecialis inquiſitio, de quo caſu dicemus infra. Sed tunc videtur, quod euidentia facti aperiat viam inquiſitioni, & neſcio, quomodo poſſit aliter intelligi dictum Soti. Nam ſi duo teſtes, neque tres non ſufficient ad formandum inquiſitionem, niſi adſit infamia, quæ viam aperiat inquiſitioni, vt clare inquit textus in dicto ca. Inquiſit. ext. de accuſat. multo minus ſufficere debent alia indicia: nam inter indicia, primum locum obtinent teſtes de ipſo crimine deponentes. Et inuenio, quod Nauar. in Manu. cap. 18. num. 38. tenet expreſſe contra Sotum, quod videlicet non ſufficiant indicia ad aperiendam viam inquiſitionis.

## ADDITIONES.

Sine accuſatore vero, vel fieri nemo damnari poteſt. Nauar.

a. Concluſione. 1. dub. 3. *Ratio, ob quam nemo eſt damnandus ſine accuſatore vero, vel ficto eſt triplex. vt inquit Nauarrus. in rubrica de iudicijs nu. 81. prima illa neruoſiſſima quod lege Dei, naturali. & diuina præcepti octaui Decalogi precipitur, ne quis inordinate detrahat, ſiue infamet, vel ſit cauſa proxima ita detrahendi, vel infamandi proximum. Secunda quod etiam lege* Dei *ſcandalizatio prohibetur. Matth.* 18. *& publicatio peccati occulti eſt ſcandalizatio, vt tenet Caiet. 2. 2. qu. 73. art. 3. et ideo ſequitur, quod nullus Deo ſubiectus poteſt iſtas duas leges naturalem, & diuinam tollere. Tertia eſt, quod licet regulariter vtilis ſit Reipub. criminum punitio iuxta. l. ita vulneratus. ff. ad legem Aquilam cap. vt bonæ ext. de ſent. excom. fallit tamen quando ſunt occulta,*

Caiet.

ta, & non est accusator verus, uel fictus. Tunc enim utilius est Reipubl. quieta conseruatio famæ, & honoris suorum subditorum, quam punitio, qua turbatur Respub. Et illi priuantur bonis suis maximis, quæ sunt honor, & fama. cap. 41. Eccles. & Prouer. 22. Dixi quando non est accusator uerus, uel fictus: quia cum est talis oportet reddere ius uere, uel ficte accusanti, uel querelanti, alioqui turbaretur Respub. & inquit Nauar. hanc esse rationem vere germanam, cur cum accusatore, notorietate, infamia, vel illi æquipollente instante possit procedi, & inquiri sine violatione legis naturalis, & diuinæ. Nauar.

b. Ad alia supradicta. Aduerte tamen, quando Fulgosius cons. 107. Incipit, Super eo. probatus a Decio in cons. 170. vult, quod non sit credendum iudici asserenti processisse infamiam, & eam sibi constitisse, nisi ex processu id appareat. & hos refert, & sequitur Nauarr. in Rubr. de Iud. num. 91. versic. 4. inferius. in fine pro qua opinione inquit esse textum irrefragabilem in cap. Quoniam contra. extra. de probat, vbi expresse cauetur, quod non creditur Iudici super processu nisi inquantum per acta, vel alias per legitima documenta constabit. Et est constitutio eiusdem Pontificis Innocent. III. qui & condidit Canonem dicti cap. qualiter, & quando ext. de accusat. Et profecto textus iste multum vrget pro hac opinione. Quapropter ad tollendam omnem difficultatem Consulerem Prælatis nostris quod quando specialiter inquirunt uirtute infamiæ, debeant in primis de ipsa infamia inquirere a uisinis, vel alijs scire debentibus; & infamia reperta, & in actis redacta debent inquisitionem formare, ut tradit Salycetus in l. eam quidem. col. 9. C. de accusat. Decius in d. Cons. 170. Ananias cons. 59. Incipit, Visa inquisitione. Felinus in ca. qualiter, et quando el. 2. col. 3. ext. de accusat. cum alijs alegatis per Nauarr. loco Fulgo. Nauar. Salycet. Decius. Ananias. Felinus. Nauar.

supra

*supra relat.*

*Sed oritur dubium, An quando Iudex supremus vt apud nos Reuerendissimus Pater Generalis committit causam inquirendam alicui suo Commissario teneatur ipse Commissarius prius īquirere de infamia?*

Bald. *Baldus in l.nullus.C.ad legem Iuliam tenet quod non; sed sed poterit ipse Commiss. inquirere super delicto omissa inquisitione infamiæ. Verum Alex.in cons.179.*

Alexand. *in causa Anglorum lib.2.limitat hoc procedere tantum in casu, quando Princeps exprimit in commissione constare sibi de fama, vt quando etiam nulla facta mentione de denunciante diceret ad audientiam nostram peruenit: nam tunc poterit procedere sine aliqua inquisitione famæ. Et hoc idem tenet Decius in d.*

Decius. Innocen. *cons.170.& Innocentius in cap.cum oporteat. ext. de*

Nauar. *Accusat. Sed Nauar.in d.Rubr.de Iud.num.90.tenet contrarium, quod scilicet nec isto possit Commiss. Principis concedere nō facta prius inquisitione infamiæ, et hoc probat pluribus rationibus, & hac potissimum quia hic agitur de limitanda lege naturali: quæ habet non posse inquiri absque infamia; & ideo necessariam esse iustam causam ad commitendum inquisitionem sine infamia. Et idcirco in fine concludit, quod magnanimi, magnique Christiani Commissarij esset suplicare in tali casu, antequam incipiat inquirere, Principi committenti. vt dignetur mittere sibi, quam haberet de infamia informationem vt cognoscatur à quibus oreum habuerit à probis, an à meleuolis.*

c. Viam inquisitioni. *Hoc idem tenet ipsemet Nauarr.in Rubr.de Iud.num.57.78.& 96. vbi inquit,*

Nauar. *quod licet indicia iudicialiter probata possint aperire viam inquisitioni, quoniam inducunt notorium iuris, et notoreitas iuris dicitur Accusator fictus, vt tradit ipsemet* Nauarr. *ibi, & nos dicemus infra, Iudicia tamen extra, indicialia non aperiunt viam inquisitio*

*quisitioni, & inquit, quod ita debet intelligi dictum Soti.*

## *De his, quæ viam aperiunt ad inqurendum. Cap. XV.*

CVM Iudex nunquam possit ex se ipso inquisitionem incipere, sed semper debeat aliquid præcedere, quod inquisitioni viam aperiat, & iudicem cogat, vt ex officio procedat; Nec possit prcce dere ex delatione facta ei, non vt Iudici, sed vt priuato, vel etiam vt patri: ideo breuiter explicanda sunt ea, quę viam aperiunt ad inquirendum. verum cum ex dictis manifeste appareat, infamiam aperire viam ad inquirendum; Videndum est modo, an sint aliqui casus, in quibus absque infamia præcedente possit iudex inquisitionem formare. Primum tamen obseruandum est, quod si iudex absque informatione de infamia, processerit ad inquisitionem specialem, nihilominus valet processus, & potest reus condemnari, si tamen reus præsens non exceperit, ut colligitur ex cap. 2. & secundo de Accusat. in 6. & docet Nauar. in Rub. de Iud. num. 91. quod si statim exceperit, & iudice volente prosequi appellauerit, non valet processus: quia per appellationem, iudicis potestas suspenditur. hoc obseruato.

*Iudex nō potest ex se ipso inquisitionem incipere.*

*Infamia aperit viā ad inquirendum.*

*Nauar.*

Dico primo, quod euidentia delicti aperit, viam inquisitioni: nam quando delictum est manifestum & notorium, ita vt nulla tergiuersatione celari possit, prout est illud, quod factum est coram populo, vel maiore parte populi, potest prælatur inquirere, licet nullus ad sit accusator, vel denūciator neque præcedat aliqua infamia: quia tūc ipsa euidentia facti habetur pro accusatore, vt habetur ī c.

*Euidentia de delicti aperiet viam inquisitioni*

Euidentia

Euidentia extra de accusat. vbi dicitur Euidentia patrati criminis non indiget clamore accusatoris, & D. Ambros. in cap. manifesta. quæst. 1. inquit. Manifesta accusatione non indigent. & confirmatur ex illo, quod dixit Deus ad Cayn, Gen. 4. vox sanguinis Fratris tuis Abel. clamat ad me de terra; Et in hoc nullus est, qui dissentiat, tam Theologorum, quam interpretum, vtriusque iuris, quando scilicet manifestum est crimem, & itidiem manifestus est, illud commissit.

D. Ambr.

Sed dubium est, atque contrauersatur, quando crimen est notorium, sed occultus est patrator, numquid Iudex possit non præcedente infamia, nec iudicijs, inquirere malefactorem? v. g. in monasterio reperitur factum furtum aliquod, vel inscriptus libellus famosus contra Guardianum, vel reperitur homo mortuus, & ignoratur malefactor; Numquid licebit Prouinciali interrogare fratres monasterj, quis hæc patrarit?

Sotus in loco proxime citato in d. quæst. 6. in 1. conl. dub. 4. & lib. 5. de Iustitia, & iure. quest. 6. art. tractat hanc quæstionem satis late, & tandem concludit partem negatiuam verissimam esse; & mouetur hoc potissimũ fundamento quoniam Canones supracitati in cap. cum oporteat, in cap. Inquisitionis, & in cap. qualiter, & quando, clare determinant, quod non procedatur ad inquisitionem occulti peccatoris, vbicunque nulla adsint indicia, nec infamia personæ. Hæc autem sunt verba dicti. cap. Cum oporteat. Nisi super prædictis famam ipsius, scilicet personæ læsam esse noueritis, vos ad inquisitionem non subito procedatis. Et in cap. Inquisitionis habetur. Nullum esse pro crimine, super quo aliqua non laborat infamia puniendum, & in cap. Qualiter, & quando. Si super excessibus

Sotus.

suis

suis quisquam fuerit infamatus; tunc procedendum est ad inquisitionem. Nec obstat, inquit Sotus quod dictum est supra, scilicet, quod euidentia patrati criminis non indiget accusatore: quia procedit (inquit ipse) quando non solum crimen ipsum notorium est, sed etiam criminis Author.

Cæterum vt supra diximus, crediderim contrariã opinionem absque dubio esse amplectendam, quod scilicet quando crimen est notorium; & euidens; & ignoratur quis illud commiserit, possit, & debeat Iudex generaliter inquirere, quis nam illud patrarit: nam cum, quamplurima committantur grauia delicta occulte; si non liceret inquirere in genere, quis illa commisit; remanerent ipsa crimina impunita in grauissimam perniciem publicam; & scandalum totius populi: nam cuilibet fas esset committere peccata secreta impune. Siquidem dicerent; Cum non possit Iudex, nec in genere quærere malefactorem; absolue infamia, vel in dicijs manifestis; crimina nostra nunquam prodecrunt in lucem.

Quando crimen est notorium & ignoratur author potest iudex generaliter inquirere, quis fecerit.

Est ergo practica, & ordinaria consuetudo; quod quando delictum est euidens. Iudex in genere inquirit de malefactore, & habito aliquo indicio contra aliquem, postea specialiter procedit contra illum; vt tradit Innocent. in cap. bonæ. 1. num. 5. extra de elect. vbi inquit; quod ita seruat totus orbis, & non est credendum; quod totus mundus versatur in periculo damnationis æternæ, vt sentit Sotus cum sua rigorosa opinione. Et dictum Innocent. referunt, & sequuntur scribentes in cap. Inquisitionis, de Accusat. & in specie. Anan. num. 4. Felin. post. num. 6. Nauar. in Manu. cap. 18. num. 38. tenet cum Innoc. contra Sot. Iulius Clarus: similiter quæst. 5. versic. Poterit igitur, sequitur opinionem

Innoc.

Annania.
Felinus.
Nauar.
Clarus.

A nionem Innoc.& plures refert eum sequentes, & inquit, quod hoc obseruant Iudices.

Ad fundamentũ Soti respõdetur, quod Canones dicentes non esse contra aliquem specialiter procecedendum, nisi notatus fuerit infamia, vel contra ipsum ad sint indicia. dico id verissimum esse ea videlicet ratione, quia nisi præcederet infamia, idem esset Accusator, & Iudex, fama autem fungitur officio accusatoris, ut clare habetur in dicto ca. qualiter, & quando. Non tamquam idem sit accusator, & Iudex, sed quasi denunciante fama, vel deferente clamore, officij sui debitum exequatur. In casu autem nostro extat euidentia patrati criminis, quæ tamquã Accusator, aut denunciator defert crimen ante conspectum Iudicis, clamans, vt exequatur officium suum, & inquirat veritatem. Quis videlicet illud patrauerit, non quidem specialiter inquirendo contra aliquam certam personam, quoniam id non licet, nisi præcedat infamia, vel indicia contra illam, sed generaliter, videlicet interrogando vicinos, si sciunt; quis commisserit tale delictum. & si respondeant se nescire, interrogantur postea de infamia, si sciant, sit infamatus de illo delicto. & si neque, hoc sciunt debent interrogari de circunstantijs; qua hora fuit ille occisus, quibus armis, si visus fuit aliquis ea hora illic pertransire, si habeat inimicos, & alia huiusmodi. Et si prodierint infamia, uel aliqua indicia contra aliquam particularem personam tunc poterit Iudex imo tenebitur specialiter procedere contra illam personam; sine quibus nequaquam posset. atque ita erunt duæ iquisitiones prima generails, & secunda specialis de speciali inquisitione loquuntur supra allgeti Canones. Sed quod non possit fieri generalis inquisitio ad clamorem patrati

B

crimi-

criminis manifesti, nisi adsit infamia, hoc non probant, nec prohibent illa iura. Et andem nihil obstant dicta Iura, quoniam, vt etiam dictum est, nulla sit specialis inquisitio contra aliquem absque infamia, vel indicijs: quia casu, quo ex generali inquisitione non procedat infamia, nec aliqua indicia contra particularem personam, non potest Iudex specialiter inquirere contra aliquem, vt omnes tenent,& nos fatemur.

Nec obstat quod subdit Sotus,nempe, quod distinctio de generali,& speciali inquisitione nihil facit,& quod ita sit iniuria interrogare,quis fecit,sicut,num Petrus commisit: quia si quis interrogetur in genere,tenetur respondere in particulari. Hoc inquam non obstat: quoniam hæc multum differunt. Nam præsupposito,quod ego sim Iudex, qui inuenio cadauer hominis mortui in foro,quod omnibus est euidens,huius criminis euidentia clamat ad me, vt inquitam veritatem; vt inquit textus in d. capi. euidentia. Modo licet ego nesciam, quis eũ ĩterfecerit,neque id publice sciatur,sed sit occultus,potest quidem esse occultus sed non occultissimus: itaque potest probari testibus: quia videlicet sit notus duobus, vel tribus. quod cum ita sit, cum testis qui interrogatur in genere,num sciat, qui eum interfecit optime sciat adesse, & alios, qui sciunt fuisse Petrum, vel compertum est illi,quod sunt indicia contra Petrum, tenetur dicere veritatem: quia non interrogatur iniuste, imo legitime, cum delictum non sit omnino occultum ita, quod sit illi soli notum,sed probari possit. Et si dicas,quod ego interrogo iniuste, quia iniuste inquiro sine accusatore,cum non præcedat infamia cõtra Petrũ; Respondeo, quod iuste inquiro generaliter,

F quis

quis in terfecerit, quia vox sanguinis illius interfecti, clamat ad me de terra, ut fungar officio, meo inquirendo primo in genere, quis eum interfecerit. I niusteinterogarem' si specialiter interrogarem, Num Petrus illum interfecerit, cum contra Petrũ non adsit infamia, vel alia indicia tum ergo iuste, inquiram, tu que scias, qui eum interfecerit, neque, tu solus hoc scis, sed adsunt etiam alij, qui hoc sciunt; teneris obedire iudici, & dicere ueritatem.

Si autem malefactor est occoltissimus, ita quod tu solum scis, tunc non teneris illum prodere, sed respondebis nescio, nec mentiris; quia potes tibi persuadere, quod Iudex interroget de quibus interrogare debet, nempe de his, quæ probari possunt, & non de omnino occultis. Item potes recte respondere nescio, ut dicam, ut inquit Sotus, & Nauar. At si iudex particulariter, te interrogaret, Num Petrus occiderit illum hominem, primo clarissime constat ipsum nequiter interogare; & mortaliter, peccare, cum non pręcedant infamia, neque indicia contra Petrũ & propterea nõ posses tam recte tueri te, respondeo nescio, sicut in alio casu, quãdo interrogaris in genere, quis eum occiderit, ut declarat idem met Sotus, de secr. m. 3. quest. 3. in 4. conclusio. atque ita longa est differentia interogare generaliter, quis occiderit, & specialiter, num Petrus occiderit.

C Verum occasione predictorum quæritur. Pone, vt Iudex proprijs oculis viderit illum occultum malefactorem, perpetrasse illud delictum manifestum, numquid poterit particulariter inquirere contra eum & illum condemnare; Respodetur, quod non poterit, nisi præcedat diffamatio, vel alia indicia inquirere contra illum, nec eum condemnare, nisi probetur illum perpetrasse dictum, delictum, atque

Iudex si solus vidit Petrũ delinque-

atque ita tenet doctores, vt inquit Clarus. quæst. 8. vers. sed pone, & quæst. 66. vers. Sciat autem. Quia Iudex debet iudicare secundum allegata, & probata, & non secundum eius credulitatem, aut scientiam, & opinionem.

re non potest cõtra eum specialiter inquirere.

Dico secundo, quod rebellio ipsius rei viam aperit, iquisitioni, quãdo scilicet facta illi monitione fraterna primo secrete secundo coram testibus, deinde denunciatur Prælato: nam si tunc rebellis existit, illa rebellio succedit loco accusationis, & Prelatus poterit inquirere, & procedere contra eum. Ita sentit Sotus de secr. m. 2. quest. 6 in 1. conclus. & dub. 1. & nõ reperio, quod aliquis in hoc contradicat Soto.

Rebellio aperit viã inquisitionis.

Sotus.

Sed duo sunt obseruanda circa han conclus. primum est, quando aliquis frater post secretam monitionem, denuciat Prelato tanquam Patri delictum fratris sui, nulla coram testibus facta monitione, hæc sola denunciatio facta prælato, non sufficeret ad in ducendam rebellionem ipsius peccatoris, sed Prælatus debet admonere deliquentem in præsentia denunciantis, & hæc admonitio succedit loco secundæ, quæ fieri debebat coram testibus, quod si non emendatur, tunc denunciatur iterum Prælato, qui (si delinquens fuerit rebellis) potest postea contra eum iudicialiter procedere, & punire eum pœna iuris.

Secundo obseruandum est illud, quod dictum est supra in cap. de inquisitione generali, quod iste denuncians fraternaliter poterit esse testis post dictam rebellionem, in processu iudiciali. Sed ne forte decipiaris, scias, quod iste solus non sufficeret ad finem, vt Prelatus posset reum interrogare, sed requiritur, vt adsit saltem vnus alius testis, vel infamia, vel alia indicia, ita inquit expresse Sotus de secr. m. 2. quæst. 6. in 3. coclus. vers. & Prætetea; idque

videtur multum conueniens rationi iuris naturalis; quod prohibet eumdem esse accusatorem, & testē. Cum enim rebellio illa ortum habeat a fratre, qui fraternaliter denunciauit, ipsa rebellio succedit loco accusationis. Esto ergo, quod non adesset alius testis, contra ipsum denunciatum, videtur, quod tunc idem denunciator fungeretur officio, & accusatoris, & testis; erit bene testis cum alijs, & cū vno faciet duos, & cum duobus tres; sed quod ipse solus sine alio sufficiat ad finem, quod reus possit iudicialiter interrogari absurdissimum est, & contra rationem, & istud idem sentit Gaietan. 2. 2. quęstio. 33. art. 8. Dum inquit post denunciationem Prælato factam procedi posse contra reum, si crimen probari potest.

Delinquens in flagranti repertus aperit viā ad inquirendum. Clarus.

Dico tertio, quod quando delinquens repertus est in flagranti crimine non solum potest Iudex contra ipsum inquirere non pręcedente infamia, sed etiam procedere, vsq; ad sententiā iuris ordine prætermisso, vt tradit Clarus. in pract. quæstio. 8. Notat tamen ipse, quod deprehensio in flagranti crimine, non facit plenam probationem, sed solum operatur, vt Reus possit torqueri; casu quo neget crimen. & hęc est communis opinio, examinandi sunt illi, qui illum depræhenderunt, qui poterunt esse, testes, & alij qui viderunt.

## ADDITIONES.

Nauar.

a. OBseruant iudices. *Adde Nauar. idem tenentem in Rub. de Iud. post num. 88. vers. Eadem ratione. Qui inquit opinionem Inocentij in Theorica; & praxi receptam esse contra Caiet. & Sotum. cuius ratio est: quia ī eo nō proceditur sine Accusatore, uero vel ficto, puta notoreitate iudiciali, vel extra iudiciali*

d. Ne-

d. Nequaquam posset. *Iuxta cap. 1. in principio iuncto ca. sane, de Censibus lib. 6. & l. 4. §. 1. ff. ad legem Iuliam peculatus. Tradit Nauar. in d. Rub. de Iud. num. 87. qui reprobat Sotum post Angelum in l. si vacantia. C. de nobis vacant. lib. 10. docentem non posse Iudicem ingerere nisi alia ratione super eo inquiri possit, inquiens eum in hoc sequendum non esse: quoniam omnes in Theorica, & practica contrarium seruant. Et si dicas, quod nullus testis interrogatus per generalem inquisitionem debet detegere occulta: imo tenetur ea non detegere nec licite potest detegere. cap. qualiter, et quādo & primo ext. de accusat. Respondetur, quod ille benefaceret tacendo, & peccat, male detegendo, ex quo tamen bene, vel male deducta sunt in publicam notitiam ille tenetur ad castigandum ea per particularem inquisitionem. Nauar. vbi supra. versic. nō obstat etiam. Tum quod ipsemet Sotus de ratione tegendi, &c. m. 3. quæstio. 1. in 5. conclus. tenet sufficere notitiam iudicialem habitam per cōfessionem male torti, vt iudex inquirat contra detectum. Tum quia cap. 1. de accusat. lib. 6. probat confessionem ante infamiam iudicialiter interrogati supplere infamiæ defectum, & efficere processum inquisitionis validum.* Nauar. Sotus.

c. Num Petrus occiderit. *Et si dicatur si dum crimen est notorium licet in genere quærere malefactorem, sequeretur, quod si inter alios forte interogaretur ille, qui crimen patrauit teneretur confiteri proprium crimen. Nam si certa illa interogatio esset iuridica sicut testes tunc tenerentur respōdere, qui fecerit, ita, et Reus ipse. Sed istud consequens nullus profecto concederet, videlicet, quod aliquis teneretur confiteri proprium crimen, de quo non est infamatus, nec sunt manifesta indicia. Respondetur valde diuersam rationem esse inter testem, & ipsum Reum;*

*quandoquidem Reus non tenetur fateri ueritatē, nisi adsit unū ex tribus, quæ ponit D.Tho.2.2.q 69.ut dicitur infra cū agitur de interrogatione rei, uidelicet, vel infamia, uel unus testis integer; uel indicia illis æquipollentia, quorum nullum adest in isto casu.*

D. Thom.

## *Alij casus, in quibus iudex inquirere potest absque infamia. Cap. XVI.*

Denunciatio canonica aperit viam ad inquirendum.

SVnt, & alia, quæ viam aperiunt Iudici ad legitime inquirendum, licet non præcedat infamia, aut euidentia patrati criminis, aut rebellio, siue deprehensio in flagranti. quorum primum est denunciatio Canonica, de qua inquit Sotus, de secr. m.2.quæst.6.in 3.conclus.versic.tertium casum, & in 1.conclus.in 1.dub. Quod aut crimen, quod denunciator, est in perniciem publicam, vel notorium, aut est priuatum, si est in perniciem publicam, aut notorium: Tunc quia denunciatio valet pro accusatore, potest sine infamia fieri inquisitio. Si autem crimen sit priuatum, & non sit in pręiudicium tertij, tunc non potest fieri inquisitio. sine infamia, vel indicijs manifestis; quia tunc merus denunciator non est accusator, nec est pars aduersa, nec potest iudex denunciatum punire, sed solum, vt dictum est supra, fraternaliter admonere, vt caueat in futurum.

Sed ego dico, quod ista denunciatio delicti, quā uis sit priuata, nec sit in præiudicium tertij: aperit viam inquisitioni, quoniam eiusmodi denunciatio succedit loco accusatoris, & idcirco quotiescunque frater, denunciat crimen aliquod prælato, tamquam iudici, vel simpliciter dicendo, Denuncio eo modo, quod ipse nouerit necessarium esse, tenetur Prælatus inquirere veritatem eo modo, quo

quo teneretur inquirere si præcederet infamia sub pœna peccati mortalis· dummodo talis denũcians, non moueatur ad denunciandum odio, vel ira contra fratrem, sed zelo charitatis, pront præsumitur in quolibet Religioso; & eo maxime in minore obseruante, & humilitatis, & patientiæ Seraphici Patris Francisci emulatore; & in contrarium nihil aliud appareat. Et quod talis denunciatio aperiat viam iudici ad inquirendum, tenet Clarus q. 6. vbi inquit, quod ita obseruatur in practica. Et merito quoniam Reipublicæ interest delicta; ad Magistratuum notitiam peruenire ne impunita remaneant. Et subdit, quod talis denunciatio est modici momenti; quia cum nihil aliud operetur, quam quod viam iudici aperit ad inquirendũ; non potest iudex supra ipsa denunciatione contra aliquem procedere ad citationem, neque ad capturam, nisi prius habitis informationibus, & legitimis indicijs. Et talis denuncians non posset esse testis: quoniam idem non potest esse accusator, & testis, & idcirco si Prælatus, non habebit alias probationes, vel indicia præter ipsum denunciantem, nõ poterit procedere contra aliquem fratrem. Et Clarus loco proximo citato, non solum loquitur de publica denunciatione, sed etiam de priuata.

Clarus

A

Secundus casus est, quando quis confessus est proprium crimen extra ordinem iuris· nam propria confessio abunde suppetit pro infamia, vt tradit etiam Foller. in Pract. crim. in 1. par. 3. part. nu. 89. Verum tamen, iste casus, inquit Sotus intelligendus est sano modo, vt puta, cum quis in publico corã multis proprium crimen confitetur· nam licet quis coram vno, vel duobus imo etiam corã prælato extraiudicialiter lapsu linguæ, vel alio mõ spõte diceret se cõmisisse aliquod crimen, aut si prælatus

Confessio extraiudicialis aperit viam ad inquirendum. Foller. Sotus.

aperire litteras subditi, in quibus subditus asserit se commisisse aliquod crimen, non esset certe ius inquirendi iudicialiter; sed solum fraternaliter corrigendi, nisi forsan crimen aduersus bonum publicum, vel inpræiudicium tertij vrgeret.

Aduertãt Prælati.

Quapropter aduertant prælati, ne peccata occulta, tamquam hostes prȩter ius in publicum prodire faciant; sed vt patres debent ex charitate corripere aut dissimulatione præterire. Inueniuntur enim aliqui prȩlati, qui inducunt subditum iterum confiteri sibi crimen occultum, quod illi tamquam Patri iam confessus fuerat, & faciunt stare testes in abscondito, qui audiunt eius confessionem, vt possint contra eum iudicialiter procedere, & ipsum punire pœna iuris. sunt etiam qui fratres subditos subornant, & sollicitant, vt delictum fratris denuncient, vel vt contra fratres testentur. Qui appellandi ne sint Patres, an hostes, Pastores, an lupi indicio aliorum relinquo. & fortè non posset super tali confessione iuste formari processus, tamquam fraude extorta, cum re vera confessio ista delicti, facta fuerit prælato secreto, & tamquam Patri, per ea, quæ tradit Sot. de ratione teg. & deteg. m. 3. quȩstio. 1. m. 5. concl. Vbi inquit. Quando Prælatus iniuste extorquet secretum subditi, non potest forte per illam cognitionem vltra progredi; sed quicquid inde dimanat iniustum erit.

Sotus.

B

Cõfessio extra iudicialis probari debet per duos testes contestes, ad hoc, vt sufficiat ad inquirendum.

Obseruandum est tamen, quod ista confessio Rei extra indicium facta, oportet, quod probetur duobus testibus contestibus omni exceptione maioribus, si neget se dixisset, quia debet omnino de tali indicio constare; & debet deponere de vna, eademq; confessione, quia si vnus testis deponeret de vna confessione coram pluribus; in vno loco; & alter testis deponeret de alia confessione eiusdem deli-

delicti facta alio loco, etiam coram multis, non probarent plene confessionem, tamquam testes singulares, vt fusius explicabimus infra in ca. quomodo probentur indicia.

Idem dicendum est de confessione facta coram iudice incompetente, id est qui non habet potestatem cognoscendi in causa, eo quod, vel reus non sit sibi subditus, vel causa sit exempta; & si enim ex tali confessione reus non possit condemnari à proprio iudice, vt patet ex cap. At si Clerici. de Iudicijs, potest tamen torqueri tamquam ex indicio, quod maximam præsumptionem criminis ingerit; debet tamen illa confessio non esse extorta metu tormentorum, sed metu probationum, vel omnino esse spontanea.

Cõfessio iudicialis facta corã iudice non competente aperit uiã ad inquirendum.

Tertius casus est, quando Iudex propter incidentem cognitionem debet de alio inquirere, velut si inquirendo vnum crimẽ detegit aliud: nam tunc poterit inquirere de illo. Hoc tamen (inquit Sotus) cum grano salis intelligendum est, quando scilicet vnum est sufficiens indicium alterius, vt si quis inquiritur de concubinatu, de quo laborat infamia, & incidenter cognouerit Iudex concubinam esse monialem, aut consanguineam, tunc poterit inquirere de illa circunstentia, quamuis de illa non sit infamia: quia aggrauat concubinatum, & eodem modo, ubi peccata habent talem connexionẽ quod unũ est indicium alterius, aut vnum non potest perfecte cognosci sine alio; si tamen crimina, ita separata, & disparata sint, tunc incidens cognitio criminis occulti, non præbet ius iuste inquirendi, vt si ille, qui inquiritur de concubinatu, inueniatur occultus fur; non poterit de furto fieri inquisitio absque infamia, aut indicijs.

Incidens cognitio Iudicis de aliquo delicto aperit viam Inquisitioni. Sotus.

Quartus casus, est propter atrocitatem criminis

ut

Atrocitas criminis aperit viã ad inquirendum.

vt patet in primis in crimine læsæ maiestatis, de quo specialiter habetur in Extrauagant. ad reprimendum vt de plano; quod est circa solemnitatem iuris procedat ad inquirendum, quis nam tale crimen perpetrauit. Quare absque infamia, & indicijs manifestis, si quis occulte occidisset, aut percussisset Principem, posset inquiri, quicunque esset suspectus de tali crimine, & hac ratione additur a Iurisconsultis. Quando facinus esset admissum aduersus Episcopum, aut aliam personam huius ordinis, aut quomodocunque crimen esset attrocissimum. quod forte eadem ratione dicendum esset, apud nos, quando crimen admissum fuisset aduersus Generalem, qui est nobis loco Principis, aut etiam Prouincialem, qui est nobis loco Episcopi.

Crimen commissum in iudicio vel in conspectu iudicis præbet ad quirendum.

Quintus, & vltimus casus est, quando crimen commissum esset in Iudicio, vel in conspectu iudicis; veluti si quis in conspectu Iudicis blasphemaret aut aliquem percurreret, posset quidem iudex absque eo, quod aliquis eum accusaret, vel denunciaret, illud crimen inquirere, & procedere contra delinquentem. Quod tamen intelligi debet, quando id fieret publice coram multis, quia si crimen secreto committeretur coram iudice non posset, tunc inquirere: quia alias sequeretur, quod ei licitum esset inquirere de quolibet crimine, quod ipso vidente committeretur, quod non est verum, vt supradictum est. Ex his infertur, quod quando dicitur; quod sine infamia, non potest fieri inquisitio, intelligitur de criminibus priuatis, quæ non sunt in præiudicium tertij. & crimina, quæ vergunt in perniciem publicam, & sunt in præiudicium tertij, quomodocunque cognoscantur inquirenda sunt, & coercenda, si sunt fieri, & damnum pen-

det

det in futurum. Vnde si iudex comperit, quod reus accusatus est per Calumniatorem absque alia infamia, poterit contra Calumniatorem inquirere, & eum punire l. 1. C. de calumniat. & idem si comperiat falsum testem, l. nullum, C. de testibus, aut si comperiat quempiam falsam scripturam scripsisse, vel finxisse, vt in l. penultima, C. de probationib. & idem vniuersaliter est obseruandum in omnibus criminibus, quæ fiunt in præiudicium tertij. D

## ADDITIONES.

a. Sed etiam de priuata. Hoc *idem tenet Nauar. in Rubr. de iudic. post n. 95. vers. si autem intelligitur. Dum vult denunciationem iudicialem aperire viam speciali inquisitioni, siue fiat per publicum officialem, siue per quamlibet aliam personam priuatam; dummodo non fiat de occultis, sed de famosis, & notorijs, idest de his, quæ probari possunt.* Nauar.

b. Iniustum erit. *Aduerte primo, quod hoc non procedit in confessione iudiciali, quæ etiam coram paucis puta solo Notario, & Iudice facta est: quoniam illa inducit notorium iuris, vt inquit Nauarr. in Rubr. de iudic. nume. 86. secundo, quod extra iudicialis facta coram multis non sufficit, nisi quando ex illa confessione insurrexit fama populi, vel viciniæ, vel collegijs; sed tunc non inquiret Iudex tantum ob confessionem, quam ob infamiam ex illa ortam. Nauar. ibidem. Tertio addit Nauar. non procedere in confessione facta metu tormentorum secundum Bart. in l. tormentorum, ff. de quæst. & Clarius Alex. de Imola in addit. ad Bart. in l. qui in aliena, §. Celsus, ff. de acquir. hæred. modo sic confessus reuocet confessionem tamquam timore factam iuxta Ancha. cons. 24. Visa* Nauar. Bart. Alexan. Cellus. Anchar.

*inqui-*

inquisitione. Quod etiam quarto dicit dicendum esse in confessione facta sine tormentis praecedenti tamen iniusta captura. Adde tu & quinto, quod tria supradicta non procedunt, quando agitur de impediendis, & euitandis malis futuris, siue sint in praeiudicium publicum, siue in praeiudicium priuatorum: quoniam quomodocunque illa cognoscantur, (excepta tamen via Sacramentalis confessionis) potest iudex inquirere ad illa impedienda, & tollendam occasionem earum; iuxta Innocen. receptum in cap. 1. de postul. praelatorum.

Innocen.

c. Aut indicijs. Sed tu dic indistincte, quod quocumque casu delictum aliquod constat iudici ex processu poterit inquirere nulla praecedente infamia neque querela, vel denuntia, quamuis incidenter sit in illo patefactum. Veluti cum Reus incidenter confitetur aliquod delictum; nam potest iudex inquirere ex officio contra confitentem super illo delicto, licet ille aliàs non sit de illo infamatus, vt ipsum punire in eadem tela iudicij, vel saltem texendo nouam telam, secundum sentent. Doctorum receptam in l. 2. §. si publico, ff. de adulter. per l. quod euitandi, C. de condic. ob turp. cau. & l. pen. C. si aduer. libertatem. Ita Nauar. in Rubr. de iudic. post. num. 86. vers. ex quo colligitur. Et reddit rationem: quia in hoc casu interuenit notoreitas iuris, quae insurgit ipsi iudici ex processu iudiciali, quae quidem notoreitas iuris dicitur accusator fictus. Nam confessio iudicialis inducit notorium iuris, cap. fin. extra de tempo. ordinat. cap. vestra; & fin. ext. de cohabit. cleric. & mulier. Et si illud crimen incidenter patefactum contineat crimen principale, aut illud grauando, aut reuelando, aut neutrum faciendo potest castigari in eodem iudicio; si autem non contineat crimen principale, tunc non potest puniri in eodem iudicio, sed opus est ordiri nouam

Nauarr.

uam telam iudicij ex officio. Ita inquit Nauarr. loco proxime allegato. uers. admoneo tamen. Et licet Sotus vt dictum est teneat incidentem cognitionem occulti criminis non dare ius inquirendi, quando crimina sunt omnino disparata absque infamia, aut indicijs: attamen ipse Nauar. inquit Sotum in hoc minime esse sequendum. Tum quia est contra omnes vtriusque iuris interpretes in d. §. si publico; & in c. 2. de confess. lib. 6. & in d. cap. 2. extra de ordin. cognit. & alibi. Tum quia sunt textus expressi in d. l. quod euitan. C. de condic. ob turp. caus. & in d. l. penul. C. si aduer. libertatẽ. Qui inquit, quod crimen probatum in iudicio, etiam ciuili potest iudicis officio criminaliter puniri, ordiendo scilicet nouam telam iudicij. Tum etiam quia notoreitas iuris, quæ est fictus accusator, habet locum in casu isto; sicut habet locum in casu, quo crimen incidenter detectum contingit principale delictum; siquidem ratio, quare iudex potest inquirere super delicto incidenter cognito non est illa, quam tradit Sotus: quia scilicet delictum, illud sit tamquam circumstantia quædam, quæ contingat ipsum principale delictum; sed illa est, vt inquit Nauar. quia illud crimen incidenter cognitum in iudicio est notorium; & notoreitas iuris, vt dictum est, dicitur fictus accusator. illa autem sola extat differentia inter crimen incidenter cognitum contingens principale delictum, & non contingens, quam supra diximus: quoniam si crimen contingit principale delictum potest puniri in eodem iudicio, si vero non contingat illud, tũc ex officio opus est ordiri nouam telam iudicij, vt supra dictum est. Hæc Nauar. vbi supra. Et iste casus non solum procedit, quando Reus ipse confitetur incidenter aliquod crimen occultum; sed etiam quando per testes in iudicio examinatos detegitur incidẽter aliquod crimen vel ipsius Rei, vel alterius: quoniã semper potest

Nauarr.
Sotus.

Nauarr.

iudex

*iudex inquirere, & punire ex officio, modo quo supra dictum fuit, videlicet in eodem iudicio, si crimen detectum contingat principale delictum; & si non contingat ordiendo nouam telam iudicij ex officio, vt clare colligitur ex dictis ipsius Nauar. loco quo supra, & §. sequenti, quod incipit. Vigesimum tertium principale in fine. Quatenus inquit, quod indicia iudicialia, seu iudicialiter probata possunt haberi pro infamia, & ficto accusatore, quia pariunt quandam iuris notorietatem. Quod idem inquit in d. Rubr. de Iud. num. 65. saluando Caietanum.*

Nauar.

*Sed circa hoc oritur quæstio scitu necessaria. Nunquid quando iudex orditur nouam telam iudicij ex officio contra Reum, vel alium super delicto in iudicio detecto, testes qui illud crimen notum fecerunt, possint esse testes in secundo iudicio. Nam prima facie videtur dicendum, quod non: quia notoreitas ista, quæ per ipsos facta est, fungitur vice accusatoris, vt dictum est. quocirca sequeretur, quod ipsi essent accusatores, & testes, quod à iure prohibitum est. Respondetur, quod poterunt esse testes supradicta ratione non obstante, siquidem nec infamia amittit vim probationis eo solo, quod fuerit causa inquirendi, & quandam personam accusatoris gesserit, vt annotauit Arretinus in cap. qualiter, & quando, el secondo, extra de accusat. numero 51. quem refert, & sequitur Nauar. in Rubr. de iudic. numero 91. in fine. Quod confirmat: quia nec denunciator excluditur à testimonio, quamuis vicem accusatoris gerat, secundum Bart. in l. Diuus, numero 14. ff. de custodia reorum, saltem quando prosequitur causam secundum Salycet. in l. ea quidem, quæst. 12. C. de accusat. & sic secundum prædicta dicti testes, qui crimen incidenter detexerunt in eodem iudicio non amittent vim probandi, licet quandam personam accusatoris gesserint.*

Arretin. Nauar. Bart. Salycet.

Oritur

*Oritur alia quæstio, an sufficiat notoreitas delicti facta per vnum testem tantum. Respondetur, quod sic: quia si nooretitas facta per famam sufficit ad inquirendum, multo magis notoreitas iudicialiter facta per vnum testem sufficere debet, quandoquidem fama in criminalibus non facit semiplenam probationem secundum communem sententiam, de qua infra in cap. de fama; unus autem testis sic. Præterea quando Reus detegit consortem iudicialiter, potest iudex contra sic detectum procedere ex officio, secundum communem Praxim, & Theoricam, quam præsupponit Nauar. loco supra proxime allegato post num. 88. uer sic. eadem ratione male excipit casus ille; & tamen in hoc casu reus non est integer testis contra detectum, cùm sit socius criminis.* Nauar.

d. In præiudicium tertij. *Additur etiam alius casus, in quo potest Iudex specialiter inquirere, & damnare reos sine accusatore vero, vel ficto, quando scilicet agitur, ad impedienda, & euitanda mala futura præsertim animarum, & tollendam occasionem eorum. Nam in illo casu potest iudex sine ullo accusatore etiam ficto infamiæ, uel ei æquipollentis procedere secundum mentem Innocen. in cap. 1. de postulat. Prælatorum. Ita tradit Nauar. in Rubr. de Iudic. numero 92. Nam omnes etiam priuati tenemur aliorum mortem, & pericula, si possumus euitare, iuxta illud Prouerb. 24. Erue illos, qui ducuntur ad mortem. Et licet prohibitam sit procedere contra aliquem, nulla præcedente infamia, uel aliquo ei æquipollente per illam legem naturalem de non infamando contentam in 8. præcepto decalogi; attamen, lex illa locum non habet in casu proposito, in quo occurrit cum illa lege, alia, & naturalis, uidelicet, Erue eos, qui ducuntur ad mortem, quæ fortior est lege illa de non infamando, seu de non detegendo secreto. Et* Innocen. Nauar.

concur-

concurrentibus duabus legibus contraria in aliquo dictantibus, standum est illi, quæ fortior est; fortiorem autem esse legem de seruanda alicuius spirituali, vel temporali vita, quam legem de seruanda fama ex eo vel maxime constat, quod sicut bona famæ bonis fortunæ præstant, ita bona corporis, & animæ famæ bona excedunt, vt pulchre declarat ipse Nauar. loco supra proxime allegato, & in cap. sacerdos, num. 24. & 25. de pœnit. dist. 6.

Naura.

Alius etiam casus extat, in quo specialiter inquiri potest absque vero, vel ficto accusatore etiam infamiæ; nempe in casu hæresis, & apostasiæ. vt est textus in cap. excommunicamus, §. adijcimus, extra de hæreticis, & in l. Apostatarum, C. de Apostatis, & in l. nullum, C. ad legem Iuliam. ita Nauarr. in d. Rubr. de iudic. num. 93. Qui animaduertit id procedere non posse nisi aliqua suspicione præcedente, vt ext. cap. vt officium, de hæretic. libro 6. clare colligit, Io. Andr. Dominicus, & Francus ibi, & Arretin. in d. cap. qualiter, & quando, num. 66.

Io. Andr. Dominic. Franc. Arretin.

Quinimo subdit ipse Nauar. Meo iudicio nisi timeatur fuga ob solam suspicionem capietur ob magnum detrimentum famæ, quod inde saltem de facto nascitur, quod etiam inquit Sanctæ Inquisitionis officium seruare in Hispanijs. Verum ratio, quare in crimine hæresis possit contra aliquem specialiter inquiri sine accusatore, vel infamia, videtur esse: quia recidit in casum supradictum de euitando, & impediendo peccata futura, eo quod per contagionem, & infectionem illius ipsius peccata producuntur, & transeunt in alios. Nam hæresis serpit, vt Cancer, quippe quæ pestifera est, cap. vt Inquisitionis de hæreticis lib. 6. & tradit Nauar. loco supra citato.

Alium casum ponit Alciatus in cap. 1. ext. de off. ordin. secutus Ioan. Andr. in cap. olim, el 2. ext. de accusat.

Alciato

*cusat. Qui inquit contra Regulares inquiri poße nulla præcedente infamia; sed istud reprobatur per Nauar. & recte quidē. ind. Rubr. de Iud. post. nu. 91. vers. Quinto, quod non est aßerendum. Tum quia cæteris paribus eorum fama magis est seruanda, quam secularium, vt colligitur ex vtroque Thoma. 2. 2. quæst. 72 art. 3.* D. Tho. Caiet. *Tum quia illud non probatur per legem ab ipso Ioan. Andr. allegatam. Tum demum, quia licet ordo procedendi contra Regulares non seruetur adeo stricte, ac contra seculares, quo ad alia d. cap. qualiter, & quando el. 2. sub finem: attamen quo ad hoc seruatur, vt clare sentit. S. Thomas. 2. 2. quest. 33. ad 4. & 5. & Caiet. & Sotus, & inquit hanc eße commu-* Sotus. *nem opinionem. Et nos firmauimus supra in cap. 3. & 4. de modo procedendi, dum ostendimus inter Regulares ea obseruari debere, quæ sunt de iure naturali, & diuino. lex autem de non inquirendo sine infamia, vel aliquo ei æquipollente est naturalis, & diuina, vt late probat Nauar. in d. Rubr. de Iud. num. 81. & 82.*

## *DE SECVNDO SVBSTANTIALI Iudicij, De Testibus. Cap. I.*

CVm nemo condemnari poſsit niſi per publicam ſcientiam conſtet Iudici de criminis authore; iudex enim ex poteſtate publica iudicia, exercet ideo ſententia, præſertim condemnatoria, ex publica, ſcientia proficiſci debet. Tribus autem modis crimen per publicam ſcientiam conſtare poteſt. primo ſi ipſe iudex cum tribus, vel quatuor alijs deprehendat illum in flagranti crimine. ſecundo ſi reus in iudicio confiteatur crimen. tertio ſi teſtibus conuincatur. Et hic tertius modus eſt fere ordinarius. Ideo de teſtibus tria breuiter explicāda sūt.

Primum, quis admitti possit, & debeat ad ferendum testimonium, & hoc explicabitur in præsenti capitulo. secundum quot in causis criminalibus requirantur, & quomodo plene probent. tertium que obseruare debet iudex testes examinando.

Quo ad primum, non passim omnes admittuntur ad ferendum testimonium, quandoquidem leges multos repellunt.

Testes idonei, uel omni exceptiones maiores qui sint.

Vnde obseruandum est, quosdam dici testes idoneos, seu omni exceptione maiores; eos nimirum, contra quos nihil potest iure opponi, cur minus sit illis fides adhibenda, seu cur non sint ad testificandum admittendi. Minus idonei sunt, quibus aliquid opponi potest, vel ex natura rei, vel ex iuris dispositione. Et quia omnes habentes perfectum vsum rationis sunt idonei, nisi aliquid in illis sit, quod ius velit eos censeri minus idoneos; videndū est, qui nam iure repellantur, sic enim intelligetur, qui nam sint omni exceptione maiores.

Qui iure repellitur mulier.

Panor. Nauar.

Primo in causis criminalibus iure canonico repellitur mulier, ob fragilitatem sexus, & ingenii mutabilitatem; ita habetur. cap. forum. sub finem, de verborum significat. & cap. mulierem. 33. quęst. 5. & ita sentiunt communiter doctores, vt inquit. Panor. in cap. quoniam. num. 2. ex. de Test. & Nauar. lib. 5. Consil. tit. de accusat. Consil. 5. num. 2. Quod intelligendum est, quo ad probationem, vt scilicet quis condemnetur, sed non quoad inquisitionem: quoniam possunt mulieres contra clericos in testes assumi, quando contra ipsos sumuntur informationes; vt inquit Glossa per illum textū. in d. cap. quoniam, & ibi doctores; licet postea earum dicta vim non habeant ad illos condemnandos. Iure tamen ciuili mulier in omni causa admittitur. l. ex eo, ff. de Testibus, præterquam in testamento. l. qui

testa

i testamento. §. mulier. ff. de Testam. ita communiter tradunt Doctores, vt tradit Gomezius. cap. 12. nu. 13. Quod supra limittauimus. Gomezius.

Secundo repellitur minor viginti annis. l. in testimo. ff. de Testibus. Dictum tamen eius facit indicium sufficiens ad capiendam cõformationem, non tamen ad torturam, vt ibidem docet Gomezius. Vnde non est verum ait Syluestr. Testis. 5. quæstio. 1. dictum impuberis facere indicium ad torturam. Si tamen sit Puber idest. 14. annorum in masculo, 12. in fœmina; admittitur in ciuilibus. Minor repelli.

Tertio inimicus eius, contra quem testimonium dicitur, si inimicitia est capitalis, aliàs secus; vt docet Clarus vbi supra vers. Item Quæro. leuis tamen inimicitia non repelleret testem. & hæc conclusio procedit etiam in criminibus exceptis, vt in crimine læsæ maiestatis, simoniæ, & huismodi, in quibus alij testes minus idonei admittuntur. vt patet cap. per tuas, de simonia. quę autem dicatur inimicitia grauis, vel leuis, licet, aliqui dicant, quod inimicitia grauis ea dicitur, quando pręcessit inter eos iniuria, vel lis super causa capitali, vel magna parte bonorum; communiter tamen relinquitur hoc arbitrio iudicis definiendum; atq; adeo inimici non sunt Iudicandi, quos reus inimicos nominauerit, sed quos iudex matura deliberatione, & peritorum consilio arbitratus fuerit. Inimicus repellitur a testimonio. Clarus. Quæ sit inimicitia grauis. relinquitur arbitrio Iudicis.

Quarto ascendentes, & descendentes accusatoris. Item collaterales, sed hi tantum vsque ad quartum gradum, vt docet Gomezius num. 15. Idem dicendum de affinibus. Aduerte tamen consanguineos, et affines Rei interdum admitti posse ad reum defendendum, eiusque innocentiam probandam; sic enim habet vsus teste Claro. quæst. 24. num. 12. cõsanguinei accusatoris repelluntur a testimonio.

Domesticus, & infamis a testimonio repelluntur.

Quinto domesticus ipsius producentis.

Sexto infamis infamia iuris, qualis est omnis qui de aliqno crimine est damnatus, vt periurus, vel qui de hæresi suspectus abiurauit, qui de furto fuit conuictus, aut de crimine pessimo; Apostatæ à Religione, qui aliàs in iudicio falsum dixerunt, qui nullo modo, tamquam periuri audiri possunt, malefici, falsarij litterarum, manus, aut sigilli superiorum, & qui condemnati fuerint, tamquam infamatores. Infamis autem infamia facti, etiam regulariter repellitur, potest, tamen interdum admitti in subsidium, quando aliter veritas cognosci nequit, sed cum tortura, vt docet Clarus, d. quæst. 24. num. 13. vers. Item infamis.

Clarus.

Socius criminis nō potest esse testis.

Septimo socius criminis. l. final. C. de accusationibus, & cap. veniens. 1. de testibus. Ratio est, quia hic facile alium nominabit, vel quia illius priuilegio veniam sperat, vel quia odio cupit illum eodem supplicio perire, vt habetur. l. finali dicta. vide Nauar. l. 5. cons. tit. de accusat. cons. 3. num. 2. & consil. 5. num. 2. In criminibus tamen exceptis, admittitur socius, vt idoneus testis, vt in hæresi, crimine læsæ maiestatis, falsæ monetæ, maleficio, seu sortilegio, sodomia, & furto famoso. Addit Gomezius. num. 16. idem dicendum in delictis, quæ non possunt sine socio committi. Itaque in huiusmodi, depositio socij, non solum erit sufficiens indicium ad torturam, sed etiam erit semiplena probatio, & accedente alio socio, qui idem deponat, erit plena probatio, & poterit reus condemnari, vt docet Cynus in l. vlt. C. de accusat. & Panormit. in cap. 1. de confessis. Debet tamē hęc depositio fieri tāquā; à teste, nepe cum iuramento, & citata parte, cui etiam danda est copia depositionis, vt possit se defendere.

Gomezi.

Cynus.

Pauor.

Persona

Octauo, persona vilis, & inops, de qua suspicio est

est facile posse pecunia corrumpi, secus si sit honesta. vide le.3. & 4. ff. de test. vbi fere hæc omnia habentur. & Syl. test. 5. qu. 1. Quis autem dicatur pauper statur iudicis arbitrio. Vilis, & inopea testimonio repellitur syluestr.

Nono repelluntur conspiratores; dicuntur autem conspiratores, qui ex pacto conuenerunt, vt vnus accuset, seu denunciet, & reliqui sint testes, quorum accusatio, & testimonium non solum admittenda non sunt, sed etiam Prælatus tamquã impostores, & Reipubl. perturbatores grauiter punire debet. Cõspiratores testes esse nequeunt.

Decimo repelluntur in suo dicto varij, & inconstantes. Pro cuius intellectu obser. est primo, quod quando testis in vno falsum dicit, eius depositio tota vitiatur, ita vt nullam faciat fidem; vt notat Alexand. in l. si ex falsis. nu 13. C. de transact. quia iuramentum est indiuisibile, ac proinde vbi testis est in vno suspectus, totum eius testimonium redditur suspectum; & quando eius dictum in vno reprobatur, non creditur ei neque in alijs vt tradit Clarus. quæstio. 53. vers. sed quæro. Et hoc intelligitur quando testis falsum deposuit circa factum principale, vel qualitates substantiales; secus autem si circa alia extrinseca, & accessoria. Varij, & inconstantes non ferunt testimonium. Alexand. Clarus.

Secundo obseru. est, quod quando testis vnum dicit primo extra iudicium, deinde in iudicio contrarium deponit, standum est secundæ depositioni. Verum si id, quod dixit extra iudicium, fuit cum iuramento assertum, & deinde contrarium etiam cum iuramento deposuit, etiam in iudicio, testis est repellendus, & de periurio condemnandus, ex quo reperitur positus inter duo iuramenta contraria, vt asserit Camerin. in suo Cons. matrimo. quod in practica obseruari se vidisse testatur Boss. in tit. de oppositionibus contra testes num. 3. Camer. Boss.

inquisitione. Quod etiam quarto dicit dicendum esse in confessione facta sine tormentis præcedenti tamen iniusta captura. Adde tu & quinto, quod tria supradicta non procedunt, quando agitur de impediendis, & euitandis malis futuris, siue sint in præiudicium publicum, siue in præiudicium priuatorum: quoniam quomodocunque illa cognoscantur, (excepta tamen via Sacramentalis confessionis) potest iudex inquirere ad illa impedienda, & tollendam occasionem earum; iuxta Innocen. receptum in cap. 1. de postul. prælatorum.

Innocen.

c. Aut indicijs. Sed tu dic indistincte, quod quocumque casu delictum aliquod constat iudici ex processu poterit inquirere nulla præcedente infamia neque querela, vel denuntia, quamuis incidenter sit in illo patefactum. Veluti cum Reus incidenter confitetur aliquod delictum; nam potest iudex inquirere ex officio contra confitentem super illo delicto, licet ille aliàs non sit de illo infamatus, vt ipsum punire in eadem tela indutij, vel saltem texendo nouam telam, secundum sentent. Doctorum receptam in l. 2. §. si publico, ff. de adulter. per l. quod euitandi, C. de condic. ob turp. cau. & l. pen. C. si aduer. libertatem. Ita Nauar. in Rubr. de iudic. post. num. 86. vers. ex quo colligitur. Et reddit rationem: quia in hoc casu interuenit notoreitas iuris, quæ insurgit ipsi iudici ex processu iudiciali, quæ quidem notoreitas iuris dicitur accusator fictus. Nam confessio iudicialis inducit notorium iuris, cap. fin. extra de tempo. ordinat. cap. vestra; & fin. ext. de cohabit. cleric. & mulier. Et si illud crimen incidenter patefactum contineat crimen principale, aut illud grauando, aut reuelando, aut neutrum faciendo potest castigari in eodem iudicio; si autem non contineat crimen principale, tunc non potest puniri in eodem iudicio, sed opus est ordiri nouam

Nauarr.

nuam

*uam telam iudicij ex officio. Ita inquit Nauarr. loco proxime allegato. uers. admoneo tamen. Et licet Sotus vt dictum est teneat incidentem cognitionem occulti criminis non dare ius inquirendi, quando crimina sunt omnino disparata absque infamia, aut indicijs: attamen ipse Nauar. inquit Sotum in hoc minime esse sequendum. Tum quia est contra omnes vtriusque iuris interpretes in d. §. si publico; & in c. 2. de confess. lib. 6. & in d. cap. 2. extra de ordin. cognit. & alibi. Tum quia sunt textus expressi in d. l. quod euitan. C. de condic. ob turp. caus. & in d. l. penul. C. si aduer. libertatẽ. Qui inquit, quod crimen probatum in iudicio, etiam ciuili potest iudicis officio criminaliter puniri, ordiendo scilicet nouam telam iudicij. Tum etiam quia notoreitas iuris, quæ est fictus accusator, habet locum in casu isto; sicut habet locum in casu, quo crimen incidenter detectum contingit principale delictum; siquidem ratio, quare iudex potest inquirere super delicto incidenter cognito non est illa, quam tradit Sotus: quia scilicet delictum, illud sit tamquam circumstantia quædam, quæ contingat ipsum principale delictum; sed illa est, vt inquit Nauar. quia illud crimen incidenter cognitum in iudicio est notorium; & notoreitas iuris, vt dictum est, dicitur fictus accusator. illa autem sola extat differentia inter crimen incidenter cognitum contingens principale delictum, & non contingens, quam supra diximus: quoniam si crimen contingit principale delictum potest puniri in eodem iudicio, si vero non contingat illud, tũc ex officio opus est ordiri nouam telam iudicij, vt supra dictum est. Hæc Nauar. vbi supra. Et iste casus non solum procedit, quando Reus ipse confitetur incidenter aliquod crimen occultum; sed etiam quando per testes in iudicio examinatos detegitur incidẽter aliquod crimen vel ipsius Rei, vel alterius: quoniã semper potest*

Nauarr. Sotus. Nauarr.

*iudex*

*iudex inquirere, & punire ex officio, modo quo supra dictum fuit, videlicet in eodem iudicio, si crimen detectum contingat principale delictum; & si non contingat ordiendo nouam telam iudicij ex officio, vt clare colligitur ex dictis ipsius Nauar. loco quo supra, & §. sequenti, quod incipit. Vigesimum tertium principale in fine. Quatenus inquit, quod indicia iudicialia, seu iudicialiter probata possunt haberi pro infamia, & ficto accusatore, quia pariunt quandam iuris notorietatem. Quod idem inquit in d. Rubr. de Iud. num. 65. saluando Caietanum.*

Nauar.

*Sed circa hoc oritur quæstio scitu necessaria. Nunquid quando iudex orditur nouam telam iudicij ex officio contra Reum, vel alium super delicto in iudicio detecto, testes qui illud crimen notum fecerunt, possint esse testes in secundo iudicio. Nam prima facie videtur dicendum, quod non: quia notoreitas ista, quæ per ipsos facta est, fungitur vice accusatoris, vt dictum est. quocirca sequeretur, quod ipsi essent accusatores, & testes, quod à iure prohibitum est. Respondetur, quod poterunt esse testes supradicta ratione non obstante, siquidem nec infamia amittit vim probationis eo solo, quod fuerit causa inquirendi, & quandam personam accusatoris gesserit, vt annotauit Arretinus in cap. qualiter, & quando, el secondo, extra de accusat. numero 51. quem refert, & sequitur Nauar. in Rubr. de iudic. numero 91. in fine. Quod confirmat: quia nec denunciator excluditur à testimonio, quamuis vicem accusatoris gerat, secundum Bart. in l. Diuus, numero 14. ff. de custodia reorum, saltem quando prosequitur causam secundum Salycet. in l. ca quidem, quæst. 12. C. de accusat. & sic secundum prædicta dicti testes, qui crimen incidenter detexerunt in eodem iudicio non amittent vim probandi, licet quandam personam accusatoris gesserint.*

Arretin.

Nauar.

Bart.

Salycet.

Oritur

*Oritur alia quæstio, an sufficiat notoreitas delicti facta per unum testem tantum. Respondetur, quod sic: quia si notoreitas facta per famam sufficit ad inquirendum, multo magis notoreitas iudicialiter facta per unum testem sufficere debet, quandoquidem fama in criminalibus non facit semiplenam probationem secundum communem sententiam, de qua infra in cap. de fama; unus autem testis sic. Præterea quando Reus detegit consortem iudicialiter, potest iudex contra sic detectum procedere ex officio, secundum communem Praxim, & Theoricam, quam præsupponit Nauar. loco supra proxime allegato post num. 88. uer sic. eadem ratione male excipit casus ille; & tamen in hoc casu reus non est integer testis contra detectum, cum sit socius criminis.* Nauar.

d. In præiudicium tertij. *Additur etiam alius casus, in quo potest Iudex specialiter inquirere, & damnare reos sine accusatore vero, vel ficto. quando scilicet agitur, ad impedienda, & euitanda mala futura præsertim animarum, & tollendam occasionem eorum. Nam in illo casu potest iudex sine ullo accusatore etiam ficto infamiæ, uel ei æquipollentis procedere secundum mentem Innocen. in cap. 1. de postulat. Prælatorum. Ita tradit Nauar. in Rubr. de Iudic. numero 92. Nam omnes etiam priuati tenemur aliorum mortem, & pericula, si possumus euitare, iuxta illud Prouerb. 24. Erue illos, qui ducuntur ad mortem. Et licet prohibitam sit procedere contra aliquem, nulla præcedente infamia, uel aliquo ei æquipollente per illam legem naturalem de non infamando contentam in 8. præcepto decalogi; attamen, lex illa locum non habet in casu proposito, in quo occurrit cum illa lege, alia, & naturalis, uidelicet, Erue eos, qui ducuntur ad mortem, quæ fortior est lege illa de non infamando, seu de non detegendo secreto. Et* Innocen. Nauar.

*concur-*

concurrentibus duabus legibus contraria in aliquo dictantibus standum est illi, quæ fortior est; fortiorem autem esse legem de seruanda alicuius spirituali, vel temporali vita, quam legem de seruanda fama ex eo vel maxime constat, quod sicut bona famæ bonis fortunæ præstant, ita bona corporis, & animæ famæ bona excedunt, vt pulchre declarat ipse Nauar. loco supra proxime allegato, & in cap. sacerdos, num. 24. & 25. de pœnit. dist. in. 6.

Naura.

Alius etiam casus extat, in quo specialiter inquiri potest absque vero, vel ficto accusatore etiam infamiæ; nempe in casu hæresis, & apostasiæ. vt est textus in cap. excommunicamus, §. adijcimus, extra de hæreticis, & in l. Apostatarum, C. de Apostatis, & in l. nullum, C. ad legem Iuliam. ita Nauarr. in d. Rubr. de iudic. num. 93. Qui animaduertit id procedere non posse nisi aliqua suspicione præcedente, vt ext. cap. vt officium, de hæretic. libro 6. clare colligit Io. Andr. Dominicus, & Francus ibi, & Arretin. in d. cap. qualiter, & quando, num. 66.

Io. Andr. Do minic. Franc. Arretin.

Quinimo subdit ipse Nauar. Meo iudicio nisi timeatur fuga ob solam suspicionem capitur ob magnum detrimentum famæ, quod inde saltem de facto nascitur, quod etiam inquit Sanctæ Inquisitionis officium seruare in Hispanijs. Verum ratio, quare in crimine hæresis possit contra aliquem specialiter inquiri sine accusatore, vel infamia, videtur esse: quia recidit in casum supradictum de euitando, & impediendo peccata futura, eo quod per contagionem, & infectionem illius ipsius peccata producuntur, & transeunt in alios. Nam hæresis serpit, vt Cancer, quippe quæ pestifera est, cap. vt Inquisitionis de hæreticis lib. 6. & tradit Nauar. loco supra citato.

Alium casum ponit Alciatus in cap. 1. ext. de off. ordin. secutus Ioan. Andr. in cap. olim, el 2. ext. de accusat.

lciato

*cusat. Qui inquit contra Regulares inquiri poße nulla præcedente infamia; sed istud reprobatur per Nauar. & recte quidē. ind. Rubr. de Iud. post. nu. 91. vers. Quinto, quod non est asserendum. Tum quia cæteris paribus eorum fama magis est seruanda, quam secularium, vt colligitur ex vtroque Thoma. 2. 2. quæst. 72 art. 3. Tum quia illud non probatur per legem ab ipso* Ioan. *Andr. allegatam. Tum demum, quia licet ordo procedendi contra Regulares non seruetur adeo stricte, ac contra seculares, quo ad alia d. cap. qualiter, & quando el. 2. sub finem: attamen quo ad hoc seruatur, vt clare sentit. S. Thomas. 2. 2. quest. 33. ad 4. & 5. & Caiet. & Sotus, & inquit hanc eße communem opinionem. Et nos firmauimus supra in cap. 3. & 4. de modo procedendi, dum ostendimus inter Regulares ea obseruari debere, quæ sunt de iure naturali, & diuino. lex autem de non inquirendo sine infamia, vel aliquo ei æquipollente est naturalis, & diuina, vt late probat Nauar. in d. Rubr. de Iud. num.* 81. & 82.

D. Tho. Caiet.

Sotus.

## *DE SECVNDO SVBSTANTIALI Iudicij, De Testibus. Cap. I.*

CVm nemo condemnari possit nisi per publicam scientiam constet Iudici de criminis authore; iudex enim ex potestate publica iudicia, exercet ideo sententia, præsertim condemnatoria, ex publica, scientia proficisci debet. Tribus autem modis crimen per publicam scientiam constare potest. primo si ipse iudex cum tribus, vel quatuor alijs deprehendat illum in flagranti crimine. secundo si reus in iudicio confiteatur crimen. tertio si testibus conuincatur. Et hic tertius modus est fere ordinarius. Ideo de testibus tria breuiter explicāda sūt.

Primum, quis admitti possit, & debeat ad ferendum testimonium, & hoc explicabitur in præsenti capitulo. secundum quot in causis criminalibus requirantur, & quomodo plene probent. tertium que obseruare debet iudex testes examinando.

Quo ad primum, non passim omnes admittuntur ad ferendum testimonium, quandoquidem leges multos repellunt.

Testes idonei, uel omni exceptiones maiores qui sint.

Vnde obseruandum est, quosdam dici testes idoneos, seu omni exceptione maiores; eos nimirum, contra quos nihil potest iure opponi, cur minus sit illis fides adhibenda, seu cur non sint ad testificandum admittendi. Minus idonei sunt, quibus aliquid opponi potest, vel ex natura rei, vel ex iuris dispositione. Et quia omnes habentes perfectum vsum rationis sunt idonei, nisi aliquid in illis sit, quod ius velit eos censeri minus idoneos; videndū est, qui nam iure repellantur, sic enim intelligetur, qui nam sint omni exceptione maiores.

Qui iure repellitur mulier.

Panor.
Nauar.

Primo in causis criminalibus iure canonico repellitur mulier, ob fragilitatem sexus, & ingenii mutabilitatem; ita habetur. cap. forum. sub finem, de verborum significat. & cap. mulierem. 33. quęst. 5. & ita sentiunt communiter doctores, vt inquit. Panor. in cap. quoniam. num. 2. ex. de Test. & Nauar. lib. 5. Consil. tit. de accusat. Consil. 5. num. 2. Quod intelligendum est, quo ad probationem, vt scilicet quis condemnetur, sed non quoad inquisitionem: quoniam possunt mulieres contra clericos in testes assumi, quando contra ipsos sumuntur informationes; vt inquit Glossa per illum textū. in d. cap. quoniam, & ibi doctores; licet postea earum dicta vim non habeant ad illos condemnandos. Iure tamen ciuili mulier in omni causa admittitur. l. ex eo, ff. de Testibus, præterquam in testamento. l. qui

testa

i testamento.§.mulier.ff. de Testam.ita communiter tradunt Doctores,vt tradit Gomezius.cap.12.nu. 13.Quod supra limittauimus.

*Gomezius.*

Secundo repellitur minor viginti annis.l.in testimo.ff.de Testibus. Dictum tamen eius facit indicium sufficiens ad capiendam cõformationem, non tamen ad torturam,vt ibidem docet Gomezius. Vnde non est verum ait Syluestr. Testis. 5. quæstio. 1. dictum impuberis facere indicium ad torturam. Si tamen sit Puber idest. 14. annorum in masculo, 12. in fœmina; admittitur in ciuilibus.

*Minor repelli.*

Tertio inimicus eius, contra quem testimonium dicitur,si inimicitia est capitalis,aliàs secus; vt docet Clarus vbi supra vers. Item Quæro.leuis tamen inimicitia non repelleret testem.& hæc conclusio procedit etiam in criminibus exceptis,vt in crimine læsæ maiestatis,simoniæ,& huismodi,in quibus alij testes minus idonei admittuntur. vt patet cap.per tuas,de simonia.quę autem dicatur inimicitia grauis,vel leuis,licet,aliqui dicant, quod inimicitia grauis ea dicitur, quando pręcessit inter eos iniuria, vel lis super causa capitali ,vel magna parte bonorum; communiter tamen relinquitur hoc arbitrio iudicis definiendum;atq; adeo inimici non sunt Iudicandi,quos reus inimicos nominauerit,sed quos iudex matura deliberatione, & peritorum consilio arbitratus fuerit.

*Inimicus repellitur a testimonio.*

*Clarus.*

*Quæ sit inimicitia grauis. relinquitur arbitrio Iudicis.*

Quarto ascendentes, & descendentes accusatoris. Item collaterales,sed hi tantum vsque ad quartum gradum,vt docet Gomezius num. 15. Idem dicendum de affinibus. Aduerte tamen consanguineos,et affines Rei interdum admitti posse ad reum defendendum, eiusque innocentiam probandam; sic enim habet vsus teste Claro. quæst. 24. num. 12.

*cõsanguinei accusatoris repelluntur a testimonio.*

Domesticus, & infamis a testimonio repelluntur.

Quinto domesticus ipsius producentis.

Sexto infamis infamia iuris, qualis est omnis qui de aliqno crimine est damnatus, vt periurus, vel qui de hæresi suspectus abiurauit, qui de furto fuit conuictus, aut de crimine pessimo; Apostatæ à Religione, qui aliàs in iudicio falsum dixerunt, qui nullo modo, tamquam periuri audiri possunt, malefici, falsarij litterarum, manus, aut sigilli superiorum, & qui condemnati fuerint, tamquam infamatores. Infamis autem infamia facti, etiam regulariter repellitur, potest, tamen interdum admitti in subsidium, quando aliter veritas cognosci nequit, sed cum tortura, vt docet Clarus, d. quæst. 24. num. 13. vers. Item infamis.

Clarus.

Socius criminis nõ potest esse testis.

Septimo socius criminis. l. final. C. de accusationibus, & cap. veniens. 1. de testibus. Ratio est, quia hic facile alium nominabit, vel quia illius priuilegio veniam sperat, vel quia odio cupit illum eodem supplicio perire, vt habetur. l. finali dicta. vide Nauar. l. 5. cons. tit. de accusat. cons. 3. num. 2. & consil. 5. num. 2. In criminibus tamen exceptis, admittitur socius, vt idoneus testis, vt in hæresi, crimine læsæ maiestatis, falsæ monetæ, maleficio, seu sortilegio, sodomia, & furto famoso. Addit Gomezius. num. 16. idem dicendum in delictis, quæ non possunt sine socio committi. Itaque in huiusmodi, depositio socij, non solum erit sufficiens indicium ad torturam, sed etiam erit semiplena probatio, & accedente alio socio, qui idem deponat, erit plena probatio, & poterit reus condemnari, vt docet Cynus in l. vlt. C. de accusat. & Panormit. in cap. 1. de confessis. Debet tamẽ hęc depositio fieri tãquã; à teste, nepe cum iuramento, & citata parte, cui etiam danda est copia depositionis, vt posit se defendere.

Gomezi.

Cynus.

Panor.

Persona

Octauo, persona vilis, & inops, de qua suspicio est

est facile posse pecunia corrumpi, secus si sit honesta. vide le.3. & 4. ff. de test. vbi fere hæc omnia habentur. & Syl. test. 5. qu. 1. Quis autem dicatur pauper statur iudicis arbitrio.

vilis, & inopea testimonio repellitur syluestr.

Nono repelluntur conspiratores; dicuntur autem conspiratores, qui ex pacto conuenerunt, vt vnus accuset, seu denunciet, & reliqui sint testes, quorum accusatio, & testimonium non solum admittenda non sunt, sed etiam Prælatus tamquã impostores, & Reipubl. perturbatores grauiter punire debet.

Cõspiratores testes esse nequeunt.

Decimo repelluntur in suo dicto varij, & inconstantes. Pro cuius intellectu obser. est primo, quod quando testis in vno falsum dicit, eius depositio tota vitiatur, ita vt nullam faciat fidem; vt notat Alexand. in l. si ex falsis. nu 13. C. de transact. quia iuramentum est indiuisibile, ac proinde vbi testis est in vno suspectus, totum eius testimonium redditur suspectum; & quando eius dictum in vno reprobatur, non creditur ei neque in alijs vt tradit Clarus. quæstio. 53. vers. sed quære. Et hoc intelligitur, quando testis falsum deposuit circa factum principale, vel qualitates substantiales; secus autem si circa alia extrinseca, & accessoria.

Varij, & inconstantes non ferunt testimonium. Alexand.

Clarus.

Secundo obseru. est, quod quando testis vnum dicit primo extra iudicium, deinde in iudicio contrarium deponit, standum est secundæ depositioni. Verum si id, quod dixit extra iudicium, fuit cum iuramento assertum, & deinde cõtrarium etiam cum iuramento deposuit, etiam in iudicio, testis est repellendus, & de periurio condemnandus, ex quo reperitur positus inter duo iuramenta contraria, vt asserit Camerin. in suo Cons. matrimo. quod in practica obseruari se vidisse testatur Boss. in tit. de oppositionibus contra testes num. 3.

Camer. Boss.

Tertio obser. est, quod quando testis in uno iudicio deponit contrarium eius, quod deposuerat in alio iudicio, cum in hoc casu, vtrumque dictum sit iuratum, certum est, quod tanquam falsarius puniri debet; & ex quo apparet, quod in altero dicto est falsus, nō est ei adhibenda fides, neque in vna neque in alia causa. Et si aliquo pacto esset ei fides adhibenda, standum esset eius primo dicto iudiciali quia con ex primo dicto iudiciali iurato quæsitum sit ius parti non debet ei sine eius culpa illud auferri: debilitatur tamen primum dictum quo ad fidem probationis. ita Alciat. de presumptio in 2. regula. præsumpt. 29. num. 7. Dec. in cons. 184. & Boss. in loco supra citato.

Alciatus. Decius. Boss.

Quarto obser. est quod si testis in primo iudicio dixerit se nihil scire, & deinde in secundo iudicio deponit de ueritate facti, nihil probat, vt inquit Clarus in d. quest. 53. vers. sed quid si testis.

Clarus.

Sed queritur, Quid agendum sit quando testis est sibi contrarius in eadem depositione. Dico, quod si testis contraria de posuit in eodem examine sine iusta correctionis causa, est omnino repellendus, vt inquit Crotus de testibus num. 328. & sequent. & Alex. cons. 20. num. 3. lib. 4. si autem deponit contraria in diuersis examinibus, & secundo loco non dicit in specie, se in prima depositione errasse, si secundum dictum est compatibile primo debet quantum fieri potest ad concordiam reduci, sin autē repellendus est. Si uero secundo loco dicit, se velle suum primum dictum corrigere, si illud vult facere in continenti est admittendus. ca. præterea. ext. de testib. cogen & dicitur hoc esse in continenti, si fit antequam testis ipse alloquatur partem; si vero vult illud corrigere ex interuallo, non auditur, sed tamquam periurus, & falsarius puniri debet. & hoc

Crotus. Alex.

c onue-

conueniunt doctores; standum tamen est eius primæ depositioni. & hæc est communis opinio, vt inquit Clar. vbi supra.

Subdit tamen in vers. Ego etiam puto, quod in huiusmodi reuocationibus multum tribuendum est arbitrio iudicis, qui considerare poterit ex illis depositionibus contrarijs; quæ videatur magis veri similis, & cum qua concurrant plura adminicula, & illi adhęrere, præsentim vbi subesset aliqua species subornationis.

Verum etiam scias in hac materia, quod si testis primo loco deposuit per verbum credo, & secundo loco deponit per verbum assertium veritatis, eo casu semper standum est in secundo dicto, ita inquit Gloss. in l. de tutela, in ver. probata. C. de in integ. rest. mino. quæ communiter approbatur, vt inquit Clarus. in d. qu. 53. vers. vnum etiam volo.

Sed quæritur aliud dubium scitu necessarium. Quid si plures testes inter se dissenserint? D. Tho. & refert. Sot. lib. 5. de Iust. & iur. quæst. 7. art. 2. constituit hanc regulam (& quidem prudenter) Si testes Actoris, & testes rei, ab inuicem fuerint discrepantes, tunc cæteris paribus standum est pro reo: quoniam cum melior sit conditio possidentis, Iudex propensior esse debet ad absoluẽdum, quam ad condemnandum; nisi testis pro actore faciens, aliqua magna auctoritate, dignitate & probitate emineret. Si vero testes eiusdem partis inter se dissenserint, & pariter testes alterius inter se; tunc iudex vtri partium assentiri debeat, ex multis potest perpendere, vel ex numero testium, vel ex dignitate, vel ex fauore causæ, aut si operatur de libertate alicuius, vel de alijs negotiorum qualitatibus. Hæc S. Thom. quæ. ante ipsum etiam docuit. Alex de Ales. 3. p. tract. de Iudic. D. Thom. Sotus.

Et quando testes sunt contrarij, creditur testibus verisimiliora, & aptiora deponentibus, vt per Cepol. Consil. 1. & Consil. 62. & alios, & de hac materia vide Alexand. de Ales. vbi supra, & D. Anton. 3. p. t. 9. cap. 11. §. 2. At vero quando testes in aliquibus discrapant circumstantijs, quę ad substantiam causæ paruum afferunt momentum; tunc inquit. S. Thom. & Sotus vbi supra, quod non ideo testimonium inficiatur, vt puta si vnus dicat comisisse vna hora veluti hora. 3. & alius dicat hora. 4. vel quod tempus erat obnubilum, & alius, quod erat subclarum aut quod domus erat depicta, aut secus quia ad has circumstantias non solent homines esse attenti.

Cepolla. Alexand. de Ales. D. Anton.

Nam secus, esset si testes discreparent in substantia actus, vt quia vnus dicit, quod percussit alapa, & alius quod percussit fuste, vel in loco, aut tempore, quę sunt proxima actionum, quia vnus dixit, quod fuit mane, aut domi, & alius, quod fuit sero, aut in agro. Tunc enim aut testimonium refutatur, aut non satisfacere ad sententiam censetur, quando quidem iudicantur, vt testes singulares, hoc est de diuersis actibus loqui, maxime sit assertiue loquantur, tamquam de rebus certis: nam si vnus dicat se non meminisse, non vsque adeo inficiatur eius testimonium.

A

Testis nó idoneus facit indicium,

His ita dispositis, pro ampliori supradictorum notitia, obser. est primo, quod, & si testis minus idoneus non probet semiplene, facit tamen aliquod indicium, quod cum alijs coniuctum sufficit ad torturam nisi repellatur ob subiectionem, vel reuerentiam quam debet accusatori, si sit seruus, vel libertus, vel filius; tunc enim nullum facit indicium, similiter si ob inimicitiam. Denique si reppallatur, eo quod sit recemptus ante litem contestatam, vel parte non citata, hoc enim

enim casu attestationes non valent, vt habetur cap. Quoniam, ut lite non contestata non procedatur præterquam in casibus ibidem, & in Glossa exceptis. Quidam tamen dicunt testes minus idoneos, non facere vllum indicium, si tempore depositionis pars opposuit exceptionem inhabilitatis, idque approbat Gomez. num. 20. sed non puto receptum in praxi.

Secundo obser.est, Testes minus idoneos admitti tamquam idoneos, quando delictum commissum est eo loco, vel tempore, vbi copia testium haberi nequit, ut nocturno in campo, sylua, cubiculo, monte, vel nocturno tempore, ut patet.c.fin.de test. Itẽ si alter testis sit valde dignus, fides põnt supplere defectum, qui est in altero minus idoneo, ita vt simul efficiant plenã probationẽ, vt tenet Bald.in l. si quis ex Argẽtarijs.§.1.ff.de ede.& alij doct.ibid. — Testes nõ idonei interdum admittũtur, vt idonei. — Baldus.

Tertio obseru.est, quod testes in habiles possunt, & debent admitti in criminalibus ad defensionem rei. vt post alios docet Clarus. quest. 24. versic. Item scias, qui attestatur hanc esse communem opinionem. Quod tamen intelligit, vt non probent plene, sed, vt deinde inspecta facti, & personarum qualitate Iudici ipsius Regionis relinquatur, quanta sit eis fides adhibenda. — Testes inhabiles admittuntur ad defensionẽ rei. Clarus.

Quarto obseru. est, quod in rebus difficilis probationis, quando ueritas delicti aliter haberi non potest, admittuntur testes in habiles, ne delicta probationis defectu, remaneat impunita. Et est regula, quod quando ex natura facti alij testes haberi non possunt, admittuntur testes, qui alias prohibentur, vt tradit Dec. cons. 342. num. 9. qui inquit hanc esse communem opinionem. Clar.d.quæst. 24. Vers. sciendum est tamen. Et Carerius in pract.fol, mihi.63.nu.49. qui — Testes inhabiles admittuntur in rebus difficilis probationis. — Decius. Clarus, Carerius.

qui plures alios referunt. Quoniam in his, quæ sunt difficilis probationis, admittuntur probationes minus legitimæ, coniecturæ, & præsumptiones, & tales probationes dicuntur claræ, & legitimæ. Alexan. consf. 24. & consf. 69. in 2. volum. Carrer. late loco supra proxime citato, numero 32. Quod tamen intelligitur, quando res, & factum de sui natura actu, & habitu esset talis, quod per alios testes, quam inhabiles probari non posset; ita quod verisimiliter alij testes adesse non possent, vt inquit Anton. de Butr. in cap. 3. extra de probat. & Naua. in Manual. cap. 25. num. 50. Nam vbi de natura actus, potuissent regulariter adesse testes habiles; si non interfuerunt, non propter hoc inhabiles, qui interfuerunt, admitti debent, exempla possent facile adduci, quæ breuitati studens omitto.

Alex.

Ant. de Butr.
Nauar.

B

Quinto obser. est, quod apud nos fratres minores, non sunt omnes, & singulæ supra commemoratæ conditiones necessariæ. Cum enim huiusmodi inhabilitates, sint vt plurimum inductæ a Iure Ciuili, & Canonico, sicque sint iuris solemnitates, & huiusmodi iuris apices, & solemnitates in puniendis fratrum excessibus, non sint obseruandæ, vt supradictum est in cap. 2. Et ne huiusmodi priuilegium aditum maiorem, vt aiunt, præbeat admittendi crimina; id totum iudicis arbitrio erit delinquendum, vt in simili inquit Panorm. in cap. de cętero, extra de testibus; & maxime cum S. Antonin. & Syluestr. vt dictum fuit supra, dict. cap. 2. velint, quod Prælati possint admittere testes alias inhabiles. Quod tamen existimo verum, quoad informationes assumendas, & interrogandum reum, secus autem quo ad ipsum reum torquendum, vel etiam condemnandum; & certe si in religione nostra admitterentur huiusmodi testium inhabilitates,

Quid iudices Regulares obseruare debeant circa testium qualitates.

Panorm.
D. Anton.
Syluestr.

tes,

tes, maxime mulierum, & laicorum, infinita fere fratrum crimina remanerent impunita: imo animum sumerent quamplurimi fratres perpetrandi multa crimina, præsertim carnalia, & inhonesta, in grauissimam perniciem, tum religionis, cum animarum ipsorum fratrum.

## ADDITIONES.

a. Eius testimonium. *Adde quod a ferendo testimonio repellitur etiam mente captus, ac furiosus nisi habeat lucida interualla, ita Syluestr. in verbo testis, versic. dicitur. Item repellitur laicus contra clericum. Nam qui non est clericus, & tale patitur corporis vitium, quod à promotione, & sacerdotio repellat, non potest esse testis in criminalibus contra clericum, cap. de cætero, extra de testib. tradit Bernard. Diaz, in practica crimin. canon. cap. 120. & late Clarus quæst. 24. versic. præterea quæro; vbi inquit hanc esse communem opinionem. Sed fallit in crimine notorio per textum, quem ad hoc inquit Abb. optimum esse in cap. penult. extra de purgat. canon. Bernardus Diaz, vbi supra. Item fallit in criminibus exceptis, scilicet symoniæ, hæresis, & læsæ maiestatis. ita notat Glossa in cap. cum B, in vers. laicus ext. de accusat. & Diaz, ubi supra.* Syluestr. Diaz. Clarus. Abbas. Diaz.

b. Gratia breuitatis omitto. *Facit ad hoc id, quod tradit Abb. in cap. de cætero, extra de testibus, qui inquit, quod quando delictum, de quo clericus accusatur commissum est in loco, in quo non essent clerici, tunc laici possunt esse testes contra clericum. sequitur Iason, in l. fin. in fine, C. de his quib. ut indignis. Hippol. de Marsil. in l. Diuus, col. 3. ad finem, num. 9. ff. de quæstion. ubi multa ponit in proposito, & in singulari 73. Alexan. cons. 64. numero 5. libro 1. Decius* Abb. Iaf. Hippolit. Alexand. Decius.

*cons.*

Lopez. *cons. 133. colum. ult. cum alijs adductis per Ignatium Lopez in addit. ad pract. crim. canon. Bernard. Diaz, cap. 129. in uers. in subsidium.*

## *De numero Testium.* *Cap.* II.

Duo testes legitimi sufficiunt in causis criminaib.

QVando per testes in causis criminalibus veritas inquiritur, requiruntur, & sufficiunt duo testes legitimi, fide digni, & omni exceptione maiores. est communis sententia DD. vtriusque iuris, & Theologorum, & colligitur ex l. vbi numerus, ff. de testib. & cap. licet vniuersis. de testib. & cap. cum esses. de testam.

De iure gētiū est, quod duo testes requirantur ad cōdemnandum reum.

Duos requiri, ita vt vnus non sufficiat ad condemnādum, iure gentiū receptum est. Facile enim vnus peruerti posset. Duos autem peruertere, & efficere, vt conformiter loquatur, nec vsquam se falsitas prodat, est valde difficile. Nec obstat, quod quidam dicant, id esse iuris naturæ: quia ius gentium passim vocatur ius naturæ, eo quod ratio naturalis omnes gentes id docuit. Proprie tamen loquendo, non est vniuersim iuris naturæ. Posset enim Respubl. Principi sapienti, & iusto dare potestatem condemnandi ex propria scientia cum vno teste, vel etiam sine teste: imo probabile est, Principem in quibusdam casibus hanc potestatem habere, vt nonnulli tradunt. Credo tamen Rempub. non posse dare potestatem Principi, vt etiam quam eo ipso, quod alia ratione non est certus de crimine, ex dicto vnius testis condemnare possit, quia non habetur sufficiens certitudo ex vno teste ad pœnā mortis, vel mutilationis inferendam, nisi forte testis sit summæ authoritatis, & fidei, & hac ratione est propriè iuris naturæ, vt sint duo testes, idest non pauciores quam duo.

Duos.

Duos sufficere similiter est iuris gentium: non quod ius gentium præcipiat, vt duo sufficiant; sed quia non plures requirit, sed permittit reum ex duobus testibus condemnari. Hinc tamen non obstat, quin Ius Ciuile, vel Canonicum in aliqua causa possit plures requirere. Sic Iure Canonico ad condemnãdum Epis. Card. requiruntur 72. testes, ad Presb. Card. 64. ad Diaz. Card. 27. ad reliquos clericos septem, vt patet cap. Præsul. 2. q. 5. ex Syluestro Papa. Ratio est, tum quia isti apud multos, sæpe sunt in magna inuidia, eo quod alios corripere debeant. Tum quia ex eorum damnatione multum detrahitur existimationis, & reuerentiæ, quæ debetur ministris Ecclesiæ.

Duos testes sufficere est etiam de iure gentium.

Notat tamen Clarus, q. 66. hunc numerum testium in praxi non seruari. Sic etiam Iure Ciuili in testamentis clausis requiruntur septem testes, in apertis quinque, in codicillis quinque, in criminalibus tamen hoc iure sufficiunt duo: quia in testamẽtis plures sunt insidiatores, & testator mortuus non potest suam mentem interpretari.

Clarus.

Sed petes primo, vtrum Iure Diuino positiuo etiam hic numerus testium sit definitus. Respondeo in lege veteri ita definitum fuisse, vt patet Deuteron. 17. In ore duorum, aut trium testium peribit, qui interficietur; nemo occidatur vno contra se dicente testimonium, & cap. 19. Non stabit vnus testis contra aliquem, quicquid ille peccati, & facinoris fecerit; sed in ore duorũ, aut trium testium stabit omne verbum.

An iure diuino positiuo sit numerus testium definitus.

In noua tamen lege hoc ius non obligat, nisi quatenus cõtinet id, quod est iuris naturæ; quia omnia præcepta iudicialia legis veteris, qua parte continent ius positiuũ cessarũt per mortem Christi. Nec obstat illud Matth. 18. Vbi Dominus iubet fratrẽ

pec-

peccantem corripi coram vno, vel duobus testibus, & inquit, vt in ore duorum, vel trium testium stet omne verbum. Solum enim vult ostendere, id esse consentaneam legi veteri, & rationi naturali, optime enim proterit per duos, vel tres testes conuinci; si neget se male fecisse.

Secundo petes, vtrum duo testes requirantur præter Accusatorem?

An duo testes requiruntur præter accusatorem.

Respondeo Iure Ciuili, & Cano. duos testes re-requiri præter accusatoram, vel id, quod uicem accusatoris supplet, vt patet ex dictis. Quia iudex non potest procedere sine accusatore, vero, vel ficto. Puto tamẽ id neque Iure Naturalis, neq̃ Iure Diuino positiuo: neque Iure gẽtiũ esse necessarium. Non iure naturali, aut gẽtiũ, quia accusator non requiritur, vt ipse ex se adferat vlam probationem, vel cõfirmationẽ delicti, sed solum, vt excitet, & quodammodo cogat iudicem ad causam cognoscendam, quã ipse illi probat tantummodo per testes. Itaque tota cognitio, & certitudo criminis cõmissi est ex testibus; atqui iure naturæ non requiritur, vt iudex aliũde excitetur ad causæ cognitionẽ, sed hoc cõstitutũ est iure positiuo ad coercendam malignitatem qua alioquin Iudices vti possent, si sponte sua, vel relatione alicui⁹ priuati extra iudicialiter facta, possent causa inchoare, nulla infamia præcedente.

Deinde quando crimen est manifestum, & author omnino occultus, si accendat duo testes, potest condemnari, & tamẽ nullus hic est, qui eũ in particulari accuset, nisi forte fiscalis, qui tamen non sit aliunde, quam ex illis duobus testibus. Quod enim crimen notorium dicarur vicem accusatoris supplere, eatenus tantum verum est, quod instar accusatoris excitet Iudicem, vr procedat ex officio.

Nec etiam Iure Diuino requiritur accusator

à teste

à teste distinctus quia Deut.17.& 19. solum requiruntur duo testes, vt quis possit condemnari ad mortem; & Math.18. Is qui corripit fratrem, & postea illum denunciat ecclesiæ, vocatur testis, vt patet ex verbis Domini cum ait. Corripe eum inter te, & ipsum solum, si te non audierit adhibe tecum adhuc vnum, aut duos, vt in ore duorum, uel trium testium stet omne verbum. Si enim vnum adhibes iam estis duo testes, & si duos, estis tres. Ipse ergo, qui accusat, vel denũciat, testis est; si deponat eo modo; quo testis debet, & satis est vnũ huic accedere. Vnde patet Iure Diuino nõ fuisse necessarios duos testes præter accusatorem; vel denunciatorem, sed vnum fuisse satis, si ipse, vt testis poterat deponere.

Dico secundo. Vt duo testes plene probet requiritur primo, vt deponant iurati. secundo de eodem facto. tertio, quod sensu externo illud perceperint, v.g. quod viderint occidentem, furantem, audiuerint blasphemantem. quarto, vt sint omni exceptione maiores.

Vt testes plene probent quid requiratur.

Primum, vt sint iurati. patet cap. Nuper de testibus, vbi Honorius. 3. ait, Nullis testimonio, quantumuis religiosus existat, nisi iuratus deposuerit, in alterius præiudicium debet credi. Idem patet. cap. Tuis quæstio. eodem tit. Vbi Panorm. ait. Nec episcopo quidem, vt testi, credi in alterius præiudicium, nisi iurato. Ratio est, quia absque iuramento facilius est mentiri, quam cum iuramento: diuini enim numinis reuerentia prohibet mentiri iuratum. debet autem veritas in iudicijs certissimo modo inuestigari. Porrò iurare debet se dicturum totam veritatem, quam in causa præsenti nouit nulla falsitate adiecta, vt patet. capito. Hortamur. 3. quæst. 9.

Secundum, vt de eodem facto, patet; quia alioquin

Testes quãdo sunt contestes

quia non erunt contestes, sed testes singulares, quorum alter alterius dictum non confirmat, sed vterque suum tantum, & sic erit tantum probatio per vnum testem, vnde debent conuenire tempore, loco, & delicti specie: nam ex diuerso tempore, & loco colligitur non esse idem factum, de quo deponunt. si tamen alter exprimat certum diem; alter dicat, se non meminisse diei, valet. Secus tamen si alium diem exprimeret: tūc enim putaretur aliud factum, nisi ipsum sit tale, quod non possit bis fieri. Vnde sequitur, Si vnus testis deponat de vna propositione hæretica asserta à reo, & alius de alia, nō plene probari, hunc esse hæreticum: quia neutra hæresis est plene probata: Sicut enim nemo potest plene probari esse homicida, aut adulter, aut fur, aut sacrilegus, nisi vnum idemque factum externum per duos testes probetur: ita etiam nemo potest probari hæreticus: nisi vna, eademque hæresis asserta per duos testes probetur. Quare fallitur Gomezius. & Iurisperiti, quos ipse citat. cap. 12. num. 12. contrarium absque firma ratione, vel textu tenentes. Nam quod ipsi dicunt hæresim, continere multas species, ac proinde si vnus testis deponat de vna heresi, & alius de alia plene, probari delictum in genere, quod ex speciebus resultat; Idem dici potest de furto, & reliquis delictis, continent enim multas species, seu facta, ex quibus resultat aliquem esse furem. Fatendum tamen est, huiusmodi probationem esse plusquam semiplenam: nam vtraque est semiplena; sed quia sunt de factis diuersis, non possunt vnam plenam conficere. Altera tamen alteri addit nouum indicium, seu suspicionem. Quod si duo de eadem hæresi deponant, & solum in tempore discrepent plene probant, quia in substantia delicti conueniunt, & quamuis

non

non sit idem numero actus; tamen quia est idem numero significatum habetur pro eodẽ actu, imo discrepãtia temporis interdum facit ad maiorem fidem.

A

Testes itaque singulares non probant, præsertim in criminalibus, vt tradit Sotus lib. 5. de iust. & iure, quæst. 7. art. 2. & Clarus q. 53. vers. dixi etiam, vbi inquit, quod non probant ad condemnationẽ; quia non sufficiunt ad plenam probationem, sed solummodo faciunt indicium ad torturam. Cæterum placuit hic ex industria doctrinam quandam circa hos testes singulares notatu dignam, ex Caiet. 2 2. quæst. 70. art. 2. apponere, quæ est talis. Distinctio illa de testibus, qui sunt singulares, vel contestes, regulariter habet locum, vt per singulares nullus damnatur: quia tamen multi singulares testes in factis iterabilibus, violentam suspicionem inducunt, vt si vnus vidit aliquem committere vnum furtum, & alius vidit eundem committere aliud furtum, & sint testes omni exceptione maiores inter religiosos: quando quis existimatur aliàs tali vitio inuolutus; aut numerus multus talium testiũ concurrat, si artatus non confitetur. inueniri videtur quandoq; subsecuta condemnatio multorũ patrũ consilio fulta. Et licet hoc non sit secundũ iuris rigorẽ: vbi tamen absque tormẽtis proceditur, non tam ad puniendum, quam ad salutẽ animæ, & regularis obseruantię fauorem, tolerabile videtur, vt hæc probabilitas sufficiat ad certitudinem inter eos, qui mortui sunt mundo. Quia tamen reus non potest ad huiusmodi sententiam tollerãdam cogi, deberet ex huiusmodi indicijs, per tormenta (religiosa tamen) veritas exquiri, vt sententia non feratur, nisi cõtra confessum, vel conuictũ iuxta sacros Canones, 3. q. 1. c. Nos in quemquam. Hæc Caiet.

Testes singulares non probant. Sotus. Clarus.

Caiet.

Sotus. quem sequitur Sotus lib. 5. de Iust. & Iur. quæstio. 7. art. 2. Vnum tamen circa huiusmodi testes singulares est valde obseruandum, scilicet, quod quando numerus aliquis testium singularium fide dignorum, puta quinque, vel sex conueniunt in deponendo actus quidé numero distinctos, sed tamen eiusdem speciei, vt diuersas sollicitationes, diuersas subornationes, cum huiusmodi saltem in genere probent denunciatum tali vitio deditum, testes prædicti singulares, possunt prælato sufficere ad excipiendum a dignitaribus; Guardianatus, Definitoratus, Prouincialatus &c. Et hæc est doctrina communis, vt inquit Clarus, quæsti. 53. versic. sed quid si agatur.

Testes debent esse certi de delicto p ensum externũ ad hoc quod probent. B

Tertium est, vt sensu externo preceperint. l. solam. C. de testibus, vbi Glossa, & communiter Doctores, & cap. si Testam. §. solam. 3. quæst. Ratio est, quia non possunt esse certi, ex facto externo, nisi per aliquem sensum, vnde si solum ab alijs audiuerint, non probant plene, sed solum faciunt indicium ad inquirendum ab illis.

Quartum est, vt sit omni exceptione maior. qui sint autem testes omni exceptione maiores, dictum est illos esse, quibus nulla obstat sexceptio, quique nulla exceptione reijci possunt, vt etiam dicit Glossa in cap. 1. extra de consang. & affinit. & in dubio testes præsumuntur integri, & omni exceptione maiores, si nihil contra eos fuerit oppositum, vt tradit Curtius in cons. 56.

In dubio testes præsumuntur integri, & idonei. Curtius.

## ADDITIONES.

a. FAcit ad maiorem fidem. *Hæc superius dicta de plano procedunt, quando agitur de probando aliquo delicto in specie: nam eo casu debent esse contestes,*

vt

vt sufficiant ad condemnationem; sed dubium est, quando agitur, de probando aliquo delicto in genere, puta aliquem esse hæreticum, vsurarium, Adulterum, Blasfematorem, vel huiusmodi; numquid testes singulares, qui deponunt vnusquisque eorum de diuersis actibus sufficiant ad concludendum probationem? Nam aliqui crediderunt, quod sic, vt refer Alexand. cons. 13. num. 27. lib. 7. qui inquit hanc esse communem opinionem; & refert Clarus quæst. 53. vers. sed quid si agatur. Alij autem tenuerunt totum oppositum quos refert Clarus loco supra allegato, quorum non nulli asserunt, & hanc esse communem opinionem. In hac difficultate ipse Clarus inquit, quod sæpe cogitauit, quis esset sensus Doctorum ita loquentium de probando delicto in specie, vel de probando delicto in genere. Et credit secundum eos, quod tunc dicatur agi de probando delicto in specie, quando tractatur de puniendo aliquem criminaliter & hoc casu inquit esse veriorem secundam opinionem quod scilicet testes singulares non probant aliquem esse adulterum, vsurarium, hæreticum, & huiusmodi, ita vt puniantur tamquam tales, & subdit, quod ita vidit semper obseruari: quinimo, & in hæresi talem esse vsum inquisitorum, intantum, quod nec testes singulares sufficerent cum fama ad probandam heresi. Et allegat Doctores dicentes hanc esse communem opinionem. Tunc uerò agi dicatur de probando delicto in genere; quãdo agitur non de pæna infligenda, sed ad alium finem puta excipiendo de aliquo crimine ad diminuendam fidem testi, excipiendo de adulterio ad priuationem dotis, uel apud nos Regulares excipiendo de aliquo delicto ad exclusionem Guardianatus, Prouincialatus, uel alterius dignitatis, & hoc casu forte procedi posset prima opinio. Bene uerum est inquit Clarus quod isti testes singulares multum faciunt ad aggrauandum

Alexan.

Clarus.

Quid sit probare delictum in specie, & in genere.

uandum Reum, contra quem deponunt, ut arctius torqueatus, & seuerius puniatur.

Sotus. Addo etiam quod inquit Sotus. lib. 1. de iustit. & iur. quæst. 7. art. 2. prope finem post Caiet. quod licet testes singulares singulariter non probent; attamen quando fuerunt de multiplicatis ab eadem persona eisdem actibus; non debilem faciunt fidem in Religionibus, vbi sincera, & plena debet esse cognitio criminum vtsi vnus testis attestetur talem fratrē commisisse vnum furtum, atque alius attestetur eumdem commisisse aliud. Tunc enim licet de iure non esset illis fides adhibenda; tamen in Religionibus possunt haberi pro indicijs, vt procederetur ad aliquam inquisitionem, & ad interrogandum Reum ipsum, etiam cum genere aliquo leuis tormenti. Hoc dictum Soto nullam habet difficultatem per ea, quæ dicentur infra de probatione indiciorum, et in cap. de tortura.

b. Ad inquirendum ab illis. Adde circa hanc materiā, quod testis siue iuratus siue nō iuratus, qui in iudicio uerum esse affirmat, quod scit esse falsum, aut dubitat esse verum, & testificatur tamquam verum, aut tacet verum in notabile alterius partis damnum, peccat mortaliter, & tenetur restituere damnum, vt Nauar. tradit Nauar. in Manu. cap. 25. num. 40. iuxta mentem D. Thomæ. 2. 2. q. 70. art. 4. communiter recepti quia Deum, Iudicem, & proximum offendit. cap. 1. ex de Crimine fal. Et quamuis timor iustus excusare possit aliquem à non testificando, non tamen excusare potest a testificando falsè. arg. cap. nequis. 22. quæ. 2. Vbi dicitur, quod aliud est falsum dicere, aliud autem verum tacere: & quamuis aliquando liceat verum tacere, ac veritatem occultare, nūmquam tamen licet falsum dicere, nec pro ista temporali vita seruanda. Dixi quod scit esse falsum: quia si mediocris diligentiam in reuocanda ad memoria veritate adhibita fue

rit, non peccat saltem mortaliter iuxta mentem eiusdem D. Thomę optime per Caiet. declaratam. d. art. 4. Sed si nouerit errasse debet suum dictum reuocare, si reuocatio prodesse possit: potest autem prodeße si statim post attestationem se corrigat. cap. pręterea ext. de test. cogen. & etiam ex interuallo antequam sententia proferatur saltem debilitandum suum primum dictum: iuxta Innoc. ab omnibus receptum in d. cap. pręterea adeoque desinet esse integer testes, ut per Nauar. vbi supra. Quinimo interdum secundo, & non primo dicto, vel testimonio credetur. quando scilicet consideratis circumstantijs personarum causę, & temporis Iudici uideretur non reuocare suum dictum per subornationem, sed titulo conscientię iuxta Hostiensem receptum per Panormitanum, & alios in d. cap. pręterea. Sed si per magnam negligentiam, uel defectum saltem mediocris considerationis dicat falsum mortaliter peccat cum obligatione restituendi iuxta S. Thom. vbi supra. & Diuus Anton. 2. p. tit. 1. cap. 19 §. 7. Hæc Nauar. ubi supra. Et qui testatur uerum, quod credit esse falsum peccat mortaliter, sed sine obligatione restituendi: quia quamuis nocere uelit, non tamen nocet. ita Nauar. ibi supra num. 42.

D. Thom. Caiet. Innocen. Hostiens. D. Anto. Nauar.

## De Testuim examine. Cap. III.

IN testibus examinandis illud in primis obseruandum est quod prout sunt distincta capita, vel articuli maleficij super singula examinentur, atque ut ipsorum testium ueritas, & falsitas deprehendi possit, erunt examinandi super infrascriptis circumstantijs, Quis, Cui, cur, quando, ubi, quibus auxilijs, atque socijs. & cætera huiusmodi, quæ admisso crimine summopere adiacent; scimus enim quod

Quid obseruare debent iudices in examinandis testibus.

ex locorũ variatione frequẽtius testium mendaciũ comprehenditur, sicut etiam ex diuersi loci ratione, quemadmodum in Daniele legimus.

Sed priusquam hæc omnia explicentur. videndum est primo. An semper teneatur quis testari, vel denunciare iudice præcipiente, vel iuramentum deferente. Respondeo, & dico primo, subditus tenetur denunciare, & testari posito precepto iudicis, primo si author laborat infamia delicti. Secũdo si nulla quidem laboret infamia, tamen ab eo impẽdet damnum bono publico in futurum, quod alia ratione, quam per Iudicem auerti nequit, hoc casu etiam absque præcepto Iudicis obligatur. Tertio si graue malum impendat alicui priuato, quod aliter nequeat impediri: nam tunc etiam charitas obligat ad denunciandum, vel testandum. In his tribus euentis Iudex habet authoritatem præcipiendi denunciationem, & testificationem, vnde si preceperit sub pœna excommunicationis latæ sententiæ, qui non obedierit incurret censuram: quia tenebatur obedire, vt recte docet Nauar. cap. 17. num. 34. & 35. & cap. 25. num. 46 47.

*Testes an teneatur testari iudice præcipiente.*

*Nauar.*

Quarto si de authore delicti, est semiplene probatum, si enim vnquam testem cogere potest, certe tunc potest, vnde delato iuramento tenetur testis iurare de ueritate dicenda. Confirmatur, quia delictum iam incipit esse publicum, non minus, quam per infamiam, ergo si posita infamia rei, tenetur testari, etiam tenetur posita semiplena probatione cessat enim ratio, cur possit excusari, nempe infamatio rei de crimine occulto.

Quinto si procedatur via accusationis, vt delictum plene probari possit, testis citatus tenetur testari, colligitur ex. l. Inuitus priore, & posteriore. ff. de testibus, vbi dicitur. Qui tam

non

non possint compelli ad testandum inuiti, unde a contrario sensu colligitur, cæteros posse inuitos compelli, inter quos etiam est iste. Probatur; Nisi hoc casu testis possit cogi, nemo auderet accusare; quia non potest probare nolente teste, & sic videretur Calumniator; hoc autem redundaret in damnum publicum. Adde quando quis accusaui, vel denunciauit, eo quod in conscientia ad hoc obligaretur, tunc testis tenetur sponte se offerre in testem, vt docet Nauar. cap. 25. num. 47. quod intellige, si videt suum testimonium esse necessariũ. Nauar. A

Dico secundo, multis tamen casibus non teneris denuntiare, vel testari; primo si nosti ex confessione sacramentali, imo tunc nulla ratione potes, etiam si inde Reipubl. salus penderet, vt communiter Doctores tradunt.

Secundo, si tibi sub secreto patefacto, est consilij, vel auxilij petendi causa ad salutem animæ, vel corporis miseri delinquentis; vt si sis medicus, aduocatus, obstetrix; tunc enim non potes denuntiare, nec testimonio tuo confirmare, etiam si de anthore esset infamia, uel semiplena probatio. Ita Corduba lib. 1. qq. q. 42 dub. 2. Nauar. cap. 25. num. 46. Petrus Nauarra li. 2. cap. 4. nu. 222. qui multos citat pro hac sententia: qui tamen id non docent in euentu infamiæ, & semiplenæ probationis. ratio est quia non debet misero homini obesse, quod consilij, vel auxilijs petendi causa se alteri bona fide patefecerit, alioquin peccatores a cõsilio petendo auerterentur, unde multa mala sequi possent. Ant. de Corduba. Nauar. Petrus a Nauar.

Dices iudex habet ius inquirendi dum est infamia, vel semiplena probatio, ergo qui nouit tenetur patefacere, etiam si sub iuramẽto promiserit seruare secretum: tua enim promissio, & tuum iuramentum nõ potest iuris Iudicis præiudicare. ob hoc argu-

Sotus. mentum Sotus de secr.m.2. quæst. 7. concl. 4. contrarium tenet. sed neganda est consequentia. Et si enim Iudex legitime inquirat, vt officio suo, & Reipubl. satisfaciat; Ego tamen qui sic cognoui non teneor, nec possum aperire ob rationem dictam; multo enim magis cedit in bonum publicum, vt huiusmodi sileantur, quam vt detegantur.

Aduerte tamen: si denunciatio, vel testificatio sit necessaria ad damnum aliquod publicam, vel priuatum auertẽdum, promissionem secreti, etiam iuramento firmatam, non obligare: quia nulum iuramentum promissorium cedens in damnum iniustum tertij obligat, ac proinde talis tenetur illud aperire, non secus ac si non promisisset.

Tertio, sit author non laborat infamia, nec timetur damnum in futurum, vt si speretur emendandus priuatis monitis, non teneris denuntiare, neque testari contra eum, quando proceditur per inquisitionem etiam si tu cum duobus vel tribus alijs scias. est fere cõmunis sententia DD. qui docent; Iudicem non posse tunc inquirere, vel si potest inquirere, id non esse ex eo, quod iurisdictionem habeat in authorem occultum criminis, sed vt satisfaciat Reipubl. quæ postulat, vt fiat diligens inquisitio, vt malefactores timeant, & compescantur, non tamen postulat, ut in hoc casu reuelentur. Ita Syluestr. inquisitio. 5. num. 7. & correptio. 5. num. 6. Petr. Nauar. lib. 2. cap 4. num. 168. Vnde, hic datur species quædam belli vtrinque iusti, dum Iudex iuste testem vrget, & testis iuste negat.

Syluestr. Petrus Na

Quarto, quãdo proceditur via accusationis, si testis videt rem probari non posse, eo quod ipse solus & accusator sciant, non tenetur testari: quia necessarium fuerit ad malum impediendũ. potest tamen testari si velit, & efficiet semiplenam probationem,

pote-

poteritque Iudex ex officio procedere contra reũ, eum subijciendo quæstionibus: nam generali consuetudine receptum est, vt nec accusatio impediat inquisitionem, nec inquisitio accusationem, vt hæc duo remedia possint simul concurrere in principio, medio, & fine totius causæ, & alterum alteri possit succedere, esseque adminiculo; vt docet Clarus.l.5.§.Pract.crimin.quæst.3.& Gomez.tom.3.cap.13. Clarus. Gomez.

Quinto quando Iudex quęrit, Quis acceperit, non tenetur subditus patefacere, eum, qui quod non posset aliter obtinere solutionem, accepit causa iuste compensationis, vt recte inquit Nauar.cap. 17.num.115.ratio est, quia præceptum superioris procedit ex presumptione alicuius iniustitiæ, quam subditus putat hic non subesse. Nauar.

Sexto, si ex denunciatione, vel ex testificatione aliquod notabile damnum mihi, meisuè immineret, non teneor: non enim hæc officia prestare tenemur cum nostro damno, nisi bonum publicum illud necessario postulet. Ita Nauar. cap. 25. num. 50. Couarru.qq.pract.cap.18. Nauarr. Couarr.

Septimo si cognoui ab ijs, qui fide non sunt digni, hoc enim perinde est, ac si nescirem vnde non teneor testari, aut denunciare vt recte Nauar.cap. 25.num.46. neque expedit reuelare eos, qui dixerunt, si fide digni non sunt, quia reus exponeretur periculo iniustæ infamiæ, & pœnæ. Iudex enim, qui nescit fidem eorũ suspectã, fortasse ei credet, & ex eorum testimonio pœnã infert. Si non possum probare, vt si noui solus, non teneor denunciare, etiam si superior præcipiat. Ita Nauar.cap.17.n.139. Quod intellige de denũtiatione, quæ fit tamquã Iudici, & ĩ ordine ad punitionẽ. Si tamẽ agatur de testãdo satis est me scire, qa testis nõ tenetur ꝓbare. Nauar. Nauar.

Obser-

Obseruandum est tamen, in omnibus casibus, in quibus non tenetur reuelare iuratus, non teneri etiam iuratum, modo iuramentum suum conuenienti modo intellexerit, nempe cum interna restrictione, quæ casum præsentem excludat, si dum præcepto iudicis iuras, te dicturum veritatem quam nosti, restringas mente, Quatenus iure teneor. Quando enim non tenetur testari iudice præcipiente, non potest iudex ei imponere obligationem, vt secundum mentem suam iuret, quare potest iurare alio sensu sibi commodo, neque vllum in eo committitur mendacium, vt multis exemplis ostendi posset. Cauere tamen debet, ne deprehensa veritate à Iudice putetur periurus & pęna falsi plectatur, quod si quis absque huiusmodi restrictione iurauerit, tenetur reuelare omnia, quæ absque peccato reuelare potest, vt iuramento satisfaciat. Et vsque modo locuti sumus, quando testis legitime, & secundum iura interrogatur; dicitur vero testis tunc legitime, & secundum ordinem iuris interrogari, quando iudex, qui præcepit est iudex competens, & contra illum, contra, quem deponit, adsit infamia, aut vnus testis, aut indicia, quæ faciant semiplenam probationem. Tunc enim interrogatus tenetur, quam scit veritatem palam confiteri. Doctrina est S. Thom. 2. 2. q. 69. art. 7. & q. 70. artic. 1. & ibi Caiet. quos refert, & sequitur Sotus de iust. & iure, lib. 5. q. 7. art. 1. & de secr. m. 2. q. 9. concl. 1. dub. 3. & q. 7. concl. 1.

Testis quã dodicatur legitime, & secũdũ iura interrogari.

D. Thom. Caiet. Sotus.

## ADDITIONES.

a. Videt suum testimonium esse necessarium. *Adde, quod quilibet testis, qui legitime, & secundum iura interrogatur tenetur quam scit veri-*

*tatem*

tatem palam confiteri ita docet D. Thom. 2.2. quæst. 70. art. 1. Sotus de iustit. & iure, lib. 5. quæst. 7. art. 1. & de ratione tegen. m. 2. & quæstione 7. in prima conclus. Et ratio est quia inter partes iustitiæ potissima est obedientia, quippe quæ pertinet ad iustitiam legalem. Obedientia vero est parere maioribus quoties iuste præcipiunt. ergo eodem iure quo prælatus interrogat veritatem, subditus astringitur illam confiteri, & si negat, vel cælat veritatem, peccat mortaliter, quoniam tam negare, quam cælare veritatem in iudicio ex genere suo est peccatum mortale, licet fiat sine iuramento. Et ratio est quia, vt inquit S. Thom. 2.2. quæst. 69. artic. 1. ad 3. Illud peccatum est contra iustitiam, & in re magni momenti, & per consequens est contra charitatem: quia negans veritatem in iudicio siue reus sit, siue testis sæpe iniuriã facit actori, vt puta quando proceditur per viam accusationis. Quia cum iuste petat vindictam iniuste diffamatur de calumnia per negationem accusati, & testis, & semper facit iniuriam bono publico, & communi, atque adeo iudici, qui habet ius inquirendi veritatem; imo iniuriam facit Deo, cuius est iudicium. Nam omnis potestas a Domino Deo est, & qui potestati resistit Dei ordinationi resistit, vt inquit Apost. Rom. 12. Vide Sotum loco supracitato de ratione tegen. in 2. conclusione.

D. Thom.
Sotus.
D. Thom.

Tunc autem dicitur testis interrogari legitime, & secundum ordinem iuris; quando iudex, qui præcipit, est iudex competens, & contra illum, contra quem deponit, adsit infamia, aut vnus testis, aut indicia, quæ faciant semiplenam probationem. Doctrina est S. Thom. 2.2. quæst. 69. art. 7. & ibi Caiet. quos refert, & sequitur Sotus de rat. tegen. m. 2. q. 6. in 1. concl. in 3. dub. in fine.

D. Thom.

Quæ quidem conclusio procedit etiam, si quis pro-

misisset amico tenere aliquod crimen secretum, & etiam iureiurando se astrinxisset: nam non obstante tali promissione secreti, & iuramento, tenetur quis secretum detegere, quando in iudicio iuridice interrogatur: alias peccat mortaliter: & ratio est, quia fides secreti, & iuramenti non habet vim obligandi contra ius; nec praeiudicium parat iudici, quin possit compellere subditos, quando fuerit necessarium. Et eadem ratione nulla fide, aut iuramento secreti obstante tenetur quicunque etiam iniussus reuelare secretum, quod est in praeiudicium Reipubl. aut tertiae personae, ut notat S. Thom. 2. 2. quaest. 7. artic. 1. ad 2. Sotus de iustit. & iure, libro 5. quaest. 7. artic. 1. & de ratione tegen. m. 2. quaest. 7. in 4. concl. Quod tamen uia secreti confessionis notum est, nulla prorsus de causa reuelare licet, quamquam sit in praeiudicium totius mundi; vt dicit Sotus, ubi supra, de ratione tegen. m. 3. quaest. ultima. Qui etiam inquit docendos esse litterarum ignaros; quod non cadunt sub sigillo confessionis, quae uulgo dicuntur in confessionem; sunt enim aliqui, qui ut arctius obligent ad secretum, signant se signo Crucis, & flectentes genua, dicunt se committere secretum in confessione, cum tamen ubi quis non confitetur omnia sua peccata cum intentione accusandi se, nullum est Sacramentum; nec aliter interueniet sigillum confessionis, ut illud secretum reuelare sit sacrilegium; quare ille ceremoniae non sunt admittenda. limita tamen hanc conclus. ut ueritatem habeat, quando testificatio est necessaria ad damnum aliquod publicum, uel priuatum auertendum, alias non, ut dicitur infra in hoc cap.

D. Thom.
Sotus.

An

### *An quando subditus dubitat iure ne interrogetur, an iniuria, teneatur obedire prælato interroganti. Cap. IV.*

TEstis, qui scit se non interrogari legitime, & secundum ordinem iuris; quia forte Iudex non est competens; aut si est suus competens iudex, scit non adesse infamiam, vel indicia, quia delictum est occultissimum, non tenetur dicere veritatem, & prodere crimen occultum· quoniam vt diximus, cum prælatus præcipit aliquid contra ius, non est ei obediendum. Et hæc conclusio, nullam habet difficultatem, & debet testis respondere se nihil scire. Sed dubium est quando subditus dubitat, an iure interrogetur, si prælato interroganti obedire teneatur. Quando subditus dubitat non legitime interrogetur an respondere teneatur.

Petrus de Palud. in 4. distin. 19. quæst. 4. Tenet, quod quotiescunque dubium est, vel iuris; vel facti, an prælatus iuste præcipiat subdito quod prodat crimen occultum, tunc debet subditus obedire, & dicere veritatem: quia præsumendum est, de iustitia iudicis. Sequitur D. Antonin. in 3. p. tit. 9. cap. 7. § 5. & Syluestr. in ver. Inquisitio. § 3. Ad cuius comprobationem facit: quia subditus in dubio tenetur obedire prælato: cum scilicet dubius est, an præceptum sit iustum: quia si parere recusaret, exponeret se periculo non obediendi, & qui se exponit periculo peccandi mortaliter, peccat mortaliter iuxta illud Eccles. 3. Qui amat periculum, peribit in illo. Tabien. in verbo obedientia, §. 4. & Syluestr. eodem verbo. § 11. vbi inquit omnes Doctores tenere hanc partem affirmatiuam. Petrus de Palud. D. Anton Syluestr. Tabien. Syluestr.

Sotus autem loco supracitato de secret. inquit, quod si Prælati essent illi, quos nulla ignorantia Sotus.

deci-

decipere, nullaque posset corrumpere iniquitas, nulla esset tunc quæstio, nec dubia esset sententia hæc, quæ asserit in dubio inclinandum esse in præceptum prælati. Cæterum quia prælati homines sunt, qui, & decipi, & decipere facile possunt, maiori negocio, versanda est hæc quæstio. Atque adeo distinguit ipse duos casus. primus est, quod quando præceptum Prælati est de re tuta, vbi nullum imminet periculum, aut bono publico, aut tertiæ personæ, tunc in re dubia, vt plurimum obediendum est. v.g. Præcipit mihi Prælatus studere, aut seruire infirmis; aut subditus, qui valetudinarius est dubitat, an ieiunare possit, aut persoluere officium, & Prçlatus prçcipit ei, quod non ieiunet, nec dicat officium: quia accedente authoritate prçlati illa pars est petenda: quia, cum obedientia sit virtus perfectissima, nec debet subditus rationem omnium præceptorum exigere, nec prælatus tenetur reddere.

Secundus casus est, quando periculum aliquod imminet alicui tertiæ personæ; prout est in præsenti casu, quando Iudex inquirit contra aliquem homicidam, vel furem, vel fornicarium, &c. aut in quemcumque alium reum priuati criminis; quod non sit in perniciem publicam: quia tunc aliud erit, vt infra dicetur: & dubium est probabile pro vtraque parte, sit ne infamia, aut indicia, quibus legitime possit inquirere. Tunc testes hoc modo dubitantes, non tenentur testimonium dicere; imo tenentur celare crimen: quamuis sint consocij: quoniam maius periculum est, si occidatur homo contra ius, quam si non obediatur prælato. Præterea vnusquisque præsumitur bonus, quoad vsque probetur malus; sed quam diu dubium est, an sit ius inquirendi aduersus aliquem, tunc nec pro-

batus

batus est malus, nec iure existimatur talis: nam sola infamia, & indicia sunt, quæ faciunt præsumptionem iuris, ergo in re dubia. & judex inquirens peccat, & testis si obsequatur iniustus est. Sed & tertio arguitur, iura fauent Reo sicut & possessori, ergo quoad vsque constiterit ius esse inquirendi, Reus habet ius vitæ, famæ, & bonorum suorum; atque adeo non licet in illum inquirere, nec testimonium dicere.

Hæc sunt in substantia, quæ adducit Sotus pro sententia sua, qui quidem singularis est in hac sententia. & idcirco crediderim ego, nullo modo recedendum esse a communi aliorum opinione, præsertim in casibus occurrentibus in nostra Religione; vbi non potest habere locum, primum fundamentum Soti, quod est principale: quia regulariter non condemnantur fratres criminosi ad pœnam mortis.

Et videtur mihi, quod hæc opinio comprobari possit optima ratione, quæ etiam eneruat fundamentum Soti, inquantum inquit; Quod vitandum est damnum, quod tertiæ personæ posset euenire. Nam præsuppono, quod quattuor sunt bona gradata, circa, quæ possunt euenire damna. Bonum animæ, bonum corporis, bonum famæ, & substantiæ corporalis, & illud, quod est præciosius, præferri debet minus præcioso, nimirum bonum famæ bonis temporalibus, bonum corporis bono famæ; & bonum animæ omnibus alijs, vt patet per Nauarr. in Manua. cap. 17. num. 87. & 89. & omnes admittunt. Modo quando subditus dubius est, an prælatus iuste ei præcipiat dicere testimonium aduersus aliquem reum; casu quo iuste exigeretur non parendo præcepto, committeret peccatum inobedientiæ; quod proculdubio est mortale; atque ita dam-

Quattuor sunt bona ordinata.

Nauar.

damnum contra animam suam. Ex altera vero parte, esto, quod iuste non exigeretur; parendo prælati præcepto, offenderet solummodo proximum suum in fama, vel in corpore, aut in substantia; & damnum animæ est maius damno vitæ, vel famæ. ergo subditus in dubio debet parere præcepto prælati, & dicere testimonium, ne (cum non parendo, vult euitare damnum famæ, & corporis tertiæ personæ) incurrat ipse in damnnm grauissimum propriæ animæ, & hæc videtur mihi satis concludens ratio, siquidem quilibet tenetur magis sibi prouidere; quam alijs.

Sotus cũ Paludano concordãtur.

Putarem tamen concordari posse Sotum cum alijs hoc modo, videlicet, quod opinio Soti procedat: quando prælatus generaliter inquirit super aliquo delicto notorio, cũ author ignoratur; quod .s. tunc subditus, qui dubitat, an infamia, vel indicia ad sint contra illum, quem ipse scit commisisse delictum · non teneatur prodere delinquentem occultum; sed debet respondere se nescire, quis cõmisit. Opinio autem contraria, procedat, quando prælatus exigit testimonium a subdito contra aliquam particularem personam: quoniam in dubio debet subditus recte iudicare de prælato suo. Nam cum ad sit conclusio ab omnibus approbata, quod prælatus, qui præter ius extorquet secretum crimẽ a subditis peccat mortaliter, vt inquit ipsemet Sotus eo. lib. de ratio. tegen. & deteg. secr. m. 3. q. 1. in 1 & 2. concl. & Nauar. in Manual. cap. 18. & num. 38. & 49. sequitur, quod si subditus in hoc casu dubio nollet respondere, iudicaret prælatum peccare mortaliter, sicque ipse committeret peccatum mortale iudicij temerarij. & in dubijs facienda est interpretatio in meliorem partem; atque adeo debet subditus interpretari, quod prælatus iuste pcipiat;

Sotus. Nauarr.

piat, cum expresse ingnorat contrarium.

Sed quicquid sit de opinione Soti; frater minor tenetur, ex vi regulle suæ obedire p̄latis suis in omnibus, quę non sunt contra animam suam, & regulam cap. 10. Quæ verba exponentes doctores nostri dicunt, quod intelliguntur de his, quæ manifestè sunt contra animam, & regulam, & in specie S. Bernardinus in suo tractatu obedientiæ, dum loquitur de triplici limite obedientiæ. Quorum primum, inquit est esse manifestum peccatum secundum manifestum periculum, & tertium manifestum contagium, & impuritas, atque corruptio. Et subdit, quod quando subditus rationabiliter dubitat, num quod percipitur sit peccatum, an non, tunc profecto obedire debet, & allegat textum, in cap. quid culpatur. 23. quæstio. 1. in fine. & est textus. S. Augustini contra Manicheos, qui inquit, Vir iustus si forte etiam sub Rege homine sacrilegio militet, recte potest illo iubente bellare, si iure pacis ordinem seruans, quid sibi iubetur, vel non esse contra Dei præceptum certum est, vel vtrum sit, certum non est, ita vt fortasse reum faciat Regem inquitas imperandi, innocentem autem militem ostendat ordo seruiendi. Vide Angelum, in verbo Religiosus. §. 29. Syluest. in verb. Relig. 6. quæst. 6. & Caiet. 2. 2. quæst. 88. art. 8.

D. Bernard.

Angelus. Syluestr. Caiet.

Stat ergo firma conclusio communis, quod quando subiditus dubius est, num Prælatus exigat ab eo iuste testimonium, an iniuria; debet parere præcepto prælati, & dicere testimonium, & tunc multo amplius, quando crimina, de quibus fit inquisitio vergerent in perniciem publicam; nam quando ea sunt crimina, quę verguntin publicam perniciem, vt proditio, crimen læsæ maiestatis, hæresis, & alia id genus; tunc in re dubia, semper est dicendum

magis testimonium, quam celandum, vt tenet idem met Sotus, loco supracitato m. 3. concl. 4.

### *Quomodo possit respondere subditus, quando certo sit quod Prelatus cum interrogat iniuste, & contra ius. Cap. V.*

Sotus. SOtus loco supracitato m. 3. quæst. 3. latissime examinat hoc dubium: atq; in primis præsupponit vnam conclusionem indubitatam, & ab omnibus Theologis receptam, in 3. dist. 38. quod licitum non est mendacium dicere, vlla prorsus de causa. Hoc stante. Conclusi est S. Thom. 2. 2. quæstio. 69. art. 1. quod, qui per iniuriam interrogatur, iure potest celare veritatem cui tamen mendacium dicere nulla ratione licet, quo fit, vt possit vti quibuscumque amphibologij, dũmodo possint, in aliquo vsitato sensu citra mendaciũ intelligi, quamuis interrogãs in alio sensu decipiatur. quia ius est vnicuique repellendi propria iniuiuriam, non obstante alterius detrimento. His stantibus inferuntur sequentes conclusiones.

D. Thom. Qui per iniuriam interrogatur iure potest celare veritatẽ.

Prima, Conclusio. Ad regendum secretum confessionis licitum est, vbique sacerdoti, dum eijs interrogatur, quæ in confessione audiuit, respondere se nescire; nec alia opus habet verborum arte, quia id potest in tali casu citra mendacium dicere, & respondere; cum ea non sciat, tamquam homo, sed tamquam Deus, & de hoc nulla est dissensio inter doctores.

Sacerdos interrogatus de his quæ scit ĩ confessione potest respõdere, se nescire.

Secunda, Cõclusio. Qui per iniuriam de secreto crimine interrogatur, debet prius si potest defendere se, aut appellãdo, aut tacendo, ostẽdendo in prõptu per iniuriam interrogari, vt colligitur ex D. Thom. loco supra allegato; si modo facere possit ab

sque

ſque eo, quod generet uehemẽtem ſuſpicionem criminis, quod quidem facile, non eſſet facere. Quoniam legitimus, & iuridicus modus eſt, cum quis per iniuriam interrogatur nõ reſpondere, et alia nõ admittuntur, niſi in neceſſitate, puta quando modus legitimus graſſante iniuria non ſufficit.

Tertia, Conluſio. Teſtis, qui præterius de occulto crimine interrogatur, nec poteſt ſe defendere tacendo, reſpondere poteſt ſe nihil ſcire. Ratio eſt: quia cum quis in iudicio interrogatur veritatem, ſolum interrogatur ſecundum ius; nam præter ius nullus Iudex poteſtatem habet interrogandi. Id enim poſſumus, ꝙ de iure poſſumus. c. faciet. 22. quęſt. 2. & l. filius. ff. de conditi. inſtitut. Sed ſecundum ius inquiſitio fieri non poteſt de occultis criminibus, vt expreſſe cauetur in cap. qualit. & quando. 1. ext. de accuſat. ergo teſtis ſolum interrogatur, an ſciat aliquid, quod non ſit iure occultum. Et per conſequens reſpondere poteſt ſe nihil ſcire, quia reſpondens hoc modo non mentitur, ſi nihil aliud ſciat, quam quod eſt iure occultum, & hoc quidem de plano procedit, quando teſtis interrogatur, an ſciat quis commiſerit crimen.

Teſtis qui præter ius inter ius interrogatur ſi tacẽdo nõ poteſt aliter ſe defẽdere reſpondetur poteſt ſe nihil ſcire

Sed quid ſi in particulari interogetur, an Petrus commiſerit illud crimen? quod ego ſolus vidi, atque ita crimen eſt occultiſſimum? nam videtur eſſe mendacium, ſit reſpondeo neſcio; quoniam non apparet, quomodo illud verbum reſtringatur a iure. Reſpondetur, quod iure poſsum reſpõdere neſcio: quia iure intelligitur, neſcio, vt dicam, aut neſcio eo modo, quo iure debeam dicere: hæc omnia ſcribit Sotus, quę breuiter reſtrinxi, cũ ea, quæ diffuſiori ſermone tractantur, videri poſſunt apud ipſum. Hoc idem tradit Nauar. in Manu. cap. 18. num. 61. & in cap. 25. num. 43.

Sotus.

Nauar.

Si prælatus præcipiat sub pæna excommunicationis reuelari secretű crimen, non tenetur subditus obedire, nec incurrit excommunicationem.

Verum insuper est aduertendum, quod quando prælatus interrogat iniuste secretum crimē, etiam, quod interroget sub pœna excommunicationis, vel sub quacunque alia pœna, si modo constet crimen esse secretum, nec illum habere ius inquirendi, non tenetur subditus obedire, nec propterea incurrit in foro conscientiæ excommunicationem, & ratio est manifesta: quia excommunicatio nullatenus incurritur, nisi propter in obediendam, vt habetur. Matt. 18. Si Ecclesiam non audieriti, sit tibi sicut ethnicus, & publicanus. & in cap. Nemo Episcopum. 11. quæstio. 3. habetur, quod nullus possit excommunicari nisi manifesta sit causa peccati, sed quando Iudex contra ius aliquid præcipit, tunc subditus, qui non paret, non est inobèdiens, nec peccati reus ergo nullatenus potest excommunicari. ita inquit Sotus de secr. m. 3. quæst. 1. conclus. 4. & si quæras, an talis excommunicationis sententia liget quo ad pœnam, ita quod non parendo possit subditus puniri. Sotus loco pręcitato allegat Syluestr. in ver. correctio. quæstio. 9. qui inquit, quod si sententia est, nulla, quia procedit a non suo iudice, aut si facta sit a suo Iudice, sed contineat intollerabilem errorem, puta quia præcipit Pręlatus sub pœna excommunicationis, vt quicunque subditorum sciuerit aliquod crimen, illud pandat quamuis nulla sit infamia, vel indicia, nec illud probari possit legitimis testibus; tunc subditus non incurrit excommunicationem nec quoad conscientiam; nec quoad pœnam. Si vero Prælatus, præcipit sub pœna excommunicationis, vt quicumque sciuerit crimē, quod legitime potuerit probari, quamuis nulla infamia, vel indicia sint, tūc quidem sententia iniqua est: quia nullus compellitur manifestare crimen, quod non laboras infamia, aut indicijs:

Sotus.

Syluestr.

cijs: tamesi quia sententia, nec est nulla, nec continet intollerabillem errorem, ligat. Et intelligitur Syluestr. quo ad pœnam. Et hanc distinctionem sequitur ipse Sotus. Hoc etiã videtur sequi. Nauar. in Manu. cap. 25. nu. 3. qui inquit, quod excõmunicatio, quæ est iniusta, & inualida ob defectum iustæ causæ ad excommunicandum, ligat in foro exteriori. Qui subdit, quod huiusmodi excommunicatio iniusta, inualida, & etiam quæ est nulla, obligat excommunicatum ad seruandũ eam, quousque populus sibi persuadeat, aut debeat persuadere causas nullitatis, ad euitãdum scandalum. Adde etiam quod si quis sentẽtiam quamlibet iniquam excommunicationis contemnat, contemptus erit peccatũ vt puta si negligat absolutionem petere ad cautelã, cum facile possit; vt si in publico dicat, se nihil facere Iudicem, &c. ita Sotus vbi supra in 4. conchis. in fine. Qui inquit hanc esse sententiam illorum verborum S. Gregor. 11. q. 2. cap. sententia Pastoris Sẽtentia pastori siue iusta; siue iniusta timenda est.

## ADDITIONES.

a. Siue iniusta timenda est. *Adde circa testium examinationem, quod ad hoc, vt testes fidem faciant contra Reum, debet ipse Reus citari ad videndum eos examinari, prout vtroque iure sancitum est, cap. In nomine Domini. ext. de testi. & l. si quando C. de testibus. et. id circo inferunt doctores, quod et si ĩ recipiendis testibus contra aliquem in generali, vel speciali inquisitione secundum communem practicam, & consuetudinem non requiratur citatio partis, vt inquit Blancus in pract. crimin. fol. 5. num. 33. & Foller. in pract. crimin. cano. fol. 109. num. 1. tamen ad hoc* Blancus. Folleriu.

*vt fidem faciant contra Reum ad torturam, & condemnationem necesse est, quod ipsi testes repetantur citat a parte. Ita Ludouicus Carre. in pract. crimin. fol. 58. num. 29. in cap. quod sequitur post tractatum Indiciorum, &* Foller. *pract. crim. n. fol. 271. sub Rub. & demum repetantur testes curiæ. & Clarus in pract. crimin. q. 11. & q. 45. vers. cæterum si Reus. Verumtamen cum hęc sit solemnitas iuris à iure Ciuili, & Canonico introducta, non tenentur prælati nostri eam obseruare per indultum* Bonifacij. *8. supra allegatum. Vide Nauar. in lib. 5. Consiliorum tit. de Accusat. & inquis. cons. 4. num. 5. qui inquit, Quod lex de repetendis testibus non est iuris diuini, nec naturalis, sed tantum humani, & ideo transgressorem non obligat ad peccatum mortalem. & hoc addere volui ad tollendum dubium aliquorum, qui forte potuissent allegare supradictam iuris solemnitatem.*

Carrer. Foller. Clarus. Nauar.

## *Quomodo, & quo ordine testes examinari debeat. Cap. VI.*

COmmisso a Regulari delicto, & de eo facta quę rimonia, porrectaue denuntia Iudici, vel ab eo formata inquisitione, in continenti ex debito officij sui tenetur videre, an probetur delictum, recipiendo, & examinando testes.

Iudex, quę attendere debeat examinando testes.

Et primo considerare debet iudex, num testes nimis prompte respondeant: quoniam signum erit, quod concertatione prius facta ad testimonium venerit. quod si erunt nimis perplexi, non paruum erit indicium quod à conscientia deterreantur.

Et debent scribi dicta testium eo sermone, quo ab ipsis proferuntur, atque eadem ratione id, quod tamquam clarum proferunt, tamquam clarum describi debet, quod autem coniectura, vel crudulita-

te

te deponunt, eodem modo, quo ipſi deponunt deſcribi debet.

Illud etiam obſeruandum eſt quod teſtis examinandus, ante omnia iurare debet de veritate dicenda: quia teſtis non iurati teſtimonium non valet. l. Iurandum: C. de teſtib. & cap. de teſtib. ext. de teſt. & atteſt. Teſtis enim ſine iuramento examinatus non facit iudicium; vt inquit Abb. in ca. Cum olim, in 3. notab. extra de teſtibus. Gloſ. in cap. ſicut. extra de ſent. excom. etiam, quod eſſet Religioſus, & Cardinalis, ſed facit prçſumptionem. Ex quo ſequitur, quod teſtes inter regulares neceſſario erunt regulares tantum; nam alij à iudice Regulari, examinari nõ poſſunt: quia ſuperior Regularis non habẽs forum contentioſum, & iuriſdictionem in ſæculares, eiſdem minime iuramentum deferre poterit: quia delatio iuramenti ſapit iuriſdictionem, Clem. vnica, de offic. Iud. delegat. cap. ſi quis teſtium, de tiſtibus vbi Abba. num. 1.

Teſtis iurare debet de veritate dicenda.

Abb.

Tertio, debet teſtis citari, nam teſtis non citatus redditur ſuſpectus, & nõ probat. l. Præsbiter. C. de Epiſcopis, & Clericis. licet practica inoleuit, vt ſi ſint à parte inducti, & iurati coram iudice probent. Gloſſ. in l. poſt legatum. §. his verum: ff. de his, qui, vt indigni.

Taſtis citari debet & quãdo.

A

Quarto, debet teſtis nomen, & cognomen ſcribi, atque ipſius ſtatus. cap. qual. & quando, & cuius ſit ætatis: nam minor 20. annorum, in cauſis criminalibus, non probat. l. teſtis. in fine. ff. de Teſtib. niſi eſſet ſocius criminis, vt pote paſſus crimen ſodomiæ, quod non committitur principaliter in iniuriam vel odium alterius, qui modo maior, vel minor ſit admittitur.

Teſtis nomen & cognomen ſcribi debet ſtatu & ætas.

Quito, interrogari debet de ſcientia, & cauſa ſcientiæ, quia teſtis non interrogatus de cauſa ſcien

Teſtis debet interrogari de

scientia; & causa scientiæ.

tiæ, ipsam reddere non tenetur; ex not. in cap. causam de Testibus. ideo de ipsis debet diligenter interrogari ad effectum, vt in similibus circumstantijs videre possit iudex, an concordat testis nec ne, & non concordando non probat. cap. nos. §. Item Daniel. 11. quæst. 7. cap. Nihil. 3. quæst. 9. cap. de parentella. 35. q. 6.

Interrogari debet testis de loco, & tempore.

Sexto, debet interrogari de loco, & tempore; maxime cum tempus commissi delicti aggrauet, & minuat delictum. l. Graceus. C. ad legem Iul. de adult. & stup. l. final. ff. de effract. Tenebræ namque aptæ sunt ad malum committendum. l. 1. §. tria luminaria. ff. de Vent. inspicien. Tum etiam, vt Iudex videre possit, at testes concordant, vt patet ex iuribus supracitatis.

Postremo interrogari debet de contestibus, & in fine depositionis debet se subscribere, vt aliquando negare non possit ita deposuisse, & antequam se subscribat relegitur eius dictum ad effectum, vt addat, vel minuat, & confirmet, quia post relectionem, & confirmationem dictum suum corrigere non potest. Dyn. Reg. quod semel. Immola in cap. irrefragabilli: de offic. ord. nu. 5. Abb. in cap. tuas ve test. 1. & in calce depositionis apponitur, relectum confirmauit.

Testis negans, vel occultans veritatem an teneatur ad restitutionem.

Sed quæritur primo, an testis negans veritatem, vel eam occultans teneatur ad restitutionem. suppono primo non teneri ad restitutionem ex eo, quod se non obtulit: quia non tenetur ex iustitia se offerre, quamuis interdum teneatur ad hoc ex charitate, vt si suum testimonium, videt esse necessarium ad liberandum innocentem, vel ad accusatorem (qui propter bonum publicum tenebatur accusare) eripiendum periculo pœnæ 'tationis, vt docet Nauar. c. 15. num. 17.

Nauar.

Secun-

Secundo, etiam non teneri ad restitutionem, si nolit testari, quando graue damnum ei inde impenderet; quia non tenetur tunc testari, nec superior potest eum ad hoc obligare, nisi ratio boni publici id postulet. vnde potest, vel citatus non comparere, vel si compareat aliquo artificio se eximere, vt docet Sotus de secr.m.2. questio.7.dub. 3. & Nauar. cap.25.num. 50. & alijs. Sed dubium est si nullum damnum immineat, & à iudice citetur, vel iussus sit citari. Nauar.cap.25.nu.41. Sotus lib. 5. de iust. & iur.quæst.7.art.1. Micha.Salon.quæst.70. art.1. dub.3. & alij docent, si hoc casu fugiat, vel se occultet, vel aliqua arte iudicis interrogationem eludat, teneri ad restitutionem. Tum, quia hoc ipso, quo citatus est, vel iussus citari, missio ad eum publico nuntio, tenetur ex iustitia testimonium dicere, sicut quando alicui munus tutoris imponitur. Tunc quia si Iudex preceperit tibi, vt proferas scripturam quandam ad causam pertinentem, & tu eam occultares, vel lacerares, teneris ad restitutionem damni inde secuti. ergo similiter si precipiat, vt proferas tuum testimonium.

Sotus. Nauarr. Michael Solon.

Oppositam sententiam docet Leornadus Lessius.lib.2.de Iust.& iur.cap.30.dub.8.affirmans verius omnino videri, eum qui se occultat, vel fugit prius quam Iudicis præceptum, aut citatio, ei legitime denuncietur, non teneri ad restitutionem dãni defectu testificationis secuti, quam vis potuerit grauiter contra charitatem proximi peccasse.

Leonar. Less.

Idem affirmat de eo, qui post quam citatio iudicis per ministrum publicum est ei insinuata, fuga, vel fraude aliqua testificandi actum declinauerit, vt si dicat reum sibi esse inimicum.

Primum, probat: quia nemo obligatur præcepto superioris, priusquam ei debito, modo imponatur,

natur, sicut inferiori vitet conspectum superioris; ne ab eo mandatum aliquod accipiat, non obligatur mandato, etiam si malefaciat tali vtens artificio; simili modo, qui fugit, vel se occultat, ne instituatur a Magistratu Tutor, vel Curator pupilli, non peccat contra iustitiam, etiam si nouerit se ad hoc quæri.

Secundum probat. Tum quia citatio illa, & præceptum non imponit obligationem iustitiæ ad se sistendum, & ad standum; sed solum obedientiæ; non enim censetur iniustus si non compareat, sed inobediens, vel contumax. Sicut si quis iussus a Magistratu capessere tutelam, nollet obedire; vel falsis prætextibus se excusaret, & non esset iniurius in magistratum, aut in pupillum, sed esset tantum inobediens magistratui, & in pupillum parum pius. Tum quia obligatio, qua quis lege iustitiæ tenetur in gratiam proximi aliquam functionem subire, non nascitur præcise ex præcepto superioris, sed ex acceptione eius, qui illam obit, Hic enim acceptando officium, vel functionem implicite promittit; atque ita se ad illam obligat; at & alter ius tribuit ad illam exigendã. Nemo enim potest alteri dare ius ad functiones liberas alterius nisi qui illarum est, Dominus: quare cum nemo sit dominus mearum functionum præter me, nemo absque meo consensu altri ius, ad illas dare potest.

Vnde vlterius sequi videtur, testem, etiam si à iudice præsente interrogetur, non teneri ex iustitia respondere, aut iurare de dicenda veritate; sed solũ ex obedientia; quia iudex præcepto suo, non potest imponere illi obligationem iustitiæ ad iurandum, vel ad respondendum. Quare si nolit iurare, aut respondere, puniri quidem potest tamquam inobediens, sed non tenetur ad restitutionem damni secuti

cuti reo, vel accusatori; Secus est, si agatur de scripto proferendo in lucẽ: quia est res externa, de qua Respubl. potest disponere, sicut de aliis bonis, quando causa subest.

Secundo, quæritur, an Testis negans veritatem possit torqueri. Respondetur, quod quando testis est suspectus, quod recuset veritatẽ dicere, torqueri potest: nam præsumitur dolus in tacendo, si testis ad interrogata, non vult respondere, vt inquit. D. Antonin. 3. p. tit. 9. ca. 11. §. 3 Item quãdo vacillat, & est varius in suis depositionibus, tunc non facit fidem contra reum, nisi firmet dictum suum in tortura, vt late probat Boss. in tit. de Tortura Testiũ, & Clarus. quæ. 25. & dicitur testis varius, quando est varietas in facto principali, secus, si sit in quibusdam accessoriis. Bart. in l. eos. vers. per hiusmodi. ff. de falsis. Itẽ, si testis vnum dixerit extra iudicialiter deinde in iudicio deponit contrarium, torqueri potest, vt communiter tenent Doctores. Similiter quãdo testes interfuerunt delicto, & tamen dicunt, se neminem vidisse, aut cognouisse facere malum, torqueri possunt: quoniam, ex hoc reddunt se ipsos suspectos, tamquam, quod veritatem dicere nolint, aut saltem illam celare velint: Clar. in d. quæst. 25. vers. torquentur etiam testes. Et hoc non solum est verum de laicis testibus, sed etiam, de Clericis, vt inquit Foller in pract. criminc. canon. fol. 127. nu. 47. quem sequantur. Clarus in d. quæst. 25. ver. sed nũquid. Et idcirco apud nos fratres minores, quando prælatus viderit fratres vocatos in testes cũ eos legitime interrogat vacillantes, aut suspectos, quod nolint dicere veritatem, poterit eos in carcerem detrudere, & etiam torquere, vt dicant veritatem.

Quæritur tertio, Vtrum testis ratione falsi testimonii teneatur ad restitutionem. Respondeo, & dico

Testis negant veritatem an possit torqueri.
D. Anto.
Bossius.
Clarus.
Bart.
Clarus.
Foller.
Testis ratione falsi testimo

nii an teneatur ad restitutionem.

dico primo, si vel sciens, vel ex crassa ignorantia dixit falsum testimonium ratione cuius alter iniuste damnum acceperit, tenetur ad restitutionem damnorum in solidum; ratio est: quia per iniuriam est causa efficax totius damni.

Aduerte tamen primo. Si reus iam erat per alios testes conuictus, & tuum testimonium accedens nihil effecit, eo quod pœna propter illud, non est aucta. nec Iudex firmior redditus est, ad eam irrogandam, te non teneri ad restitutionem: quia, & si iniuriam ei facias, non tamen es causa efficax damni, quod ex prioribus testimoniis, iam censentur illatum.

Secundo, Qui hoc modo falsum testimonium dixit, ratione cuius mors, vel mutilatio est inferenda, tenetur sua dicta retractare, si profuturum putet, quamuis ipsi similis pœnæ periculum crearetur, vt communiter docent Doctores. Quisque enim tenetur damnum, quod alteri inique parauit auertere, etiam cum pari damno suo, vt patet in restitutione famæ pecuniæ, & honoris: nam in pari damno, melior censeri debet conditio innocentis.

Dicet quisque magis tenetur consulere, vitæ suę, quam alienæ; ergo, non tenetur succurrere vitæ alienæ cum periculo suæ.

Respondeo, antecedens solum esse verum in pari causa innocentiæ, vt si vita tua sine mea culpa sit in periculo, non teneor tibi consulere cum periculo meæ; secus est si mea culpa, & iniuria periclitetur. Hinc fit, vt si alios ad falsum testimonium dicendum induxeris, ex iustitia tenearis eos monere, quod retractent, quod si noluerint: debes Iudicis totam tuam machinationem aperire, vt innocens liberetur, quamvis inde tibi certa mors impenderet; vt recte docet Petrus Nauar. lib. 2. cap. 2. num. 253. quod intellige, modo, spes sit re-

Petrus. Narr.

uocatio-

uocationem illam profuturam.

Dico secundo, Qui falsum testimonium, dixit, ex ignorantia, vel inaduertehria non damnabili, vel ex obliuione saltem non mortifera, ratione cuius contingit aliquem damnari non tenetur ad restitutionem. ita Caiet. 2.2.quęst.70.art.4.& Petrus Nauar. supra. Probatur, quia neque ratione rei acceptæ (cum nihil inde habeat) neque ratione iniustæ damnificationis: quia non peccauit saltem mortifere, vti supponimur; atqui probabile est, non teneri ad restitutionem, ex damno illato, eum, qui non peccauit mortifere, vt docet Lessius de iust. & iur. lib.2.cap.7.dub.6. censetur enim huiusmodi damnum, quasi fortuito illatum. Hinc etiam sequitur illum, non teneri cum vitæ periculo, suum testimonium retractare, vt ibidem. Caietanus docet. Caiet. Petrus. Nauar.

## ADDITTIONES.

a. QVi, vt indigni. *Obserua tamen, quod si testimonium requiritur, estque necessarium ad liberandum hominem ab iniusta morte, vel à falsa infamia, vel ab iniusto damno, seu pœna, quocumque iniusta. Tunc non solum tenetur homo ad testificandum, quando petitur, & requisitus fuerit ab aliquo proximo; verum etiam, & si minime fuerit requisitus tenetur quisque se vltro offerre ad dicendam veriatem alicui, qui ad hoc prodeſſe poſſit. Ita enim nos admonet Regius Propheta, Eripite pauperem, & egenum, de manu peccatoris liberate. Et sapiens Prouerb. 24. Erue eos, qui ducuntur ad mortem, & eos, qui ducuntur ad interitum liberare non cesses. Et Rom. 1. dicitur. Digni sunt morte, non solum, qui faciunt, sed etiam,*

*etiam, qui consentiunt facientibus. vbi dicit Gloßa consentire est tacere, cum possis redarguere; & eadem ratione cum possis testificari, & insinuat.* D.Thom. D. *Thom. peccatum esse mortale; siquis in tali casu, non se offert ad seruandum innocentem: nam dicit in virtute id esse consentire in malum innocentis. Quod* Nauar. *etiam tenet* Nauar.*in Manua.cap.25.numer.44. & cap.18.nume.33. Cæterum in his, quæ pertinent ad condemnationem alterius, non tenetur aliquis testimonium ferre, nisi cum à superiore compellitur secundum ordinem iuris. Verum in casibus, in quibus, quis accusare tenetur, vt sunt crimina, quæ vergunt, in perniciem publicam, quæ tenetur quilibet accusare,* D.Thom. *vt docet* S.T*hom.2.2.q.68. quilibet etiam tenetur se offerre in testem ad aliquem condemnandum. Ita* Caiet. Sotus. Caiet. *ibi, & Sotus, de ratione tegen. m.2.q.5.in 1. conclus. his casibus exceptis testis non citatus redditur suspectus.*

b.Non tenetur tibi cõsulere cum periculo meæ. *Nota, quod aliter tenetur dicere testimonium testis requisitus, & interrogatus a iudice; aliter, qui à* Iu*dice, non interrogatur, vel accersitur. Nam primus tenetur de iustit.a; sed qui non vocatur a iudice, solum se offerre tenetur ad liberandum reum ex charitate, quod maxime est notandum, sicut tenetur quicumque extinguere ignem ardentem domum vicini, & arcere latrones a domo proximi: quia vnicuique mandatum est, de proximo suo; & ideo, qui non accersitur à iudice solum tenetur se offerre, sicut tenetur se offerre ad alia opera charitatis, vt puta si id possit commode sine notabili detrimento sui, & suorum: & aliàs, non tenetur; nisi forsan crimen uergeret in graue damnum Reipubl. vt crimen hæresis, & lasæ maiestatis; quibus malis ciues tenentur occurrere, cum aliquali detrimento proprio; sed qui accersitur*

*a iudi-*

a iudice tenetur de iniustitia comparere, & interrogatus dicere veritatem, aduersus fratrem, & Patrem, & aduersus proprium caput, si legitime interrogatur; & quia tenetur de iustitia comparere, tenetur etiam ad illud damnum, quod pateretur ille, cui testimonium suum erat necessarium, casu quo fraude, & dolose subtraxerit à iudice ne uocaretur in testem. Qui autem tenetur ex charitate, licet peccaret mortaliter, non offerendo, se in testem; attamen, non tenetur ad damna, vt tradit Sotus, de ratione tegen. m. 2.q.7.dub.3.& Nauar.in d.cap.25.numer.44. Quoniam qui tenetur solummodo ex charitate occurrere malis aliorum, si non occurrat, non tenetur restituere, vt tradit idem Nauar. in Manual. cap. 17. num. 18. vbi inquit, quod in hoc omnes conueniunt. Nauar. Sotus.

Sed quid, si testis interrogatus à iudice cogatur dicere testimonium cum periculo proprij capitis, v. g. ego sum testis homicidij commissi a Petro, & necessarius: quia sine me, homicidium probari non potest: sed si testimonium dixero certus sum me occidendum fore ab agnatis, vel amicis Petri vtrum tenear testimonium dicere? á parte affirmatiua est argumentũ, quia legitime interrogor a Iudice; atque ideo teneor, de iustitia parere, sed a parte negatiua est etiam argumentum, quod lex est grauissima, quæ me, in tali casu obligaret subire mortem, cum essem innocens. Sotus loco supra citato dicit, quod in tali casu testis, Sotus. non tenetur dicere testimonium: quia Iugum Domini suaue est, & idcirco non præsumitur obligare nos subire mortem in tali casu: quare huiusmodi testis poterit se abscondere, & vocatus fugere, & interrogatus occultare veritatem, dummodo non mẽtiatur: quia nullo modo licet ei dicere falsum. Imo testis posset eodem modo se excusare a testimonio dicendo, si timeret exceptionem à parte aduersa vnde graui in-

famia

Nauar. *famia notaretur. ita inquit Nauar. in Manu. cap. 25. num. 44. in fine, hoc idem tenet dum inquit timorem periculi, in quod testis incurreret, excusare eum a testimonio dicendo, etiam quod iubeatur a suo iudice testimonium ferre.*

## *De Indicijs. Cap. VII.*

IN vniuersa criminali praxi alia difficilior non reperitur materia, quam ipsa indiciorum: non ex sui natura, quamuis circa obscura versetur, sed ex tot, tantisque Iurisperitorum opinionibus sparsim traditis & diuersimode concludentibus, vt arbitrium dumtaxat reseruetur Iudici, licet aliter leges determinent, ius disponat, & ratio ipsa suadeat. Verum quantum attinet ad hanc criminalem materiam, Indicium, (vt a quid nominis incipiamus) ab indicando dictum est, vt colligitur, cap. studijs, de præsumpt. l. solent, ff. eodem. Ex quo sequitur, quod sic potest indicium definiri, Indicium est signum, siue demonstratiuum adminiculum delicti, vel alterius rei, de quo, vel de qua agitur, & est adminiculum, seu pars probationis, quam textus interdum appellat indicium, interdũ argumentum; interdum suspicionem, quandoque etiam probationem, vt tradit Boss. in pract. crimin. tit. de Indicijs, num. 2.

Indicium quid sit.

Boss.

Indiciorum autem, tres sunt gradus, vt explicat Clarus. quæstio. 20. post principium, aliqua enim sunt leuia, aliqua grauia, & aliqua grauissima, leuia sufficiunt ad capturam, non tamen, vt reus debeat statim examinari super delicto, ita vt eius nomen recipiatur inter reos, sed vt tollatur ei facultas fugiendi; sufficiunt etiam ad inquirendum, id est ad assumendas informationes ex officio contra

Indiciorũ tres sunt gradus. Indicia leuia, quid efficiunt.

aliquem

aliquem de delicto, non tamen ad transmittendum ei citationem: quoniam ad assumendas informationes super delicto sufficit aliqua probabilis suspicio, per quam Iudex rationabiliter credat delictum, ab eo commissum, contra quem inquirere intendit; Dat exemplum Clarus quæst. 20. in assertione vulnerati; in fama, & in graui inimicitia, & hæc eadem Iudicis arbitrio sufficiunt ad capturam; & huiusmodi indicia leuia, si non sunt multum vrgentia, appellari possunt (inquit Clar.) suspiciones, si vero magis vrgent, credit, quod dici possint presumtiones, siue argumenta.

Clarus.

Grauia indicia sufficiunt ad transmittendam reo absenti citationem, vel si sit captus ad examinandum eum super delicto, tamquam reum, vel, vt apud nos Minores obseruantes obseruatur, ad eum vocandum, & interrogandum, tamquam reum. & ista sufficiunt etiam ad torturam, & hec, (vt inquit Clarus) in hac materia indicia appellati posse videntur; quæ scilicet sunt plusquam simplex præsumptio, & minus quam semiplena probatio.

Indicia grauia ad quid, valeant.

Grauissima vero indicia sufficiunt, etiam ad condemnationem, & hæc proculdubio debent esse, non solum plusquam semiplena probatio, sed etiam quasi plena probatio. atque ita habes in hac materia, suspiciones, præsumptiones, indicia, semiplenem probationem, & plusquam semiplenam probationem & ex hac breui distinctione, vna cum exemplis inferius apponendis poterit quilibet Iudex facile intelligere, quomodo in quocumque casu procedere debeat. Obser est tamē (vt inquit ipse Clarus) quod secundum omnes doctores non potest dlari in materia indiciorum certa doctrina; sed (vt tetegimus supra) totū relinquitur Iudicis arbitrio, qui secundum quaitatem, personæ, loci, temporis;

Grauissima idicia sufficiunt ad cōdēnationem

In materia indiciorū non pōt dari certa doctrina, atq ita totū relinquitur Iudicis arbitri.

delicti, & demonstrationum, vel suspicionum iudicabit Indicium esse sufficiens, vel non, atque ita dicunt Doctores, vt attestatur Angelus Arret. de Maleficii in vers. fama pub. num. 9.

Arretinus.

Indicia quæ sint.

Verum, vt aliqua praxis habeatur pro Indiciis ipsis dignoscendis, obseru. est, quod licet multa à Criminalistis enumerentur, ad hunc tamen numerum mihi reduci posse videntur, vt scilicet Indicia sint, Fama, testis vnus deponens de visu, dictum socij criminis, vel corruptis, seu sollecitati in crimine in honesto, solitus delinquere in aliquo crimine, Fuga delinquentis, Inimicitia capitalis, Confessio extra iudicium facta; minæ precedentes delictum, sequestratio in aliquo loco secreto apto ad delinquendum, pactum cum accusatore, vt ab accusatione desistat, variatio, mendacium, seu inconstantia ipsius Rei; & acclamatio.

Fama.

Primo, fama, quæ fit contra aliquem quod maleficium, vel delictum aliquod commisserit, est sufficiens indicium ad inquirendum modo, superius explicato: sed ipsa fama sola absque aliis adminiculis, non est sufficiens indicium ad torquendum reum, neque, in criminalibus sola fama facit semiplenam probationem, posset tamen delictum adeo esse difficilis probationis, vt sola fama, sufficeret ad torturam, ita docet Clar. q. 21. in principio.

A Clarus.

Secundo, Testis vnus deponens, de visu, si sit in habilis non facit semiplenam probationem, sed tantum indicium; ita Boss. d. tit. de indicijs. num. 6. & hoc indicium sufficit ad inquirendum contra reum, idest ad assumendas contra eum specialiter informationes super delicto: quoniam ad hoc sufficit, vnicus testis, etiam inhabilis, & minus idoneus. Cæterum ad hoc, quod vnus testis faciat semiplenam probationem, & indicium legitimum ad

tor-

torquendum reum, requiritur, quod sit integer, & omni exceptione maior, idest talis, contra quem nulla possit opponi exceptio, vt inquit Clarus. d. quæst. 21. versic. Vnus testis, qui inquit hanc esse communem opinionem.

Sed quid si testis, non viderit committi maleficium, sed deponat se audiuisse? nimirum nocte Petrum percutientem Antonium, & dicat se eum cognouisse ad vocem, numquid faciet contra Petrum indicium ad torturam? Respondet Clarus, quod sic, dummodo testis ita deponens, habeat vocem Petri verisimiliter adeo notam, vt decipi non possit alias secus: quoniam tale indicium vocis est multũ fallax, & periculosum. Et subdit, cęterum Testes, qui dicunt se vidisse, cum esset, de nocte, nec dicũt, quod luna luceret, quod lumen erat accensum, a se ipsis naturaliter reprobantur, & nulla faciũt fidẽ. Clarus.

Tertio, dictum socij criminis facit indicium contra eum, qui pro socio nominatur ad inquirendum idest, ad assumendas contra eum informationes; sed non ad interrogandum reum, & multo minus, ad torturam, nisi ad sit aliquod aliud adminiculum si vero duo socij criminis deponant contra aliquem iste non dicitur conuictus, ita, vt possit contra eum sequi condemnatio; quoniam, non sunt integri testes, sed bene faciunt contra eum indicium ad torturam, etiam, quod essent singulares. Ad hoc autem, vt dictum socij criminis faciat indicium, requiritur, quod illud deponat cum iuramento: quia licet, quo ad se ipsum sit reus, tamen dum deponit contra alium, fungitur iure testis, merito non est ei adhibenda fides nisi cum iuramento; & sufficit quandocumque iuramentum interueniat, siue antequam ponatur ad torturam, siue etiam iuret Dictum socij in criminis.

presente eo, contra quem deponit.

Dictum corrupti, & sollicitati in crimine in honesto.

Dictum etiam corrupti, & sollicitati in crimine in honesto, facit indicium ad torturam contra corrumpentem, & sollicitantem, atque ad eum interrogandum, si tamen concurrat aliquod aliud adminiculum, indicium, vel præsumptio; quia tale dictũ est dictum socii criminis. Ita Clarus. d. quæstio. 21. & Boss. loco citato. num. 160. Qui numero sequenti inquit, quod quando aliter veritas haberi non posset, & in his, quæ sunt difficilis probationis, admittuntur etiam testes inhabiles. Qui etiam non propterea dici debent integri testes, & optima præsumptio, contra corrumpentem, vel sollicitantem esset talia agere. Obseru. est tamen, quod dictum corrupti, vel sollicitati facit indicium contra corrumpentem, vel sollicitantem, quando ipse corruptus, vel sollicitatus examinatus fuerit tamquam testis alio denunciante crimen; quia si ipsemet est denunciator, qui succedit loco accusatoris, non facit indicium. quia nullus potest esse accusator, & testis, vt patet ex vtroque iure.

Solitus delinquere.

Quarto solitus delinquere in aliquo crimine, & si non sit indicium perfectum, imperfectum tamen est, & præsumptionem facit ad torturam, ita inquiunt Bart. & Salicetus. in. l. fixa. C. de quæst. Quia semel malus semper præsumitur malus, in eodem genere mali. cap. semel malus. de re reg. iur. in 6. Et dicitur solitus, qui bis, vel ter reperitur deliquisse, vt tradit Innoc. in cap. 1. ext. de fideius. atque ita ex mala qualitate personæ oritur præsumptio, quæ quomodocunque, adminiculata facit indicium sufficiens ad torturam, vt per Bald. in l. quidem. C. de accusat. & Iason. in l. 1. eod. tit. & latius per Carrerium in pract. Cri. in tract. de Indicis Indicio. 14.

Bart. salicetus.

Baldus. Iason.

Carrer.

Ce-

Cæterum illa Reg. Malus in eodem genere mali & cap. multas, patitur exceptiones, prima, quod intelligitur, in eodem genere mali, vel illi simili, secus autem in diuerso genere; ut tradunt fere omnes Doctores. Limitatur illa Regula Malus in eodem genere mali &c

Secunda est, quod Regula non procedis, quando iā semel malus factus est probus abeo malo se diu abstinens, saltem per triennium. ita probat tex.in. §. Hinc autem nobis, vers. Nam, & si vtrium, in Authent. de Monachis, atque etiam quando, qui deliquit peregit pœnitentiam, & assecutus est indulgentiam a sacerdote, habetur perinde, ac si non deliquisset, vt tradunt Bart. & Baldus, in l. Imperialis ex illo tex. C. de nuptijs. Verum Menoch. de præsumptionibus. nu. 42. & sequen. dicit, quod hęc declaratio locum non habet, quando iste his deliquit: quia tunc ex penitentia non tollitur præsumptio malatiæ. Bart. Bald. Menochi.

Tertia est, quod non habet locum in delictis, quæ solo ipso temporis cursu, & ætate alterantur, sicuti vitium libidinis; quod, & si fuit vehemens in adolescentia. attamen extinctum præsumitur in senectute, ita tradit Bartol. in l. is cui. §. 1. 1jsdem nu. 8, de. ff. de accusat. Bart.

Quarta, quod hæc pręsumptio procedit respectu futurorum: nam qui alias delictum commissit, præsumitur, quod in futurum simile sit perpetraturus, sed respectu præsentis hæc præsumptio solā suspicionem facit, ita inquit Alciat. in tract. de præsūptionib. Reg. 2. pręsūp. 7. vers. 4. Intellige.

Quinta, & vltima, vt non habeat locum in crimine occulto: nam tunc non præsumitur, quod is aliud simile delictū debeat perpetrare, imo presumitur de eo pœnitam agere. ita Alcia. d. præsump. 7. in fine. Alciat.

Fuga delinquentis.

Quinto. Fuga delinquentis, quando opponitur, vt crimen, contra fugiententé si fuerit probata, sufficit ad condemnationem, vt si Miles in bello aufugiat, & insignia deserat; si auté fuga opponitur tamquam indicium, vt puta, quando reus admisso delicto asseritur aufugisse, & a loco ipso delicti, se absenté fecit; tunc probat semiplene illud crimé ad quod probandum plena probatio requiritur. Clarus. quæst. 21. vers. fuga delinquentis. Quod intelligendum est, de fuga, quæ fit ante assumptas informationes: quia talis fuga vere arguit conscientiam delicti commissi, secus autem, si fugiat post citationem & assumptas informationes, vel apud nos post interrogationem facta reo: quoniam talis fuga non est sufficiens ad torturam. Clarus, vbi supra qui dicit hanc esse communem opinionem, si autem ille; qui aufugit postea citatus sponte comparet, tunc fuga præcedens nullum contra eum facit indicium, nec etiam leue.

Clarus.

Sed quid, si Reus e carceribus aufugiat? Respondet Clarus, quod si talis carceratus, fuerit legitime detentus, talis fuga facit contra eum plenam probationem, quia fateri videtur delictum, de quo imputabatur, atque ita habetur pro confesso, & cóuicto, quod si post fugam capitur, vel sponte reuertatur, non solet per solam fugam de carceribus factam condemnari, sed tantum grauius torqueri, sed si statim reuerteretur nó esset tamquam fugitiuus, & fractor carceris puniendus. & inquit hanc esse communem opinionem.

Inimicitia capitalis.

Sexto, Inimicitia capitalis, vigens inter offésum, et eum, qui est delicto suspectus, dixi capitalis, quia inimicitia orta ex causa leui non facit indicium, secus, si sit orta ex causa graui, & capitali: quia tunc facit indicium ad assumendas ex officio informatio-

mationes specialiter contra eum,& etiam ad captu ram· sed sola non facit indicium ad torturam, licet sit grauis inimicitia. Clarus.d.quæst.2.vers. Inimicitia: quia illa est indicium remotum a facto, & subdit, quod hæc est communis opinio. clarus.

Septimo, Confessio extra Iudicialis delicti non probat plene delictum contra confitentem, sed facit sufficiens indicium ad torturam, quæ quidem confessio non potest reuocari a confitente, nisi de errore probauerit,& eandem est ratio, de confessione facta in iudicio, sed coram iudice non competente; nam, & hæc similiter facit indicium ad torturam, vt inquit Clar.d.quæst.21.vers. Confessio extraiudicialis. Bene verum est, quod si talis confessio extorta fuerit a reo per Iudicem incompetētem vi, vel metu tormentorum, eo casu contra reum nullum faceret indicium, & confessio ista debet esse plene probata assertione duorum testium contestium, nec sufficerent duo testes singulares de duabus confessionibus etraiudicialibus. ita Carrer. in pract.crim.fol.47.in tract.de Indicijs in 7. indicio. nu.8.& Foler.in 2.p.pract.crim.3.patris. n. 2.& 3. Confessio extraiudicialis. carrer. Foller. B

Octauo minæ præcedentes delictum faciunt indicium ad assumendas contra reum specialiter informationes; & si sint minæ prolatæ per virum potentem,& malæ famæ in eo genere mali,& solitum exequi minas factas, quique de facili eas exequi potuisset, faciunt indicium ad torturam; alias secus. Clarus.quæst.21.versic. Minæ præcedentes; quando scilicet ignoratur, quis maleficium commiserit, & hanc dicit esse communem opinionem. Mina præcedentes. clarus.

Nono sequestratio in aliquo loco secreto, apto ad delinquendum facit indicium, veluti si duo adolescentes, vel vnus adolescēs;& alter ætate prouectus reperiantur obserratis foribus in aliquo cubili Sequestratio in loco secreto.

inclusi, quod regulariter Patrum instituto cautum est, ne fiat; erit indicium delicti inhonesti, contra ipsos, atque eo magis si nocturno tempore sine lumine; arg. cap. litteris. ext. de præsumptionibus. Quare potuerint statim incarcerari, cum in more in nostra Religione sit positum. Mos autem est optimus legum Interpres. cap. Delictus extra de consuetudinibus. Quod multo magis de mulieribus asserendum est.

Pactum cum accusatore.

Decimo, Pactum cum Accusatore, vt ab accusatione desistat, facit contra reum indicium: ad omnes assumendas informationes, sed ad torturam non facit indicium, nisi in illis criminibus, in quibus de iure non est licita transactio. Clar. d. q. 21. vers. Pax.

C

Clarus variatio mendaciũ inconstantia, & titubatio Rei

Vndecimo, Variatio, mendacium, seu inconstantia, & titubatio Rei faciunt indicium contra ipsum ad inquirendum. an autem faciat indicium ad torturam, cum circa hoc variæ sint Doctorum sententiæ relinquendum est (inquit Clarus) iudicis arbitrio, considerata qualitate personæ, & rei super quam est mendacium, seu variatio; an sit talis, in qua verisimiliter cadere possit obliuio, & an sit contra substantialia negocij, & an incontinenti se correxerit: nam talis variatio diceretur potius correctio, quam mendacium, & subdit, quod si ipse esset Iudex, posset vix aduci, vt ex mendacio solo, vel varietate poneret reum ad torturam, nisi aliquod aliud adminiculum concurreret, & hoc putat esse tutius; sola tamen inconstantia, titubatio, ac trepidatio proculdubio, (vt ipse ait) non est sufficiens indicium ad torturam, sed tantum facit contra reum, aliquam præsumptionem, & hanc inquit esse communem opinionem.

Duodecimo, acclamatio facit indicium, vt puta

si

si in aliqua domo audita fuerit puella, vel aliquis acclamare, subuenite, &c. Et visus fuerit aliquis exire ex domo ense euaginato, & mulier, vel aliquis alius reperitur mortuus, vel mulier stuprata, seu vulnerata; presumitur contra exeuntem. Pract. Carer. loco supra allegato Indicio. 22. imo inducit probationem per allegata, per eum. atque ita videtur tenere, quod faciat indicium ad torturam. Simile est, si quis visus fuerit aufugere cum ense euaginato, & sanguinolento ex aliqua domo, vel loco, & ibi reperiatur homo mortuus præsumitur, quod ille occiderit, atque ita ex hoc poterit torqueri. Carer. vbi supra, Indicio. 21. Imo plus si aliquis visus fuerit exire, ex aliqua domo cum gladio euaginato, & sanguinolento, & facie pallida, & domus non habeat nisi vnicum ostium, & intus reperiatur homo mortuus. tale est indicium violentum; & indubitatum, & erit sufficiens ad condemnationem, vt docet Clarus. d. quæst. 21. versic. si aliquis. Verum Angelus Arretinus de Maleficiis dicit, hoc indicium non sufficere ad condemnationem, sed ad torturam, & ita, practicatur. Idem tradit Iacobus Menochius, de arbitrariis Iudicium lib. 2. centuria. 3. casu. 270. nu. 18. Clarus tamen inquit se semper vidisse, in Practica seruari, quod istud appositũ sit in arbitrio iudicis: nam aliquando vidit reos, cõtra quos erant huiusmodi grauissima indicia grauiter torqueri. Interdum etiam vidit eos condemnari nõ tamẽ pœna ordinaria delicti, sed extraordinaria; atque adeo poterit Iudex, considerata qualitate facti, & personæ, amplecti quã opinionem voluerit.

Clarus. Arretinus.

Menochius.

Plura alia genera indiciorũ potuissent adduci, sed ista sufficiant; nam ex supradictis exemplis poterit prudẽs Iudex iudicare circa aliqua iudicia, quæ occurrere possunt, quænam leuia sint, quæ grauia,

&

& quæ grauissima, præsertim cum, vt supradictum est, in his omnibus plurimum Iudicis arbitrio tribuatur; qui ex causis rationibus personæ, loci, temporis ditionis, id sequetur, quod, & iusto magis conueniat, & humanitatem amplius condeceat.

## ADDITIONES.

a. ITa docet Clarus. quæst. 21. in principio. Hoc *idem tenet Gloss. in cap. veniens. el. 1. ext. de test. quam esse conuenientur approbatam asserit. Berous in d. cap. qualiter, & quando num. 78. ext. de Accusat. & Decius in d. cap. veniens num. 25. Adde, quod si ille, contra quem probata, est talis fama probet in suis defensionibus, se esse bonæ vocis, conditioni, & famæ non poterit torqueri, secundum opinionem omnium doctorum, vt ait Grandinus de Maleficijs tit. de præsumptionibus el. 1. num. 15. quem refert Clarus in pract. quæst. 60. vers. frequens etiam; qui in fine subdit hanc conclusionem procedere, quando contra Reum nihil aliud esset probatum, quam sola fama. secus autem, si vltra famam esset etiam aliquod aliud indicim super delicto: nam eo casu non obstante tali probatione a Reo facta, vtique posset ipse reus torqueri. & inquit quod ita vidit obseruari.*

Berous. Decius. Grandinus. Clarus.

b. 3. Partis num. 2. & 3. *Sed quid si reus confiteatur delictum coram Iudice tamquam priuato? Respondet Clarus. d. quæst. 21. versic. Sed hic cadit; quod talis confessio, non probat plene delictum, ita, vt ex ea possit condemnari; sed bene facit sufficiens indicium ad torturam: quia non est facta coram Iudici in forma iudicij: sed coram eo tamquam priuato non sedenti pro tribunali; & inquit hanc esse communem opinionem. Subiungit etiam idem Clarus in versic. vlterius*

Clarus.

quæro,

*quæro, quod confessio in tormentis facta, & reuocata à Reo negante delictum commisisse, facit contra eum indicium ad torturam, non tamen, vt tamdiu torquendus sit, donec in ipsa, confessione perseueret: sed ita, vt possit denuo torqueri, tamquam si aliquod nouum Indicium superuenisset, & inquit hanc esse communem opinionem sed de hoc plenius infra. cap. de confessis per torturam.*

c. Clarus. d. quæst. 21. versic. *pax. Nota, quod pax, seu transactio facta per aliquem offenso de ipsa offensione, siue iniuria facit contra eum indicium ad assumendas informationes: sed ad torturam non facit indicium, nisi in illis criminibus, in quibus de iure non est licita transactio. Clarus. d. quæst. 21. Qui inquit hanc esse communem opinionem.* Clarus.

## *De indiciorum probatione. Cap. VIII.*

INdicium quod libet probari debet saltem per duos testes. Vnde obser. est, quod, si vnus testis deponat de veritate delicti, puta quia vidit Petrum vulnerantem Antonium; vel audiuit Ioannem blasphemantem, Testis ipse solus facit indicium ad torturam, dummodo sit integer testis, & omni exceptione maior; quoniam vnus testis, qui non sit integer, & omni exceptione maior solus regulariter numquam facie indicium ad torturam. Indicium probari debet per duos testes.

Si vero testis non deponit de visu, vel de additu ipsius maleficij, vel de aliquo actu remota, vel propinquo ipsi maleficio, tunc talis testi solus, non facit indicium ad torturam, sed requiruntur duo testes ad ipsum indicium probandum, Ita Boss. d. tit. de Indicijs, post principium, & Clarus. quæ. 21. & Carer. in Pract. fol. 38. qui dicunt hanc esse communem opinionem, & in iure indubitatam conclusionem Bossius. Clarus. Carerius

sionem. Addit Boss. num. 19. quod duo testes deponentes, de duobus indicijs remotis, non coniunguntur ad faciendum vnum indicium perfectum, & duo testes similiter de auditu singulares, qui audierunt à diuersis personis, non coniunguntur ad faciedum vnum indicium. Et Caret. fol. 39. num. 4. inquit, quod si sit vnus testis, de fama, vnus, de confessione extraiudiciali, vnus de inimicia, vnus de fuga, & sic de similibus; non coniunguntur ad faciendum vnum indicium, usufficiens ad torturam, cum hæc indiciam, non sint perfecta in genere suo: quoniam quod libet indicium, debet esse perfectum in genere suo, nempe probatum per duos testes, vt dictum est: nam imperfecta indicia sunt ad instar peccatorum venialium, quorum numerus vnum non facit mortale. Nec obstat regula illa, Singula quæ non prosunt, simnl iuncta coadiuuant: quoniam, vt inqnit Carer. intelligitur quando sunt perfectam in genere suo vt tradit Bal. in l. 1. C. de confessis, & Alexand. cons. 201. vol. 4. Secundo obieru. est, quod quando testes singulares deponerent circa proxima indicia maleficio, quæ mouerent animum Iudicis, & deponerent, de pluribus præsumptionibus. v. g. Vnus Testis dicit se vidisse Petrum vulneratum, & in terra prostratum, & interrogatus, quis eum vulnerauit respondit, quod fuit Titius; alius Testis dicit se visse Titium aspersum sanguine, & fuggientem, & euntem ense euaginato, & sanguinolento. Alius dicat se vidisse Titium fugientem, & se abscondentem in nemore; certe ex istis testibus, licet singularibus, deprehenditur moueri mens iudicis ad torquendum reum. ita. Carer. & allegat Fulgos sic tunentem, in l. finali. C. familiæ, & multos alios.

Baldus. Alexand. Carerius. Fulgos.

Sed quando testes singulares deponunt super remotis

motis ab ipso maleficio, numquam iunguntur, ad faciendum vnum indicium perfectum, & licet vna præsumptio iuuet aliam; intelligitur, & procedit, quando quælibet præsumptio probata est per duos testes, alias non esset perfecta in genere suo, vt patet ex prædictis.

Et licet indicia sint arbitraria, vt supradictum est attamen non debet iudex ex quolibet indicio arbitrari ad torquendum reum; sed talia debent esse indicia, quæ de iure subsistant, & à iure approbentur, & non aliter; vt docet Idem Carer. vbi supra. Nam arbitrium iudicis debet esse iuris, & æquitati consentaneum, vt tradit Marsil. in pract. crim. §. diligenter. num. 24. Quem refert, & sequitur Menoch. dicto casu. 170. præcitato. num. 4. in fine.

Iudex nõ debet ex quolibet indicio arbitrari ad torquẽdũ Reum.
Marsilus.
Menoch.

## DE TERTIO SVBSTANTIALI Iudicij, De citatione Rei, & incarceratione. Cap. 7.

POstea quam dictum est, de informationibus, per prelatum assumendis, sequitur nunc tertium substantiale Iudicij, circa quod primo necesse est, vt videamus quid facere debet Iudex post ipsas informationes assumptas. Et in primis debet Iudex diligenter considerare, quid ex ipsis informationibus contra reum resultet, & an videatur sibi conueniẽs, vt deueniatur ad citationem, & ad decretum capturæ contra reum. Vnde obser. est, quod numquam citandus est aliquis, vt tamquam reus interrogetur, nisi delictum sit saltem semiplene probatum, vel ex testibus, vel ex indicijs, vel ex probata infamia Est etiam Regula communis, quod reus ante omnia citandus est, & si Iudex reum aliquẽ cõdẽnaret non vocatum prius; non solũ condemnatio esset nulla. sed etiã peccaret mortaliter; vt habet Nauar. in Manu. ca. 25. nu. 13. citatus vero debet illico inte-

Iudex quid facere debeat post essumptas informationes.
Nauar.

interrogari ad effectum inueniendi ex ore proprio veritatem. Et si post delictum commissum, reus sic mandantibus superioribus mutaret monasterium, Ciuitatem, vel Prouinciam, si inchoatus fuit processus, non liberatur ab obedientia ratione illius delicti Prædicti Prouincialis. cap. proposuisti, de foro compet. l. hæres. §. 1. §. si quis. ff. de Iud. Si vero nullus fuerit principiatus processus, tunc prouincialis, in cuius prouincia moratur reus, erit Iud. comp. illius.

Reus vocatus non est statim in carcerem detrudendus nisi fuga timeatur.

Vocatus. Item non est statim detrudendus in carcerem, nisi fuga timeatur, vel grauitas delicti hoc postulare videatur. nam licet clerici possint pro crimine personaliter detineri à iudicibus ecclesiasticis absque nota excommunicationis. cap. si clericos extra de sent. excom. in 6. tamen debet prælatus præcipue ad duo animaduertere. primum, ne leuiter, neque pro omni crimine, faciat fratrem incarcerare. Tum quia eius præiudium est intollerabile, vt notat Bald. in l. 1. C. de integ. restitu. postulan. Tum etiam, ne ipse postea habeat de iniusta captura coram Deo rationem reddere.

A

Bald.

B

Secundum, quod Prælatus animaduertere debet illud est, vt indicia, quæ resultant ex processu sint sufficientia ad capturam; & si quæras, quænam indicia erunt sufficientia. obser. est quod triplex genus carceris considerari potest. vt tradit Bernar. Diaz. in sua pract. crim. canon. cap. 126. Nam aut Index ideo incarcerat, quia solum prætendit custodire captum, dum, de delicto tractatur; & tunc sufficit, quod constet saltem præsumptio, de delicto, atque ita, quod Iudex habeat aliqualem informationem de ipso delicto, quamuis sint indicia leuia, vt tradit Clarus. quæst. 28. & quæst. 20. versic. ad inquirendum; & sufficiunt etiam minora indicia

Triplex genus carceris considerari potest.

Ber. Diaz.

Clarus.

quando

quando agitur, de crimine occulto, quam de publico, & quando proceditur contra personam vilem, quam contra nobilem. Aut carcer ordinatur, non solum ad custodiam, sed etiam ad afflictionem: quia Iudex intendit sola carceris pœna punire delictū, & tunc etiam requiritur, quod ad sint indicia plena, & probantia delictum; si quidem non potest puniri delictum, nisi sit plene probatum, vt infra dicetur. Aut insuper imponitur carcer in pœnam criminis per sententiam, & tunc etiam requiritur plena probatio delicti. Et regulariter talis incarceratio Clerici debet fieri ad custodiam, & non ad pœnam Ita dicit Gloss. in d. cap. Si clericos, in vers. posteaquam sequuntur omnes. Requiritur etiam, quod ipse Clericus, sit fugitiuus, timeaturque de eius fuga; ita colligitur ext. cap. vt famæ. extra, de sent. excom. & ita communiter intelligunt Doctores, vt ait Clar. quæst. 28. versic. quæro numquid, vel cum ex processu insurgit semiplena probatio, ratione cuius reus interrogādus (casu quo delictum neget) vi tormentorum est ad confessionem plectendus. tunc enim in carcerem est frater coniiciendus, vt vsu practicatur.

Q... ad ... Cle... incar... r... Clar. s.

Cæterum in Reis incarcerandis insignem Nauar. doctrinam in Rub. de Iud. num. 51. vers. ex quo infertur; placuit hic apponere, quæ talis est. Ex quo infertur primo multos iudices mortifere peccare, leuiter iubentes capi aliquos citra vllam necessitatem, infamiam, & suspicionem legitimam, nunc ob odium licet veniale, nunc ob vendictam, nunc ob rusticitatem, qua in se, vel suos est vsus, nunc ob subitam iram, nunc ob liberum Rei responsum, nunc vt illis, vel illis placeat. Sicut Herodes Act. 12. Apprehendit Petrum, vt placeret Iudæis; non considerantes, quanta ignominia inurunt captos.

Insignis Nauar. doctrina de captura

præ-

præsertim si sint viri virtute, eruditione, nobilitate, & etiam diuitijs insignes; neque perpēdētes, quod ad restitutionem famæ sic lesæ teneantur: quia qui causam damni dat, &c. cap. fin. de iniur. l. qui occidit. ff ad legem aquilam. Hactenus Nauarrus.

Reus Igitur postquam vocatus fuerit siue in carcere, siue extra carcerem examinetur, in cuius examine obseruare debet Iudex illa tria, quæ ex communi omnium fententententia necessaria sunt.

## ADDITIONES.

a. ET consuetudinem. *Clericos posse pro crimine personaliter detinere à Iudicibus ecclesiasticis absque nota excommunicationis clarissimum est & per iuris decisionem, in cap. si clericos, & ibi scribentes, & per communem praxim, & consuetudinem. Nam licet Clericus capi non possi a laico sine sui superioris mandato absque metu excommunicationis, cap. licet, vt famæ ext. de sent. excom. attamen vt obuietur. delicto per eum committendo poterit per laicū capi absque metu excommunicationis, vt tenet Abb.* Abb. *in cap. cura non ab homines, ext. de Iudicij. & in ca. at si clerici eodem titulo. Bernard. Diaz. in pract. crimin. canon. cap. 123. & ibi* Ignatius Lopez. *in addit. cum alijs per eum allegatis.* Et *Nauar. in Rub. de Iudi. num. 92. qui inquit istud communiter teneri.* Diaz. Lopez. Nauar.

*Similiter potest Iudex secularis capere, vel capi facere clericum in fragranti crimine, & incarcerare absque metu excommunicationis, si ibi non est iudex ecclesiasticus qui eum capiat, vel capi faciat, dummodo remittat eum statim. Ita tradunt doctores in cap. vt famæ ext. de sent. excom. Bernard. Diaz. vbi supra cum allijs allegatis, per Ignatium Lopez ibidē in addit. in vers. In flagranti crimine. Qui inquit, quod non solum hoc permittitur* Iudici *seculari, verū* Diaz. Lopez.

ad

*etiam cuicumque priuato, vt ad Iudicem suum deducatur, vt notat* Bart.*in l.si quis in securitate.ff.de furtis. Et hæc est communis opinio, vt refert. Iulius Clarus in pract.crim.q 28.vers.si vero loquimur.* Bart. Clarus.

b. Rattionem rederre. *Concordat* Nauuar. *in Rub.de Iudi.num.83.Qui inquit, quod prælati debeet abstinere a conijciendo in carcerem præsertim viros honoratos, & de fuga non suspectos, donec iustam informationem de crimine habeant, quamuis illam ipsis nescientibus suscipere possint, & mandatum de vocando personaliter, vel etiam de capiendo dare, iuxta doctrinam Salyceti in cap.nullus. C. de exiben.reis. & late traddit Hippol.de Marsilijs in practic.crimin.in. §.constante dummodo eo propositio actuali, vel virtuali faciant. vt appellationem iusta de causa interpositam admittant, si ea iussus, capi vel captus iam interponat. vt Bald. determinat in l.si clericos. C. de episco.audientia: quia grauamen illatum per illam interlocutoriam, de capiendo non potest satis reparari per definitiuam, quo casu etiam de iure Cesareo appellatur.l.2.C.de appel.non rec.p.& etiam iure Concil.Trident.sess.13. cap. 1.de Reformat. hæc* Nauar. Nauar. Salycetus. Hippolit. Bald. Con. Trid

*Si autem quæras, quæ sint illa crimina pro quibus aliquis potest incarcerari, dico, quod non potest dari certa regula, sed relinquitur arbitrio iudicis, qui potest poterit hoc abitrari ex qualitate delicti, & personæ, & ex consuetudine Religionis, quando tamen extarent aliquæ cõstitutiones aliquid circa hoc dispõentes, illæ deberent obseruari. Vnde in constitutionibus Giulielmi Farinerij ita iam sancitum legimus. Nulus frater incarceretur nisi pro manifesto, et enormi excessu, enormẽ autẽ dicicimus excessum, vel ratione grauis peccati, vt est lapsus carnis, inobedientia cõtumax & perfidia hæresis, vel ratione circumstantiæ, sicut est furtum rei notabilis, vel notorie factum, seu etiam*

*quia frequenter iteratum; & de similibus idem iudicium habeatur. Sed (vt ego arbitror) loquuntur in casibus, in quibus possunt etiam Guardiani incarcerare fratres propter aliquod delictum manifestum; sed non tollunt authoritatem, & libertatem Ministris Prouincialibus, quin, & in alijs casibus, non possint fratres incarcerare, quando contra eos formant inquisitionem, & timetur de eorum fuga, vt dictum est. Et regulariter si pro delicto venit infligenda pœna corporalis, potest reus incarcerari, vt tradit Clarus in pract. crim. q. 28. in princip.*

Clarus.

c. Quam contra nobilem. *Et hic adde vnum, quod si postquam reus facit carceratus, pendente processu appareat ipsum non esse culpabilem illius delicti, de quo imputatur, quod multoties contingere solet, relaxari poterit, l 1. ff. de custod. & exhiben. reis. ibi vel pro innocentia personam. Ita Clarus in pract. crimin. quæst. 46. versic. Quid agendum, qui multos allegat, prout eum refert, & sequitur Ignatius Lopez in additio. ad pract. crimin. Bernard. Diaz. cap. 125. col. 3. versic. si pendente.*

Clarus.

Lopez.

## *Quæ sint necessaria ad examinandum Reum. Cap. 71.*

Tria requiruntur ad hoc, quod reus interrogari possit.

D. Thom.

Caiet.

SVmptis informationibus, seu indicijs, si ex processu resultent indicia, quę sufficiant ad interrogandum reum, debet Iudex; vt diximus, vocare ipsum reum, & ipsum interrogare super his, quę contra ipsum continentur in inquisitione. Dixi si adsint indicia sufficientia, ad interrogandum reum: quoniam ad hoc, quod iudex iuste, & recto ordine iuris possit reum, de crimine interrogare tria requiruntur, quæ tradit S. Thom. 2. 2. q. 69. art. 1. & 2. Caiet. ibi. Primum est, quod Iudex sit compe-

tens,

tens, secundum, quod delictum sit probatum plene, vel saltem semiplene, hoc est, saltem per infamiam, vel per vnum testem, omni exceptione maiorem, vel per indicia illis æquipollentia, tertium, quod talis probatio sit ipsi reo notificata, vt sciat reus, in quo statu est; sequuntur hanc conclusionem omnes Theologi, & summistæ. Et si Iudex interrogaret reum præter hunc iuris ordinem, peccaret mortaliter, vt tradit Nauar. in Manu. cap. 18. num. 49. quia iniuste dat causam notabilis infamię proximi, dum extra potestatem suam inquirit, contra l. finali, ff. de iurisdict. & cap. 2. de constitutionibus, libro 6. A Nauar. B

Sed antequam vlterius progrediat circa reum, volo animaduertere vnum, quod qui de aliquo crimine accusatur, vel denunciatur; interim promoueri non potest ad honores & dignitates, & est text. expressus in cap. omnipotens Deus, extra de accusat. Qui de aliquo crimine accusatur, vel denunciatur ad ordines, & dignitates promoueri non potest.

Stante ergo supradictn conclusione, quod delictum sit saltem semiplene probatum, tunc debet Iudex vocare reum, eumque interrogare, vt ipse possit se ipsum defendere; aliàs processus esset ipso iure nullus, etiam, quod mille testibus contestibus esset conuictus. Nam regula communis est, atque communis Theorica, quod reus antea omnia legitime citandus est: quia vbi non esset citatus, vel citatio esset nulla, vel minus legitime facta, processus, & sententia, & omnia, quæ sequuntur sunt ipso iure nulla; vt dicit Glos. in l. si accusatoribus, in Glos. finali, C. de accusat. & est communis Theorica. & hoc habet locum non solum in quolibet Iudice. sed etiam in ipso Principe: nam nec ipse (potestate ordinaria) potest procedere contra aliquem non citatum, etiam, quod ille esset suus sub- C Iudex debet vocare reum.

ditus,& est communis opinio, vt ait Sonc. cons. 87. post. num. 19. versic. capio sextum. lib. 3. & Clarus late in pract. quęst. 31. in principio, quam conclusionem inquit procedere etiam, si delictum esset notorium: quoniam audiendus est ipse reus, si forte velit aliquid ad sui defensionem adducere, vt latius per eumdem Clarum. quæst. 9. vers. quęro nũquid.

Socinus. Claru.

Obseruandum est tamen, quod apud nos talis stilus citandi reos, non est in vsu, sed si ipsi sunt in carceribus, Prælatus facit eos conduci coram se, & si sunt extra carceres, mittit ad illos litteras obedientiales præcipiendo eis, vt veniant ad illum, & cum venerint interrogat eos circa ea, quæ contra ipsos continentur in inquisitione per ipsum formata; quæ (meo iudicio) seruiunt pro ipsa citatione.

Minor. obseru.

Et debet intelligere ab eius, num aliquam habeant defensionem: quoniam defensio est de iure naturali, quæ nemini vnquam auferri licet, vt dicitur in Clement. Pastoralis. Nam Deus, qui sciebat peccatum Adæ, primum vocauit eum dicens, Adam vbi es? Et similiter uocauit Caym inquiens; Vbi est Abel frater tuus? & homo ille diues audita infamia Villici sui uocauit eum dicens, Quid hoc audio de te? &c. Et si iudex condemnaret aliquem reum inter nos, non uideatum prius, & admonitum, si aliquid vult adducere ad sui defensionem peccare non aliter, vt docet Nauar. in Manu. cap. 25. in tit. de peccatis iudicium superiorem agnos. num. 13. Debet ego prælatus interrogare reum coram se vocatum super ipso delicto, uel delictis in inquisitione contentis.

Debēt reo defensiones offerri quæ sunt de iure naturali.

Nauar.

Sed quæritur, an si Reus priusquam examinetur, petat sibi dari prius copiam indiciorum contra eum existentium, nunquid iudex debet illam dari facere?

Si reus petat copiā

Respon-

Reſpondetur, quod de iure forte dici poſset, quod ſit & ita tenet practica Papienſis in forma inquiſitionis, in ver. fama publica. num. 3. Sed quic quid ſit de iure, conſuetudo ſeruat totũ oppoſitum, quod ſcilicet Reus interrogetur, & examinetur ante datas defenſiones, & copiam indiciorum. Et ita quotidie practicari, inquit Foller. in practica crimin. canon. fol, 165. num. 9. & Clarus in quæſt. 43. uerſ. ſed quid ſi Reus, & inquit, quod ſtante hac generali conſuetudine, male faceret Iudex, qui aliter obſeruaret in practica. indiciorũ, quæ ſunt contra ipſum antequam examinetur, non eſt ei exibenda. Foller. clarus.

Contra tamen hanc ſententiam uidetur tenere Bernardinus Diaz. in ſua practica crimin. canon. cap. 118. Qui mouetur duplici fundamento. Primũ eſt, quia cum purgatio Canonica, in qua Iudex exigit iuramentum Reo, de veritate dicenda non poſſit imponi, niſi prius præſtita infamato copia ipſius infamiæ, vt poſſit ſe ipſum purgare, & circa illam ſe defendere. Ita nec iudex poterit interrogare reum clericum cum iuramento, niſi prius præſtita ſibi copia indiciorum, vt ſe poſſit defendere. Ber. Diaz.

Secundum eſt, quia ſicut ante torturam debet dari reo copia indiciorum, ut dicetur infra in cap. de Tortura, ita debet dari ante interrogationem.

Cæterum hæ rationes (iudcio meo) nihil obſtare videntur: nam quantum ad primum dicimus, quod cum purgatio Canonica indicatur infamato ad hoc ut ſe purgare poſſit ab infamia, neceſſe eſt (vt ſe purgare, & defendere poſſit,) quod ei detur in primis copia ipſius infamiæ, at in caſu noſtro, cum interrogatur, non ei indicitur, vt ſe defendat, ſed vt reſpondeat, & veritatem dicat de eo, circa, quod ĩterrogatur, quod ſi negat, & ſe defendere velit, datur poſtea illi ĩdiciorũ copia, vt ſe defendat. Pręterea fundat ſe Diaz. in eo, quod in purgatione datur

iuramentum,& ita idem erit,quando reo interrogato datur iuramentum; verum apud nonnullos non datur reo iuramentum. Quantum ad secundum ratio est longe diuersa, quia cum agatur, de infligendis tormentis: quæ postquam illata sunt, sunt irreparabilia cum non possint amplius tolli, condecens,& iustum est, quod reo detur copia indiciorum, ante ipsam torturam, vt possit ea elidere,ne iniuste torqueatur, eique inferatur damnum irreparabile; quæ quidem ratio cessat omnino in casu supradicto. Præterea quidquid sit de iure, diximus supra,quod talis est consuetudo, quod nõ detur talis copia; a qua quidem consuetudine,non est in practica ab aliquo iudice recedendum,vt inquit Clarus in d. q.45. vide Ignatium Lopez in d. cap. 127.

Clarus. D

An reo antequam examinetur debeat iuramentum deferri.

Secundo. Quæritur, numquid in huiusmodi Rei examine, & interrogatione facienda, deferri debeat a Iudice Reo iuramentum de veritate dicenda.

Respondetur,quod prima fronte videtur dicendum,quod non quia nemo cogi debet ad detegendam propriam turpitudinem,l.alias, ff. de iureiuran. prout est communis Regula teste Decio, in l. finali, post num.6.C.de edendo,atque ita satis esse deberet simplex interpositio fidei,pro vt est de consuetudine, in Regno Franciæ teste Marco. decisione 674.

Decius.

Marcus.

In cõtrarium tamen est communis opinio, quod scilicet Reo deferendum est iuramentum,de veritate dicenda, ita docet Bartol. in l.inter omnes, §. recte in fine, ff. de furtis, qui in hoc communiter ab omnibus approbatur, vt inquit August.ad Angelum de Maleficijs,in ver.comparuerunt. Idem docet Bartol.in l.1.post num.6.C.de iuram.calumniæ,

Bar. August. Bartol.

niæ, dicit ita obseruare omnem stilum Italiæ. vbi Bald. etiam nume. 8. idem dicit. & Marian. in cap. qualiter, & quando, num. 227. quæst. 84. in fine, attestatur hodie hunc stilum esse Italiæ, tam in inquisitione, quam in accusatione dandi iuramentum Reo, de veritate dicenda.

Bal. Marianus.

E

Clarus tamen in d. quæst. 45. vers. sed quæro, inquit, quod hęc practica nunquam sibi placuit: quia est manifesta occasio periurij, si quidem Rei propter metum illius iuramenti, numquam solent fateri delictum, vt quotidie experientia docet. Et tamen est communis conclusio, quod vbi subest periculum, & probabilis suspicio periurij, numquam est deferendum iuramentum. Subdit tamen, quod quicquid sit, non auderet in practica recedere à communi obseruantia, atque ideo in locis, in quibus obseruatur, vt reo deferatur huiusmodi iuramentum, Iudex debet illud deferre: nam minime sunt mutanda, quæ communiter obseruantur.

Apud nos vero minores obseru. credo, quod nō adsit ista consuetudo deferendi iuramentum reo de veritate dicenda, sed, quod tantum a Prælato ei præcipiatur in virtute obedientię, quod velit fateri veritatem, & hoc ( iudicio meo ) sufficere deberet, vt omnis occasio periurij tollatur, postquam etiam Clarus vir præstantissimus, & eruditissimus testatur sibi displicere talem consuetudinem, vt potè præbentem occasionem periurij.

Cæterum si communis praxis seruetur, quod nō inficior, si reus in ipso examine falsum dicat, in foro contentioso, tamquam periurus puniri non potest, sed solum habet Deum vltorem. ita inquit Alex. in Apostil. ad Bartol. in l. 1. sub nume. 1. ff. de bonis eorum, qui ante sentent. cui nemo contradi-

Reus in examine falsum dicens, vt periurus puniri nō potest. Alex.

Clarus. Bossius. cit, vt inquit Clarus in d. quæst. 45. vers. quid ergo si reus, & Boss. tit. de periurijs. num. 3. dicit ita practicari. Bene verum est, quod si reus in examine dicat aliquod mendacium, dequo deinde conuincitur erit tale mendacium contra reum sufficiens, indicium ad torturam prout ipsemet Clarus dixit in qu. 22. uers. mendacium, & dictum est supra in cap. de Indicijs.

## ADDITIONES.

2. ET summistæ. *Adde, quod non possunt Iudices interrogare eos super criminibus occultis, nec Rei tenentur eis respondere nisi, vt dictum est adsint indicia sufficientia, & coram ipsis probata.* Nauar. *Nauar. late in Rubr. de Iudicijs. nu. 53. & sequentibus, & in cap. quis aliquando. §. his auctoritatibus, de pænit. dist. 1. vbi hoc probat. 9. fortissimis fundamentis: & inquit Iudices contrarium facienter grauiter peccare: & omnem vsum, & consuetudinem dictæ conclusioni contrarium, si vbi eßet dici potius, & merito corruptelam: ea firma ratione, quod omnis vsus, & consuetudo contraria legi naturali, vel diuinæ, vel consequentibus necessario ex eis, est appellanda cortuptela. cap. mala. cap. quo frustra. cap. quo iure sub fine. 8. dist. & cap. finali. ext. de consuetud. Et est etiam contra tex. in cap. erubescant. 32. dist. ibi, secretorum antem cognitor Deus & Iudex est. cap. Christiani. 32. quæstio. 5. & cap. consuluisti. 2. quæstio. 2. vbi occulta, & incognita illi sunt relinquenda, qui solus nouit corda filiorum omniū. Et quamuis tex. in ca. 1. ext. de offic. ordin. & in l. congruit. ff. de offic. ordi. Præsid. probet* Episcopum, *& Præsidem posse, & debere inquirere generaliter, de criminibus occultis. id tamen intelligitur secundum Doctores communiter*

via

*vla iuris. quod scilicet possint per viam iuridicam peruenire ad eorum cognitionem, quæ à principio sibi fuerunt occulta, vt pulchre declarat Nauar. in d. Rubr. de Iud. loco supra proxime allegato. num. 66.* Nauar.

b. De const. lib. 6 *Idem tenet Nauar. in cap. inter uerba. 11. quæstio. 3. in 6. conclus. num. 15. & latius in d. Rub. de Iud. num. 77. & 78. ubi hoc pluribus probat; & maxime ea fortissima ratione, quia præcepta decalogi sunt leges naturales, & diuinæ secundum S. Thoma. 1. 2. quæst. 94. art. 2. & 2. 2. quæst. 122. art. 1. Detrahere autem est contra. 8. præceptū decalogi, ut declarat Nauar. & mente S. Thom. et Ale. de Alex. in Manu. cap. 18. num. 1. & in d. Rubr. de Iud. num. 54. Prælati autem, in inquirunt de occultis absque infamia, uel aliquo illi æquipollenti dicuntur peccare mortifere peccato detractionis, seu infamationis, ut declarat. Idem Nauar. in Manu. cap. 18. num. 38. & latius in d. Rub. de Iud. num. 77.* D. Thom.

Nec sufficit, *quod prælatus sciat esse duos, aut tres testes, quibus delictum fratris probari possit, ut clare inquit Summus Pontifex Innoc. in cap. Inquisitionis ext. de accusa. longe enim utilius censet Ecclesia Christiana seruare bonam famam Clerici, qui deliquit, quam punire delictum dissipando eius famam inordinate. Poterit bene Prælatus præcipere vni illorum trium testium, denunciet illud delictum sibi tamquam iudici, & tenebitur obedire sub pæna peccati mortalis iuxta Nauar. in Manu. capi. 25. tit. de peccatis testium. num. 46. Ratio autem quare dicta illorum duorum, uel trium testium non sufficiant illa est: quia extraiudicialiter apud prælatum, de crimine testantur. Nam indicia solum iudicialiter recepta, & probata sufficere possunt ad inquirendum contra delinquentem: quia æquipollent infamiæ, ut inquit ipse Nauar. in d. Rub. de Iud. num. 69. non antē* Innocen. Nauar.

*extra-*

extraiudicialiter probata: nam iudicialiter probata inducunt notorietatem iuris, quæ dicitur accusator fictus, vt inquit Nauar. ibidem post numero 95. prope finem.

c. De accusationibus. Aduerte quod hoc dictum locum non habet elapso anno, vt ibi tradit Gl. per tex. in l. Reus, §. eum, ff. de munerib. & honorib.

d. In d. quæst. 45. Adde fuisse aliquorum sententiam, quod Reus (si delictum negat) non est vlterius examinandus, sed recipiuntur testes, & ad vlteriora proceditur ad perfectionem processus; & hæc est com-

Marianus munis opinio Doctorum, vt inquit Marianus in cap. qualiter, & quando, post num. 217. quæst. 75. in fine, extra de accusat. Hodie tamen seruatur contrarium de consuetudine. Nam si facta inquisitione Reus compareat, & neget, nihilominus interrogatur, & examinatur super ea; & ita communiter obseruari in practica attestatur, idem Marianus loco pręcitato, &

Clarus. in hoc nulla est difficultas, vt inquit Clarus in pract. crim. quęst. 45. versic. scias autem. Et tunc dicendus est terminus reo ad se defendendum etiam si illum

Marsilius. non petat, vt docet Marsil. in pract. crim. in §. Nunc

Foller. videndum, in princip. & tradit late Foller. in pract. crim. folio mihi 268. sub Rubr. & facta litis contestatione detur terminus ad probandum, nu. 1. Qui subdit hoc non procedere in capto in flagranti crimine per

Clarus. officiales ad hoc deputatos. Sed Clarus in practica q. 9. versic. sed numquid. tenet hoc verum esse, quando reus confiteretur delictum, sed vbi illud negaret, tutius esset dare illi defensiones, nisi reus præter deprehensionem in flagranti crimine esset etiam per testes de ipso delicto manifeste conuictus.

Danda est etiam ipsi Reo inquisito copia capitulorum, seu, vt aiunt repertorium, quo valeat, & possit se ipsum defendere, vt fuit dictum supra in cap. 2.

sunt

Sunt autem capitula illa, quæ eliciuntur ex testibus, & indicijs quæ in processu contra ipsum reum continentur. Et de hoc est textus optimus in cap. veniens, el 2. extra de accusat. Numquam enim defensionis facultas deneganda est l. defensionis facultas, C. de iure fisci, lib. 10. & est communis conclusio ab omnibus approbata, vt per Doctor. in l. 2. C. de edendo, & tradit Clarus in pract. crim. quæst. 49. An autem debeant ei exhiberi nomina testium patebit inferius in cap. de defensionibus. Clarus.

Sed quid si Reus antequam confiteatur, vel neget petat dilationem ad respondendum, an velit cedere, vel contendere, numquid erit illi concedendum? aliqui tenent, quod sic, vt inquit Alex. in l. 1. in princip. num. 6. ff. de edendo, sed contrariam sententiam, quod imo super facto proprio, non debeat dari Reo terminus ad deliberandum tenuit Bald. in l. cum falsum, num. 2. ff. de acquir. hæred. & hanc opinionem inquit esse communem August. ad Angelum de Maleficijs, in vers. comparuerunt, quam inquit seruari de consuetudine Clarus in d. q. 45. uers. sed hic quæro, & Salyc. in Auth. Offeratur, num. 6. cap. de litis contestatione attestatur, quod secundum practicam mundi non sit dandum in criminalibus tempus ad deliberandum. Idem tenet Ignatius Lopez in addit. ad pract. crim. Bernard. Diaz, cap. 127. vers. Quinto asserendum est. Alexander Bal. Aug. Clarus. Salycetus Lopez.

Sed quid si Reus noluerit respondere in aliquo interrogationi sibi legitimæ factæ? Respondetur, quod Iudex debet ei facere tres monitiones cum debitis internallis cum aliqua pœna, quibus factis si noluerit respondere, ipsum mulctabit, & condemnabit ad pœnam in mandatis contentam ita tradit Petrus Folle. in pract. criminali, in 1. parte 2. partis, sub Rubr. & si comparent ante contumaciam examinentur, nume. 3. Petrus.

folio

*folio mihi 151. imo subiungit, quod poterit etiam ipsum torquere. Idem etiam docet Bald. in l. accusat. numero 11. C. de accusat. qui inquit, quod ipse poterit etiam condemnari ad torturam, si confiteri, vel respondere nolit, uel si dubie confiteatur. puta si dixerit. Non scio, non recordor. refert, & sequitur Ignatius* Lopez *loco supra proxime allegato, vers. Quarto quod si reus, qui inquit hanc opinionem approbatam fuisse in Regio Neapolitano Prætorio teste Capicio decisione 145.*

Bal.

Lopez.

c. De veritate dicenda. *Et cum Reus, vel testis iuramentum præstat, debet cum iuste interrogatur iuxta mentem Iudicis interrogantis, & non secundum propositum aliud iurare, alioquin dolosum committeret iuramentum, & grauiter peccaret secundum S. Thomas 2.2. quæst. 89. art. 7. in responsione ad 4. & ibi Caiet. & Sotus lib. 8. de iustit. & iure, quæst. 1. artic. 7. quos refert, & sequitur Ignatius Lopez loco supra proxime allegato, uersic. 7. est circa hoc. Qui subdit idem iudicium habendum de æquiuoco iuramento, quod simulatis verbis artificio se concipitur; ita, vt duplicem sensum accipere possit. Nam si licite petitur non licet tali amphibologia vti ob maximam iniuriam, quæ fit iudici, qui habet ius exigendi, ut dicit Sotus d. artic. 7.*

D. Thom.
Caiet.
Sotus.
Lopez.

Reus rite, & secundũ ordinẽ iuris interrogatus tenetur fateri delictum à se perpetratum.

## *An reus interrogatus à Iudice teneatur fateri ueritatem. Cap. III.*

DIco primo, quod reus tenetur, quando rite, & secundum ordinem iuris interrogatur à suo iudice, confiteri verum crimen, quod perpetrauit, aliàs peccat mortaliter, etiam si esset crimen morte plectendum; est communis sententia Doctorum D. Thom. 2.2. quæst. 59. art. 1. & Caietan. ibidem. Hen-

D. Thom.
Caiet.

Henrici quol. 1. quæst. 33. Palud. in 4. distinct. 19. quæst. 4. versus finẽ. Gabr. in 4. distin. 15. quæst. 6. art. 2. concl. 6. Sot. de secr. m. 2. quæst. 7. Nauar. cap. 25. num. 53. Couar. qq. pract. quæst. 23. Anton. Gomez. tomo 3. cap. 12. num. 5. Dixi secundum ordinem iuris, secundum quem tria requiruntur, vt supra proxime dictum est, primum, vt Iudex sit competens, secundum, quod delictum sit saltem semiplene probatum, tertium, quod hæc probatio sit notificata reo; quo videat se ad obediendum mandato iudicis teneri: secundum vtrumq; Thomam loco supracitato, & Sotum. Et in tantum est obligatus reus ad confitendum, vt a Confessore nõ sit absoluendus, nisi illud proponat confiteri: nam, vt recte dicunt prædicti Sotus, & Nauarrus, talis reus in non confitendo, peccat mortaliter, neque cũ peccati pęnitet, imo in illo perseuerat, & per consequens veniam non meretur, nec absolutionem, c. peccati venia, de reg. iur. in 6. quam sententiam inquit Nauar. esse singularem, & quotidianam. Vide summam Coronam, in cap. de restitutione famæ, in fine, vbi de hoc satis late loquitur, & nouissime Lessium de iust. & iure, lib. 2. cap. 31. dub. 3.

Henricus. Palud. Gabriel. Sotus. Nauar. Couar. An. Gom.

Summa Corona.

Lessius.

Dico secundo, Reum non teneri veritatem fateri, si iudex non interroget iuridice, hoc est non seruato iuris ordine colligitur ex cap. qualiter, & quãdo, & c. cum oporteat, & cap. Inquisitionis, de accusat. estque communis sententia Doctorum. Vide Henricum. quolib. 1. quæst. 34. Syluestr. & Angel. Confes. V. Petrum Nauar. lib. 2. cap. 4. num. 136. & ratio est, quia non potest tunc reo vllam obligationem imponere, ad crimen aperiendum; cum ius ei hanc potestatem non concedat.

A Reus non tenetur veritatem fateri si non interrogatur iuridice

Henricus. Syluestr. Ang. Petr. Nau.

Dicitur autem Iudex interrogare reum non seruato ordine iuris, quando de crimine occulto interrogat,

terrogat, de quo neque est fama contra reum, neque indicia competentia, neque probatio semi plena. Vt enim reo possit imponi obligatio a iudice ad fatendum crimen requiritur, vt iam aliquo modo deductum sit ad notitiam publicam, ita, vt reo non suppetat probabilis ratio celandi, seque defendendi: quam diu enim delictum est ita occultum, vel incertum, vt ipse possit se probabiliter tueri, & depellere obiecta; contra omnem rationem, atque adeo contra ius naturæ est, vt ipsi imponatur obligatio in foro conscientiæ ad illud in suam perniciē pandendum: tale enim præceptum est nimis durum, & minus consentaneum conditioni hominū; cum nemo, vel nisi paucissimi illud sint seruaturi; quia nemo spoliandus est armis, quibus videtur iuste se, suaque tueri.

B Reus, quā do dubitat an iuridice interrogetur, non tenetur fateri delictum. Caietan. Sotus. Adrianus

Dico Tertio, Non tenetur reus etiam crimen fateri, quando dubitat, vtrum iudex iuridice, idest ordine iuris seruato interroget. Ita Caiet. 2. 2. q. 69. articu. 1. Sotus de secr. m. 3. quæst. 2. conclus. 2. Adrian. quol. 2. Probatur primo, Quia nemo tenetur parere superiori cum graui suo incommodo, nisi constet eum legitime præcipere, & habere obligandi authoritatem; cur enim tantum onus teneatur suscipere ab eo, de quo dubitat an possit imponere? secundo in dubio fauendum est reo; secus est, quando inde nullum notabile incommodum metuitur. Quod an de teste concludat considera, & vide ea, quæ diximus supra de Testibus.

Iudex tenetur aperire Reo statū causæ. Caietanus

Hinc sequitur, Iudicem teneri aperire reo statum causæ, probationes, indicia, & testes, vt videat iuridice contra se procedi, seque interrogari posse, &, vt si quid contra habeat possit opponere, & excipere, vt notat Caiet. 2. 2. q. 69. art. 1.

Pro ampliori tamen dictorum intelligentia ob-

seru. est primo, quod in re parui momenti occultare veritatem, aut mentiri, in Iudicio non est peccatum mortiferum, si absit iuramentum, vt si mentiatur, circa aliquam circunstantiam facti, vnde status causæ non pendet, quia materiæ tenuitas in præceptis excusat a mortali.

Occultare veritatem vel etiam mentiri in iudicio iure parui momenti non est lethale peccatum, si iuramentum absit.

Secundo obseru. est. Si iudex quærat de facto, quod absque culpa saltem læthali patratum est, reum non teneri respondere ad mentem iudicis. v.g. occidisti Petrum te inuadentem cum iusto moderamine, vel absque notabili excessu; non teneris fateri te occidisse, etiam si de te sparsa sit infamia: quia iudex quærit de occisione criminosâ, & si fatereris, nec posses probare te causa necessariæ defensionis fecisse, condemnaret te homicidij ex falsa præsumptione. Pari modo si tu non es Author criminis, non teneris fateri aliquas circumstantias, ex quibus orietur vehemens suspicio te esse authorem. v.g. hunc esse tuum pugionem, te eo loco fuisse, &c. quia ipsius interrogatio, & si sit legitima, atque iuridica, tamen ex falsa præsumptione procedit, vt docet Salon. de iust. & iure, q. 59. art. 2.

Reus non tenetur fateri delictū, quod absque lethali culpa patratum est.

Salon.

In his igitur casibus negare potest, quod sibi detrimentosum foret, adhibita conuenienti restrictione mentis, de qua vide Nauar. in cap. humanæ aures, 22. quæst. 5.

Nauar.

Tertio obseruan. est, vt Reo possit iuramentum deferri in causa criminali, requiri ea indicia, seu probationes, quæ sufficiunt ad torturam, vt docet Couar. & alij DD. quia iuramentum est spiritualis quædam tortura, cum non pessimam mentem non minus vrgeat ad veritatem dicendum, quam tortura. Idem dicendum videtur de obligatione confitendi criminis: nam non minus est hanc imponere obligationem, quam imponere necessitatem iuran-

Quę requirantur ad hoc, quod Reo possit iuramētū deferri.

Couarru.

iurandi, vnde ex ſimplici infamia, ſi nullum aliud adſit indicium, non puto poſſe imponi obligationem fatendi: & merito; quia infamia ſola non facit ſemiplenam probationem, ſed ſolum ſupplet vicem accuſatoris, vt dictum eſt ſupra.

An reus poſſit crimen ſemiplene probatum negare quãdiu eſt ſpes euadendi. Panorm.

Sed dubium eſt, An Reus poſſit crimen ſemiplene probatum negare, quamdiu ſpes eſt euadendi? Panormitan. in cap. 2. de confeſ. col. penult. dicit, quod quamuis Iudex, quando præcedunt indicia, vel infamia, vel ſemiplena probatio, poſſit interrogare reum de crimine a ſe perpetrato, ipſe tamen reus poteſt illud negare, ſiue iudex inquirat ex mero officio, ſiue ad inſtantiam partis. Si autem pœna imponenda, non eſt temporalis, ſed ſpiritualis, vt excommunicatio, dicit hæc opinio, quod tenetur ſub peccato mortali delictum confiteri. eamdem ſententiam tenet Sylueſtr. verbo Confeſſio delicti, q. 1. Angelus eodem verbo, num. 1. Et ratio huius opinionis eſt: quia nullus tenetur, ſe ipſum condemnare, & contra ſe ipſum arma miniſtrare. Hoc autem non contingit in pœna ſpirituali. quia cum iſta, non tam ſit pœna, quam medicina; non tam in illa habet ius Reus ſe meliori via; qua poterit defendendi; quam in pęna temporali, quæ vere, & proprie eſt pœna.

Sylueſtr.

Angelus.

Petr. Nau.

Petrus Nauar. lib. 2. de Reſt. cap. 2. in 22. parte illius, dubitatione 2. quamuis exiſtimet falſam opinionem Panormit. vniuerſaliter intellectam de omni pęna temporali, propter rationes a nobis infra ponẽdas, dicit tamen, quod pie, & probabiliter poteſt teneri in cauſa criminali, præcipue capitis, poſſe reum in conſcientia veritatem, ſecluſo mendacio, contegere, etiam ſi ad interrogationem iudicis præceſſerint indicia, vel infamia, vel ſemiplena probatio. eamdem ſententiã ſecuti ſunt Eman. Sà,

Eman. Sà.

Reus

Reus 5. Leonardus Leſſius vbi ſupra, & quidam alij recentiores; quam ſic primo probant: quia præceptum illud fatendi criminis, quamdiu eſt ſpes euadendi, eo quod nondum ſit plene probatum, videtur nimis difficile, neque ſatis accommodatum humanæ imbecillitati: vix e centum vnus reperiretur, qui ſi ſperat, hac ratione, ſe poſſe euadere mortem, non ſit crimen negaturus. atqui præcepta, vt obligent debent eſſe conſentanea conditioni humanæ, ſicut, & leges. Secundo quoniam in cauſa ſanguinis, ob rei magnitudinem, de qua agitur, & naturalem, ac vehementem inclinationem, quam natura hominibus dedit ad ſui conſeruationem, ipſa eadem natura tribuit ſummam, ac liberrimam facultatem ſe tuendi: hac enim de cauſa licitum eſt aliena ſurripere, quæ (extrema vitæ neceſſitate excluſa) ſurripere non liceret, & occidere inuadentem, cuius alias occiſio eſſet, peccatum grauiſſimũ. Tertio confirmatur hæc ſententia ext. l. 4. ff. de Teſtibus. nam ſi, vt ibi dicitur conſanguineus, non poteſt cogi ad teſtificandum contra conſanguineum, nec ſimiliter, (vt Couar. docet) quando teſtis aliquod magnum diſpendium, timet in ſe ipſum; Couar. quanto magis id dicendum erit, quando aliquis contra ſeipſum in cauſa capitis debet dicere teſtimonium? quis enim eſt magis Conſanguineus, quã quiſque ſibi? Et quod poteſt eſſe maius diſpendiũ, quã mortis? Probatur quarto, lex humana non poteſt obligare, cum periculo mortis, niſi magnitudo negocii aliud poſtulet, vt verior ſententia tenet, & plerique doctores docent; ergo nec præceptum humanũ: eadẽ eſt enim vtriuſque ratio, ſi cætera ſint paria, atqui ex confeſſione criminis incurrit certiſſimũ periculũ mortis, nõ confitendo autẽ eſt ei ſpes euadẽdi; ergo non tenetur confiteri. Et cõfirmatur.

Nimis enim est durum, vt cogatur iudici subministrare arma, quibus iuguletur cum alias spes siteuasionis. Ex his infert Lessius primo, Reum non teneri iurare, ad mentem Iudicis, sed posse vti amphibologia, vel mentali restrictione. secundo eamdem sententiam, non videri improbabilem, etiam in causis, non capitalibus, in quibus valde grauis pœna imponitur, vt damnatio ad Triremes, vel ad perpetuum carcerem, vel confiscatio bonorum.

Cæterum opposita sententia, quæ affirmat, semper, quando Iudex interrogat Reum præcedentibus indicijs sufficientibus, vel infamia, vel semiplena probatione, siue id faciat, ex officio, siue ad alterius instantiam; teneri reum sub peccato mortali dicere veritatem, etiam si ex tali confessione certo sciat in mortem esse rapiendum; mihi longe probabilior videtur. Ita docent D.Thom. & Caiet. 2.2. quæst. 69. art. 2. Sotus de tegen. & detegen. secr. m. 2. quæst. 2. & latius. quæst. 7. conclus. 1. & lib. 5. de iust. & iur. quæst. 6. art. 2. conclus. 2. Corduba. lib. 1. quæst. 43. dub. 3. Nauar. in Manu. cap. 25. num. 35. & in cap. Inter verba. conclus. 6. Couar. in practica. quæstio. 23. num. 5. Gabr. in 4. dist. 15. quęst. 6. art. 2. conclus. 6. Palud. in 4. distin. 19. quęst. 4. num. 7 Henricus de Gand. quol. 1. quæ. 33. & quam plurimi ex iuris Peritis. Et probatur. Subditus tenetur sub peccato mortali parere præcepto superioris, iusta præcipientis; sed iudex iuste, ac legitime præcipit, vt sibi veritas manifestetur, quando præcedunt sufficientia indicia, aut infamia, vel semiplena probatio. ergo tunc subditus tenetur ei obedire, atque ex consequenti detegere veritatem. Maior patet, & minor probatur, ex. cap. qualiter, & quando 1. & 2. & ex. cap. super his, & ex cap. Cum delicti, & alijs multis de accusationibus. Vbi expresse habetur

D. Thom. Caiet. Sotus. Corduba. Nauar.

Couar. Gabriel. Palud. Henricus.

tur tunc Iudicem legitime ſuper delicta inquirere, quando reus laborat infamia, vel ſunt indicia, aut ſemiplena probatio, idem etiam habetur in cap. 1. de confeſſ. & in titulo de purgatione canonica per multa capita. Ex quibus manifeſte colligitur non ſolum poſſe Iudicem in ſupradictis caſibus inquiſitionem facere, ſed etiam ad id teneri. Quod manifeſta ratione probari poteſt. Nam ſi ſuper his delictis Iudex, nec procederet, nec interrogaret, nec tormenta minaretur, ſed libere dimitteret infamatos, indiciatos, & ſemiplene probatos, magnum in Repub. ſcandalum ſuboriretur, atque detrimentum, cum hac confidentia omnes fierent malefactores, breuique Reſpub. impleretur criminibus.

Ad hoc argumentum, ita reſpondet Petrus Nauar. quod quamuis ſit verum communiter in omnibus cauſis, tam ciuilibus, quam criminalibus, quod tenetur ſubditus ſub peccato mortali parere ſuperiori, iuſta præcipienti, id tamen fallit, illis in cauſis, in quibus agitur de capite. In quibus poteſt vtique Iudex iuridice, ac legitime interrogare, præcipereque etiam ſub iuramento, vt ſibi veritas manifeſtetur, & tamen reus licite, eam abſcondit, vterque enim iure ſuo vtitur. Iudex interrogando cauſa boni publici, & vt officio ſuo fungatur, & Reus celando ob ſummum ius vitæ ſuæ tuendæ. Sicut qui eſt in periculo vitę poteſt fugere è carcere etiam ſi leges, & Iudex præcipiant, ne fugiat, & fugientem puniat; & citatus poteſt non comparere, quamuis iudex præcipiat, vt compareat, & ſeruus bello captus poteſt fugere, quamuis Dominus præcipiat, ne fugiat. Nihil enim repugnat Iudicem habere ius veritatem inquirendi à Reo, & reum habere ius celendi, quo caſu, & ſi poſſit præcipere, præceptum tamen eius non obligat neque fit ad obligandum ſed

ad inducendum, vel terrendum reum, vt fateatur veritatem.

Cæterum hęc responsio nulla est: semper enim est implicatio in adiecto, quod detur bellum iustum ex vtraque parte; quod contingeret, si Prælato iuridice, ac legitime interrogante de crimine, posset reus illud licite celare; eo vel maxime, quod ex iure, quod superiores habent ad aliquid præcipiendum, euidenter colligitur obligatio, quam habent subditi ad obediendum. Nec potest fieri, quod subditus habeat ius ad non obediendum, & quod illud habeat superior ad præcipiendum, cum hæc sint correlatiua mutuoque se consequantur, vt constat ex illo Pauli ad Romanos. 13. Qui resistit potestati, Dei ordinationi resistit, qui autem resistunt, ipsi sibi, damnationem acquirunt. Quibus verbis ex eo, quod potestas Principum est à Deo, & nihil est à Deo sine ordine, colligit ordinem etiam, quo inferiores superioribus potestatibus subijciuntur esse a Deo; atque ita, qui contra hunc ordinem Potestati resistit, quod ipsi Deo resistant erit necesse, iuxta illud Lucæ cap. 10. Qui vos spernit me spernit. Et 1. Reg. cap. 8. Non te abiecerunt sed me, ne regnem super eos. Hoc modo argumentandi colligunt Doctores necessitatem confessionis sacramentalis ex illo Ioan. cap. 20. Quorum remiseritis peccata, remittuntur eis. Si quidem non potest fieri, quod Apostoli, & reliqui sacerdotes habeant ius ad absoluenda peccata, à fidelibus commissa; quin etiam ipsi teneantur, illa sacramentaliter confiteri. Ed ad id, quod adducitur de condemnato ad mortem, cui potest iudex pręcipere legitime, ne è carcere fugiat, vel vt absens compareat, & tamen ipse parere non tenetur, nec similiter seruus, cui fuerit præceptum impositum de non fugiendo. Respondeo, quod cum inclinatio, quam habent homi-

hominesad tuendam propriam vitam, atque libertatem sit valde naturalis, atque vehemens; fit vt non habeant Iudices potestatem præcipiendi, ne condēnatus ad mortem fugiat, si potest, vel quod absens compareat, quamuis habeat Ius ad illud suspendendum: essent enim huiusmodi præcepta valde rigida, & iure gentium nulla. Quare dum damnati fugiunt, vel citati non comparent, nec faciunt iniuriam ministris iustitiæ, nec illis resistunt, aut violentiam inferunt, sed tantum causam suam deserunt, diffidentes de illa, præsentiamque suam negant, quam (vti supponimus) ex iure gentium exhibere non tenentur ad mortem, quam inde sibi vident imminere. Et eadem ratio est de seruo, qui se non vendidit, quantum ad recuperationem propriæ libertatis. At vero qui iam præsens in iudicio legitime cogitur respondere, faceret iniuriam iustitiæ, illique resisteret non respondendo, sicut, & qui fugit resistendo, aut qui iussus ascendere patibulum, vel collum gladio iustitiæ exhibere, id facere non vult.

Et per hoc patet ad argumentum, quo Petrus de Nauar. suam sententiam probat. Ad confirmationem autem desumptam ex l. 4. ff. de Testibus, dico esse ad propositum, vindicat enim sibi locum textus ille, quando certum est Iudici socerum, generum, aliasque personas ibi expressas, quia delicto ad fuerunt, deposituras contra reum, vt constat ex ipso textu in illis verbis, vt testimonium litis dicat aduersus socerum, &c. Hic autem nos vagamur magis in incerto, videlicet, quando Iudex, vt veritas sibi innotescat, post alias probationes non omnino euidentes, conquisitas, reum interrogat, qui nisi veritatem exponat peccati mortalis reatum incurret. Et per hoc patet, etiam ad alias

rationes. Præterquam quod nullum eſt ius naturæ contra auctorem naturæ, & homo magis diligere debet animam, quam corpus.

Reus non interrogatus iuridice, ſi cōfiteatur delictū, peccat mortaliter.
Nauar.

Dico quarto quod Reus, qui contra iuris ordinem interrogatur de criminibus ab eo commiſſis ſi confitetur illa, peccat mortaliter, vt inquit Nauar. in Manu. cap. 18. nu. 57. qui inquit hoc eſſe de mente omnium. Quidam tamen aſſerunt, hoc tantum eſſe verum, reſpectu perſonarum ſæcularium, attamen, apud nos pati maximam difficultatem. Quandoquidem detegere propria peccata vera, imo, & imponere ſibi falſa ſuo genere, & regulariter non eſt, niſi pecatum veniale, quādo etiā p illud fama notabiliter lędatur, aut omnino amittatur, vt declarat Sotus de ſecr. m. 1. queſt. 3. & Nauar. cap. 18. num. 27. quia prodigalitas regulariter, non eſt peccatum mortale, vt ſentit S. Thomas. 2. 2. quæſt. 120. art. 2. & 3. & detectio proprij peccati non eſt iniuſtitia, ſed prodigalitas famæ iuxta Gloſſ. memorabilem in proemio Gregoriano, ī ver. prodiga.

Sotus.
Nauar.
D. Thom.

Leſio proprię fame ī quatuor caſibus eſt peccatum mortale.

Et eſt peccatum mortale, ſolummodo in quatuor caſibus, quando ſcilicet ex detectione proprij ſecreti criminis, ſequeretur damnum animæ, aut vitę propriæ, vel alterius: puta quia per detectionem talis peccati, mereretur iacturam vitæ, vel alicuius membri, prout euenit detegendo in iudicio, aut infamiæ alienæ, aut bonorum alienorum. in quibus caſibus nemo eſt, qui dubitet, quin talis detegens præiudicet alteri, vel ſibi in his, quæ iure renunciare non poteſt, qualis eſt ſalus animæ, & ad illam neceſſaria, & qualis eſt etiam vita, & amiſſio membri, & corporis, vt pulchre declarat Nauar. loco proxime citato, & Sotus de ſecr. m. 1. queſt. 3. concl.

Nauar.
Sotus.

Modo pro criminibus, quæ commituntur a fratribus, non incurritur amiſſio vitæ corporalis, neque

que alicuius membri: quoniam regulariter nõ imponũtur, nec ĩponi possunt a prælatis nostris huius modi pœnæ capitis, vel incisionis membrorum, neque incurruntur, alia tria genera damnorum, vt clare patet cuilibet recte consideranti. sequitur ergo, quod frater interrogatus contra iuris ordinem, licet confiteatur propria peccata non peccat moraliter.

Cęterum hæc sẽtẽtia mihi nunquã placuit. quapropter credo supradictam conclusionem procedere, & veram esse etiam respectu fratrum ordinis nostri. Nam per eiusmodi detectionem proprij delicti in iudicio factam, sequitur primum damnum, nempæ propriæ animæ, quandoquidem sæpissimæ videmus vsu contingere, quod infamatus hac via iuris, & per sententiam, non verecundatur comittere alia delicta, & malam ducere vitam, magis quam, quando simpliciter, & extra iudicium se infamasset. si quidem hæc infamia orta per iudicialẽ confessionem, & per sẽtẽtiã longe vilior est, atque deterior, quã illa, quam simpliciter quisque sibi irrogat, redditurque notoria, atquæ hæc illi semper obijcitur, vel obijci potest. Sequitur etiam secundum damnum: quoniam licet, non imponatur pœna mortis, nec amissionis membri, imponitur tamen pæna corporis valde afflictiua, nempe flagellatio vsque ad sanguinem, inclusio incarceribus, & aliquando perpetua, quæ est maxima pæna, & secundum Canones succedit loco pænæ capitis in religiosis, vt dicetur infra in cap. de pænis. Et frater non est Dominus corporis sui, & maxime cũ apud sæculares, pro huiusmodi delictis veniret, imponenda pæna amissionis membri. Sequitur etiam tertium damnum! nempe infamia Religionis; quoniam sæpe sæpius, & quotidie experimur,

delicta fratrum, & præsertim iudicialia innotescunt sæcularibus. Sequitur postremo, & quartum damnū: nā esto, quod talis frater detegens propria delicta esset vtilis pro regimine religionis, confitendo redditur inutilis, & in habilis, atque ita sequitur magnum damnum, ipsius Religionis.

Reus condemnatus quia conuictus, & non cōfessus an teneatur cōfiteri delictum.

Sed quoniam, in prima conclusione dictum est, quod Reus ligitime interrogatus, tenetur confiteri verum crimen, alias absolui non potest a confessore. Est quomodo dubiū Si reus, qui cōfiteri noluit sit conuictus testibus, & tamquam conuictus sit a Iudice condemnatus, an ad huc tenebitur confiteri verum erimen; ita, vt si noluerit confiteri non possit absolui. Et videtur prima fronte, quod teneatur confiteri, atque ita absolui non possit, si non confiteatur: Nam cum iste reus, sit legitime interrogatus. ex quo eius crimen, ne dum semiplene probatū est, sed etiā plene, ita, vt si omnino exclusa spes euadendi; non respondens secundum formā interrogationis peccat mortaliter, vt supradictum est, & persistit, in peccato mortali, cum non habeat propositum confitendi veritatem, si iuridice fuerit interrogatus, igitur non potest absolui, & si absoluatur committitur sacrilegium, quia præstatur huiusmodi sacramentum impenitenti; estque absolutio omnino inualida · quia datur venia non merenti. cap. Peccati venia de reg. iur. num. 6. cap. legatur. 24. quest. 2. & cap. pœnitentia, de pœnit. dist. 3. Et confirmatur: quia Reus non confitendo facit iniuriam iudici: tum quia violat eius obedientiam, tum quia dat occasionem hominibus opinandi, quod iudex eum iniuste condemnauerit, & pandens veritatem eam tollit; nemo autem debet dare occasionē scandali: iuxta dictum Saluatoris nostri. Væ autem homini illi per quem scandalum venit.

Cæte-

Cæterum ego existimo contrariam sententiam veriorem esse, quod scilicet reus iste non teneatur confiteri; atque ita non sit ei deneganda absolutio. Vnde obseru. est, In proposito nostro conside randa esse; duo tempora, vnum ante sentẽtiam, & al terum post sententiam latam condemnatoriam. Si consideremus tempus ante sententiam; nulli dubium est, quod reus tenetur confiteri crimen si crimen sit plene, vel semiplene probatum & si non vult confiteri non debet absolui; quia agit contra debitum iustitiæ, quo quilibet tenetur obedire superiori suo in his, ad quæ ius prælationis suæ reciproce se extendit, atque, ita perseuerat in peccato mortali, & secundum hoc tempus procedunt ea, quæ tradunt Sotus; & Nauar. in hac materia. Sotns. Nauar.

Sed si connsideremur tempus post latam sententiam; dico quod cum iudicium sit finititum, & Iudex iam functus sit officio suo (nam iudicium per sententiam finiri, & Iudicem, desinere esse iudicem post sententiam cõstantissimum est, vt tradit D. Antonin. 3. parte. tit. 9. cap. 16. §. 8. post principium Syluestr. verbo Iudicium in fine, & est textus. in l. iudex. ff. de re iudicia.) Tunc non potest amplius reus interrogari a Iudice, tamque a iude, cum desinat esse suus iudex, neque tenetur ei respondere. Quamdiu uero sententia non est prolata, firma stat semper obligato ipsius Rei respondendi veritatem quia iudex est suus index & superior, qui eum semper interrogat saltem uirtualiter, & ideo semper ipse est obligatus, ad confitendum veritatem. At lata sententia, cum iudex desinat, esse iudex in causa, non amplius interrogat, nec interrogare potest legitime ipsum reum, quo circa nec ipse reus restat amplius obligatus, ad respondendum.

D. Anton. Syluestr.

Sed

Sed ponamus, quod ipse reus fuerit absolutus: quia fortiter substinuit tormenta ei illata, quibus purgauit indicia vrgentia, quæ contra ipsum extabant, & sic intormentis negauit veritatem, quam tenebatur confiteri; Modo accedit iste Reus ad confessorem; cui confitetur omnia peccata, & inter alia confitetur istud, quod negauit intormentis quoddam delictum, quod tenebatur confiteri; quia commisserat illud.

Dicemus ne, quod confessor debeatt imponere, ei, quod confiteatur illud, & si renuat confiteri, debet ei denegare absolutionem? Certè non: Nam videmus plerosque eorum, qui tamquam rei delictorum in carceribus sunt constituti, & purgatis indicijs per torturam absoluuntur, in rei veritate illa delicta commisisse, sicque sub pœna peccati mortalis tenebantur illa iudici confiteri; & tamen post sententiam absolutoriam confessores non obligant eos ad confitendum dicta delicta iudicialiter; sed satis est, quod pæniteant se negasse verum crimen in iudicio, quod tenebantur confiteri, & recte quidem: quoniam iam finitum est, iudicium per sententiam, sicque terminata est illa interrogatio, quæ reo prius legitime fierat, dum pendebat iudicium, quia finita, finitur quoque ipsa obligatio Rei atque ita remanet solutus ab illa obligatione, respondendi, & confitendi.

Item quoque dicendum est, quando, reus, vt conuictus de crimine, condemnatus est, quia militat eadem ratio: sufficit enim, quod ipse reus veram contritionem habeat illius peccati, quod commisit negando verum crimen iudicialiter, cum iusta huius, & aliorum peccatorum suorum confessione, & absolutione sacramentali iuxta formam. capi. Quem pœnitet, de pœnit. dist. 1. & ita tenet Na-

uar.

uar. in cap. Manu 25. in tit. de paccatis in accusat. & inquisit. num. 38. qui loquitur de reo, qui rite interrogatus, negauit delictum, quod vere commisserat, tenebaturque iudicialiter confiteri, & nihilominus dum condemnatus ducitur ad suplicium respondit ipse, Nauar. illum non teneri amplius confiteri ipsum delictum iudicialiter; nisi notabile aliquod damnũ inde alioqui probabiliter sequeretur: quia nullo iure contrarium euinci potest, cum ad eius animæ salutem sufficiat iusta confessio cum absolutione sacramentali. Bene verum est, necessarium fore, quod iste reus nõ solum habeat dolorem, quod negauerit crimen illud, sed oportet etiam, quod habeat firmum propositum amplius non negandi illud, nec aliud, quotiescumque seruato ordinis iure interrogaretur; imo propositum confitendi illud idem delictum, si iterum iuste interrogaretur; quod si nolet habere huiusmodi propositum, indignus esset absolutione tamquam non vere pœnitens, & istud nullam habet difficultatem, sed non propterea debet arctari ad confitendum crimen iudicialiter, vt dictum est. C

Et ad primum incontrarium dicitur, quod iste negans delictum, non facit iniuriam Iudici, quia finito iudicio nõ est amplius eius Iudex, & esto, q̃ ei iniuriam irrogaret, satis est, quod habeat dolorẽ istius iniuriæ, quam fecit non solum Iudici, sed etiam ipsi Deo, eamque confiteatur legtime sacerdoti; Et ad id, quod dicebatur, quod persistendo in negatione dat occasionem iudicandi Iudicem eum iniuste condemnasse. Respondetur, quod hoc non resultat in aliquam iniuriam iudicis, quæ possit appellari vera iniuria, nam aut oritur hęc opinio apud homines sensatos, & probos, & tunc dubium non erit ipsos opinaturos iudicem recte condemnasse,

cum

cum teneatur iudicare secundum allegata, & probata in processu; aut oritur pœnes homines plebeos & vulgares, & tunc nihil facienda est eorum opinio, & existimatio, cum opinio vulgi, tamquam vana, & exigui momenti paruifacienda sit, vt faciunt prudentes; postquam apud probos non irrogat notam, nec infamiam.

## ADDITIONES.

a. DE iust. & iur. lib. 2. cap. 31. dub. 3. *Sed pone quod falso procedatur contra aliquem innocentem, & interrogatus de aliquo, quod vere fecit; quod tamen esset sufficiens indicium, vt conuinceretur de crimine, quod non fecit, vtrum teneatur confiteri veritatem? v.g. fratres innocens, falso accusatur quod sollicitauit, vel corrupit aliquem fratrem, & ad illum finem interrogatur, an tali nocte intrauerit cellam illius fratris; vtrum teneatur confiteri? videtur quod sic: quoniam Iudex interrogat eum legitime, postquam procedit secundum allegata, & probata.* Sotus. *Respondet Sotus lib. de ratione tegen. m. 2. quæst. 7. sub. 2. conclus. in 2. dub. quod non tenetur confiteri, si periculum subiret, vt propter illam confessionem condemnaretur de lapsu carnis: Nam iudex non interrogat legitime, nisi quia procedit ex falsa præsumptione; & ideo subditus nullam facit iniuriam cælando; & si negaret sine iuramento, solum esset mendacium officiosum, & veniale. Eodem modo, si innocens falso accusaretur, de adulterio, & ad illum finem interrogaretur, an intrauerit tali nocte domum mulieris, non tenetur respondere, nisi forte manifeste se posset expurgare. Hæc Sotus.*

b. Iuste se suaque tueri. *Nota tamen, quod non debet mentiri dicendo se non commisisse delictum: quia esset peccatum mortale si cum iuramento examinaretur;*

naretur: veniale autem si diceret sine iuramento: quia non dicit mendacium perniciosum, sed tantum officiosum excusando se ipsum, vt dicit Sotus de ratione tegen. m. 3. quæst. 3. in 6. conclus. At vero cum venialiter peccare, quoquo modo non liceat, vt dicit Idem Sotus in eadem. 3. quæst. in 1. conclusio. Quid facturus est homo miser cum interrogatur de secretissimo proprio crimen? Non enim potest dicere nescio; prout diximus testem recte posse respondere nescio. Nam ridicula esset responsio, si homo dicat se nescire dum interrogatur de proprio opere, cuius, non est uerisimile se esse oblitum, ut inquit idem Sotus ibidem in 5. conclus. Respondet Sotus in eodem loco in 7. conclus. Quod si potest se tueri uerbis æquiuocis usu hominum receptis, quæ alio nomine amphibologiæ appellantur, id debet facere; sed si uerba non occurrerent, quibus per æquiuocationem vsu hominum receptam citra mendacium celare posset crimen, mori potius debet, quam mentiatur. Nam, vt inquit. D. Augustin. in lib. contra mendacium, nec pro vita hominis, nec (quod multo maius est) ad euitandum quod cumque aliud peccatum quantumcumque grauissimum licet unquam mentiri. cui sententia subscribunt uniuersi Theologi lib. 3. sent. dist. 38. unico consenso. Et ratio. S. Augustin. & DD. est. quia absolute præceptum est in decalogo. Non falsum dices: & in Psal. Perdes omnes, qui loquuntur mendacium. & Eccles. 7. Noli mentiri omne mendacium, vbi in vniuersum, nulla causa excepta, prohibetur omne mendacium.

Sotus.

D. Augu.

c. Confessione Sacramentali. Et cum Nauar. tenet etiam Ignatius Lopez. in addit. ad practicam crimin. cap. 127. col. 3. & 4. ves. 1. reprobans Bartholomeum Medinam contrarium tenentem, & inquit rationem differentiæ esse inter primum, & secundum casum: quoniam, in primo casu cōfessio ad crimen reuelandum

Lopez.

*landum, vel ad alios, iuris effectus necessaria est; nõ sic autem in secundo casu: quia cum crimen legitimis probationibus comprobatum sit, ita, vt ducatur ad supplicium Reus, ideo eius confessio non est necessaria, nisi alicui graue damnum inferatur.*

## *An licitum sit Reo occulta crimina Testium detegere, ad labefactandum eorum Testimonium. Cap. IV.*

Reus possit interdũ occulta crimina testium detegere, ad labefactã dum eorũ testimonium. Sotus. Clarus.

RESpondeo, & dic primo si illa crimina valeant ad infirmandum testimonium non est contra iustitiam ea aperire, maxime si alius modus illius repellendi sit incommodus, est communis Doctorum sententia Vide Sotum lib. 5. de iust. & iure, q. 7. art. 3. Ratio est, quia quisque potest se ipsum tueri cum iusto moderamine eodem genere armorum, quo oppugnatur: nec alter potest quęri de iniuria, cum sit inuasor, & sponte huic periculo se exponat hoc ipso, quo testatur, vel accusat talia crimina sunt periurium, crimen falsi, & omnia, ob quæ incurritut ipso facto excommunicatio, si nondum est absolutus; denique omnia, ob quæ incurritur infamia iuris, vel facti, vt si alibi infamis de aliquo crimine. Vide Clarum q. 24.

Dico secundo, fieri tamen potest, vt sit contra charitatem talia crimina patefacere. Primo si testis non se sponte ingessit, sed coactus à Iudice; & crimen, quod ei obijcitur esset graue, ob quod capite sit plectendus; causa vero rei non sit magni momenti. Quod si sponte se obtulisset ad testificandum, non esset tanta ratio habenda istius incommodi; sibi enim imputare debet illud detrimentum; quod per alterius exceptionem incurrit. Secundo si alia ratione minus noxia, possit eum repellere;

lere; vt si sit consanguineus, vel affinis actoris, vel de eius familia; si testis sit ibi inimicus, si pauper, si mente non firma; si impuber, & in causa criminali si nondum est 20. annorum, de quibus supradictum est, cap. 1. de testibus.

Dices, quando reus testem aliter repellere non potest, videtur esse contra iustitiam, si occulta eius crimina pandat; quia si ratione minus noxia se posset tueri, non habet ius vtendi defensione nocentiore; sicut, si qui inuasorem minore incommodo potest repellere, non potest ei grauem læsionem irrogare.

Respondeo reum habere ius repellendi testem, quouis modo magis idoneo; cum testis hoc ipso, quo vult testari, videatur cedere iuri suo, & permittere reo, vt omni modo, qui ipsi erit cómodior, se tueatur, In illo tamen modo tenetur non excedere debitam moderationem, sicut is, qui inuaditur armis non tenetur ex iustitia fugere, aut terrere inuasorem clamoribus, præsertim, quando hæc decorè facere non potest; sed potest se armis tueri faciendo id, quod necessarium est ad euasionem, quãuis aliquando ex charitate possit obligari, vt alio modo vtatur. Reus habet ius repellendi testẽ quouis modo magis idoneo.

Sed si reus impingat accusatori crimen mendacij, seu calumniæ? an peccet, & teneatur ad restitutionem?

Dico primo, quod reus saltem ex charitate ita tenetur respondere, & se defendere, vt quam minimũ accusatorem lædat: vt si de occulto accusetur, sufficit, vt simpliciter neget. Quare abstinendum est, ab illa verborum asperitate; quia calumniæ, vel mendacij crimen accusatori ingeritur: nam cõtra charitatem est; si proximum maius malum inferas, quam ad tui defensionem, sit necessarium. Reus tenetur ex charitate, ita respondere, vt quã minimum accusatorẽ lædat.

Dico

Reus accusatus de crimine, quod iuridice probari non potest, nõ peccat cõtra iustitiã si neget. Syluestr. Nauar. D. Thom. Glossa.

Dico secundo, Reus accusatus de crimine, quod iuridice probari nequit, non peccat contra iustitiam, etiam si neget crimen, imo etiam si dicat accusatorem mentiri. & calumniari. Ita Syluestr. 5. Rest. 3. quæst. 3. Nauar. cap. 18. nu. 49. Petrus Nauar. lib. 2. cap. 4. num. 348. Colligitur ex D. Thom. quæst. 69. art. 2. vbi dicit. Reum se posse tueri, quacumque via, modo non dicat mendacium; atqui dum dicit talem accusatorem mentiri, & calumniari, non dicit mendacium: Nam qui accusat de eo, quod probare non potest, Calumniator præsumitur, vt docet Glo. in cap. 2. de Calumniatoribus: ac proinde etiam censetur mentiri; Item quia contra mentem, seu contra dictamen conscientiæ suæ loquitur; tum quia falsum præsumitur in iudicio, quod probari nequit.

Idem dicendum esse docent, DD. de omni eo, qui etiam extra iudicinm negat, se dixisse, aût fecisse quippiam, quod alius illicite patefecit, vnde infamia, vel offensio nasceretur: vt si sub secreto commissi quippiam, vel tamquam amico ex confidentia tibi patefeci, & tu id alteri referas, qui inde grauiter offendetur. Tunc enim si ille mecum de eo expostulet, possum negare me dixisse, conuenienti modo intelligendo, vt mendacium vitetur: negando enim vtor iure meo: quisque enim ius habet sua occulta delicta, & facta, vnde nasceretur offensio, tegendi, quantum potest, quod si iniquo delatori inde aliquid obueniat incommodi, id ipse sibi imputet; vt recte docet Petrus Nauar. cap. 4. num. 348. secus quando alter poterat licite patefacere, tunc enim ei fieret iniuria, si negaretur: nam sine sua culpa infamaretur, vt mendax.

Petr. Nau.

*Non licet contra personam diffamatam, & conuictam de vno crimine, inquiri de alijs criminibus occultis, de quibus infamia, vel indicia non adsunt, nec interrogari de socijs occultis. Cap. V.*

DVo dubia continet hoc capitulum. Primum est, numquid quando reus diffamatus, vel conuictus est, de vno crimine, possit iudex inquirere contra eum ipsumque interrogare de alijs eius criminibus occultis, de quibus nulla infamia, nec indicia adsunt?

Secundum. Numquid, quando reus est conuictus de proprio crimine, possit Iudex inquirere, & illum interrogare, de socijs occultis, quorum nulla est infamia, nec indicia manifesta?

Ad primum, quidquid dicat Paludan. in 4. d. 19. quæst. 4. respondendum est cum Caiet. 2. 2. q. 69. art. 2. & Soto de secr. m. 2. q. 6. concl. 5. & 2. 5. & lib. 5. de iustit. & iure, quæst. 6. artic. 2. quod non, quoniam expresse habetur in cap. cum oporteat, extra de accus. quod nō solum requiritur infamia personæ ad inquirendum contra eam, sed vlterius disponunt, quod non possit fieri inquisitio, nisi de illo crimine, de quo quis est infamatus, & de hoc late dictum est supra in c. de inquisitione speciali.

Nec etiam potest iudex personam infamatam, seu conuictam de vno crimine interrogare, de alijs criminibus occultis, de quibus infamia, vel indicia non adsint, licet essent eiusdem speciei, si sint omnino separata; & aduertant bene prælati nostri, quoniam vidi aliquos circa hoc errare interrogando reos de alijs criminibus, de quibus nulla erat infamia, vel indicia, & cogebant eos dicere omnia

Paludan.
Caiet.
Sot.
Reus infamatus, vel conuictus de crimine non potest interrogari de alijs eius criminib. occultis.

crimina, quæ fecerant in tota vita sua in illa specie delicti, maxime carnali. Quodquidem, non fuit absque peccato mortali: quia præbuerunt illis occasionem se infamandi iniuste.

Côuictus de vno crimine in duobus euentis de alio interrogari potest.

Adsunt tamen duo casus, vel modi, quibus conuictus de vno crimine interrogatur de alio. Primus est, quando vnum est sufficiens indicium, vel infamia alterius ver. g. si quis conuictus esset de homicidio, & postea cadauer inueniatur expoliatum, posse, interrogari de expolio, vel si quis conuictus esset de adulterio, & de consuetudine, cum mulieræ, & postea inueniatur necatus maritus adultera in cubiculo suo, tunc posset adulter iure interrogari de homicidio.

Secundus casus est, quando non potest cognosci perfecte, vnum crimen sine alterius cognitione, tamquam circumstantia prioris, vt cum quis conuictus est, de consuetudine cum puella, iuste interrogari poterit, an ipsam deflorauerit; & conuictus de furto ecclesiastico, iure poterit interrogari, an fregerit fores ecclesiæ: quia istæ sunt nouæ, & coniunctæ circumstantiæ. Ita Sotus in locis supracitatis.

Sot.

Ad secundum respondetur, quicquid sit de consuetudine (quæ magis in hoc appellanda est corruptela,) quod hoc dubium satis definitum inuenitur vtroque iure, & canonico, c. cum ad Monasterium extra, de Confess. & in c. veniens. extra de testib. & 15. q. 3. Nemini.

Reus côuictus non potest interrogari de socijs, nisi in aliquibus casibus

Et iure ciuili, in l. repeti, ff. de quæst. & in l. fin. C. de accusat. in quibus iuribus cauetur expresse, ne confessi interrogentur super aliorum conscientijs, crimine læsæ maiestatis excepto, & hanc esse communem omnium sententiam asserit Io. de Amic. in cons. 27. num. 1. exceptis nonnullis casibus,

in

in quibus conuictus poteſt iuridice interrogari, etiam, quod non adſit infamia, & alia indicia de ſocijs occultis. Et hæc eadem eſt ſententia Theologorum, vt poſt Caiet. tenet Sotus de ſecr. m. 2. quæſt. 6. concl. 1. dubit. vltima, & concl. 4. Caietanus Sot.

Secundus caſus eſt in criminibus læſæ maieſtatis, vt patet in l. quiſquis, in fine, cap. ad leg. Iuliam. & expreſſe in Extrauag. ad reprimendum, vt inquit textus, in cap. cum ad Monaſterium, & idem liceret (inquit Sotus) propter grauem atrocitatem criminis, & quia adulteratio monetæ, & latrociniū ſunt peccata in Rempubl. propterea licet interrogare conuictos de ſocijs, de fautoribus, & receptatoribus, & de primo eſt tex. in l. 1 cap. de falſa monet. & de ſecūdo in l. D. Adrian. ff. de cuſtodia reo, & in l. 4. §. mandatis, ff. ad leg. Iuliam. Peculatus. at vero latrocinium neque deſignat, quodcūque furtum priuatum: nam latrones ſolum dicuntur, qui obſident vias, & qui ex animo conſpirauerunt depredari quoſcumque poſſent, & ideo quicumque horum capiatur, iuſte interrogatur de ſocijs, ad obuiandum malo publico atque adeo hi ſoli ſunt, qui nō gaudent priuilegio eccleſiarum, vt habetur extra, de immunit. eccleſ. c. inter alia, imo quamuis non interrogaretur de ſocijs, admonendus eſſet a confeſſore, vt prodeat ſocios, & ille tenetur prodere, ſaltem dum malum adhuc pendet in futurum, ſecus ſi iam ſocij eſſent prorſus emendati: nam nullus tenetur criminoſos emendatos ſua ſponte prodere, niſi iuridice ſit compulſus. Sot.

Tertius caſus eſt, quando, & ſi crimen non eſſet in perniciem publicam, ſed tantum priuatæ perſonæ; vt ſi multi conſpiraſsent occidere aliquem, & vnus capiatur iure interrogatur de ſocijs, ideſt, an adſint alij animati ad idem homicidium: nā, quod

non liceat multos peccatores inquirere absque infamia, semper intelligitur de crimine præterito, quod inquiritur gratia potionis, secus si inquiratur ad euitandum futurum damnum. Citra hos casus inquit Sotus, non licet à conuicto inquirere socios, nisi adsint indicia, vel infamia illorum, & ita intelligenda est. l. prius, ff. de Senatuscons. Syllan. vbi habetur, quod occisores interrogandi sunt de eo, qui præcepit homicidiũ, quod scilicet postquã inuentus est occisor, interrogetur, quo mandante homicidium fecerit, videlicet, si fuerint indicia alium id mandasse, vt inquit Glossa ibi. Et inter alia illud erit optimum indicium: quando scilicet apparet, quod illud homicidium commisit non sui causa, puta, quia nihil ad eum pertinebat: tunc enim, quia pro certo tenetur, quod fecit ad alterius instantiam, solet torqueri super mandante, vt inquit Clarus loco supra proxime citato, ver. dictum socijs, in fine.

Sot.

Clar.

Postremo in huiusmodi examinibus obseruare debet iudex, vt tradit. Idem Clarus q. 45. vers. debet autem; vt recto tramite procedat, ad finem veritatis indagandæ, non tamen, vt reum inuoluat, & inducat ad confitendum delictum; nec interrogationibus suis procurare debet, vt auferat reo suas defensiones; v. g. si reus confiteatur, se aliquem percussisse, aut vulnerasse, non debet iudex eum interrogare, an ille ex tali percussione, vel vulnere decesserit, neque ab eo extrahere huiusmodi confessionem: quoniam ista est practica diabolica; si quidem istud esset tollere defensionem ipsi reo, qui probare posset, quod percussus, vel vulneratus, non fuerit mortuus ex tali percussione, seu vulnere, quæ esset maxima eius defensio.

Clar.
Iudex dẽt procedere recto tramite ad finem veritatis indagandæ.

De

## De Tortura. Cap. VI.

Reus, itaque prædicto modo interrogatus, si crimen confiteatur, debet puniri per sentẽtiam, si vero in negatione persistat, debet artari, & ad torturam exponi; ideo expedit aliqua dicere, in materia torturæ: nam non solum laici torquentur, in causis criminalibus, quando grauãtur indicijs; sed etiam clerici, quamuis sint presbyteri torqueri possunt in causis criminalibus, si sunt suspecti; vt firmat Abb. in c. cum in contemplatione, extra de regul. iur. qui inquit hanc esse communem opinionem. pro qua materia aliqua obseruanda sunt.

*clerici in causis criminalibus torqueri possunt. Abb.*

Primo obseru. est, Torturam esse introductam, non in pœna criminis commissi (hoc enim cum nõdum sit plane probatum, non potest puniri) sed in subsidium probationis: vt quia sufficiens, & plena probatio deest, ipse reus cõfitendo veritatem, suppleat, quod ad plenam probationem requiritur, vt docet Couar. libro Practic. qq. q. 23. ex communi sententia Doctorum, & Clarus quæst. 64. nume. 6. Vnde sequitur torturam adhiberi non posse, nisi quando crimen est semiprobatum, vel quando vehementia indicia vrgent, ita, vt fere moraliter certum sit ipsum authorem esse.

*A Tortura est introducta in subsidium probationis. Couar. Clarus.*

*Tortura adhiberi non potest nisi quãdo crimen est semipleno probatum*

In hoc autem casu eam adhiberi posse ad confessionem est consentaneum rationi naturali; si enim non posset, improbi audacter, & impune peccarẽt, damna, & iniurias alijs inferrent, quando putarẽt se testibus, vel externis indicijs non conuincendos; cum vero vident ex indicijs, vel vno teste tormentis subijciendos se continent. Accedit, quod pleraque maleficia grauissima non possent puniri, quia paucis, vel nullis consocijs committuntur; cum tamẽ id ad bonum Reipub. sit necessarium; alioquin omnia sceleribus, & sceleratis essent plena.

Secundo obseruan. est Torturam tantummodo

Tortura tantum in criminib. grauiorib. adhibenda est.
Gomez.

adhibendam esse in criminibus grauioribus, quę pœna corporali, vt mortis, mutilationis, triremium castiganda sunt: non autem in ijs, quæ exilio, vel pecunia; vt inquit Gomez. tom. 3. cap. 13. num. 2. ratio est, quia reo nondum conuicto non potest irrogari pœna, quæ sit maior, quam illa ad quam est condemnandus.

Reus per testes conuictus nō est torturæ subijciendus.
Nauar.
Clarus.

Tertio obseru. est, iudicem non posse reum subijcere torturæ ad extorquēdam criminis confessionē quando legitime est conuictus per testes, etiam si nolit fateri crimen, vt recte docet Nauar. capit. 18. nu. 59. & Clarus. quęst. 64. num. 8. ratio est, quia cum tortura adhibenda sit in subsidium ob defectum plenæ probationis, frustra infertur reo conuicto: quia tunc confessio non est necessaria ad condemnandum.

Excipe tamen duos casus. Prior est, quando reus malitiose appellat ad superius tribunal, vt executionem iustæ sententiæ impediat, quod in Italia, & regno Castellæ permittitur; si non sint confessi crimen, vt testatur Nauar. Tunc enim si crimen est atrox vt latrocinium, sacrilegium, &c. & expediret reum ibi puniri, posset torqueri ad eliciendam confessionem, vt iniqua appellatio impediatur.

Alter est, quando putatur habuisse socios, vel commisisse alia crimina; tunc enim etiam per torturam potest de his interrogari, moderate tamen, pro ratione causæ, & indiciorum, Ita seruat tota Italia, & Francia teste Clar. quæst. 64. num. 8. debet tamen de illis esse semiplena probatio, vel indicia æquipollentia, vt diximus supra.

Clerici leuitur, nec sicut cæteri torquendi sunt.

Quarto obseruan. est, quod duo specialia obseruari debent, quo ad torturam clericis exhibendam. Primum, quod leuius sunt torquendi, nec sunt torquendi sicut cæteri per funem, vel fidiculas, vt inquit

inquit Abb. & communiter Doctores in. d. capit. cum in contemplatione. Boss. in tit. de Indicijs, & cõsiderat ante torturam. num. 103. & Diaz. in pract. crimin. cano. cap. 117. in princip. sed virgis, seu corriatis, vt etiam cauetur in constit. nostris Salamanc. c. 7. §. Declaramus etiam. pro quo facit etiam text. in cap. 1. in fin. 23. quæst. 5. Sed Boss. inquit. Quod hoc non seruatur, quia legitimis indicijs præcedentibus, clerici torquentur, sicut, & cæteri. verum in Religiosis, & potissime apud nos, credo hoc maxime obseruare debere, & eo maxime cum sit de hoc statuta lex.

Abbas. Bossius Diaz.

Bossius

C

Secundum est, quod clerici torqueri non possunt, nec debent, nisi vna cum indicijs sint etiam diffamati, vt voluit Abbas antiquus. in cap. ext. depositi; cuius sententiam dicit esse communẽ Cardin. ibi. quẽ refert, & sequitur Diaz. vbi supra Boss. & Cla. locis supra proxime allegatis. ex quo infertur, quod si contra Clericum adesset vnus testis integer, vel eius confessio extraiudicialis, non posset tamen torqueri, nisi etiam esset infamatus, licet vnumquodque illorum indiciorum regulariter sufficiat ad torturam, vt patet per Diaz. ibidem in 1. conclus. sed Boss. & Clarus, inquiunt, quod hoc non seruatur: quia clericis præcedentibus legitimis indicijs, torquentur sicut cæteri, licet non sint diffamati.

Clerici. non possunt, nec debent torqueri nisi vna cum ĩdiciis sint etiã diffamati.
Abbas. cardinalis Diaz. Bossius. Clarus.

Neque credo, quod apud nos seruari debeat, quoniam cessat in nobis ratio, quę viget in Clericis. Ratio enim, quare Clerici torqueri non debent, nisi sĩt infamati est, vt cesset eorum infamia, vt inquit Carer. in pract. crimin. fol. 60. num. 33. quoniam tortura eos infamat apud laicos, cum etiam torqueantur a laicis, vt modo dicemus. & eorum crimina, & tortura laicis innotescat; & idcirco ne laici mirentur, & ne clerici propter hoc apud ipsos notentur infamia;

debet illus præcedere infamia de eorum criminibus apud ipsos laicos. crimina autem, quæ committuntur à Regularibus, manent secreta in Religione, ita vt per illa non possunt infamari apud sæculares. Qui licet in genere, non ignorent aliquos fratres interdum committere aliqua delicta, in specie tamen illa nesciunt. Caueant ergo Prælati, ne fratres suos laicis torquendos exponant (vt quosdam ego insipienter fecisse perspexi) nisi apud laicos sint de crimine diffamati.

D Antonio de Butiro Anchara nus. Abbas. Decius. Ripa Clerici po sunt iussu prelati per laicos tor queri

Aliud speciale addunt in Clericis Anton. de Butrio, & Ancharanus in cap. vt famæ extra de sentent. excom. & ita refert ibi. Abb. quod scilicet Clerici nō possunt torqueri per laicos, etiam iussu prælati sui. sequitur Decius. in cap. delicti extra de appellationibus, & est communis opinio, vt inquit Ripa in cap. dilecti filij. num. 39. extra de Iudicijs. Sed certe communis obseruantia, se habet in contrarium; quia Clerici torquentur a laicis iussu prælati sui, vt inquit Abbas in dicto cap. vt famæ. num. 8. quem refert Diaz dicto capit. 117. versic. nota tamen, quod clerici. & Clarus dicta quæstio. 64. versic. sed hic que ro, & inquit, quod hoc quotidie obseruatur; & licet Abbas in dicto capit. vt famæ dicat, quod est mala consuetudo, tamen Cardina. Alexandrin. in dicto cap. si quis depositi, in 5. quæstio. dicit, quod non est mala consuetudo, & idem inquit. Clarus vbi supra. Nam alias delicta Clericorum sæpenumero remanerent impunita; quia si non essent laici, qui eos torquerent, Clerici numquam torquerentur, vt dicit Folleri. in pract. crimin. canon. fol. 260. num. 11. & Abbas in cap. Vniuersitatis in 3. notabili ext. de senten. excom. dicit, quod hodie torquentur ipsi Clerici, vt laici, & talis modus torquendi non potest fieri,

Abbas. Diaz Clarus Cardinalis

Foller. &

per

per clericos: quia fere nemo in huiusmodi obtemperaret, nec sunt edocti Clerici in arte ista torquendi, sicut laici.

## ADDITIONES.

a. Communem opinionem. *Refert, & sequitur Bernard. Diaz. in pract. Crim. canon. cap. 117 in princip. Bolsius in tit. de Indicijs, & consider. ante torturam. num. 103. & Clarus in pract. crimin. qu. 64. sed an clerici.* Bossius. Clarus.

b. Necessaria ad condemnandum. *Adde quod quando delictum aliter, quam per torturam probari posset, numquam deueniendum est ad torturam: quoniam Idex regulariter ad torturam deuenire non debet, nisi in subsidium, quando scilicet aliæ probationes, haberi non possunt. ita concludunt omnes, ita Clarus in dicta quæst. 64. vers. debet aute, cum alijs per eum relatis. obserua tamen, quod & si* Reus *legitime conuictus non possit interrogari in tormentis, vt confiteatur, an commisserit delictum; si tamen interrogatur, tenetur veritatem patefacere. nam quamuis inique torqueatur, cum testibus conuictus sit, vt est communis opinio Doctorum teste Hippolito de Marsil. in l. 1. num. 11. ff. de quæstion. & in pract. crimin. §. Nunc videndum. num. 25. attamen cum saltem à Iudice iuste interrogetur nihil refert, quod iniuste torqueatur, atque adeo tenetur veritatem confiteri; ita egregie scribit Dominus Couar. in pract. 99. cap. 25. num. 5. quem refert & sequitur Ignatius Lopez in addit ad* Diaz. *cap. 127. versic. Sexto illud certissimum iuris est. Poßunt bene rei conuincti, vel confessi, vel condemnari interrogari, & torqueri super socijs, & super alijs criminibus; sed non torquentur super principali delicto contra se ipsos, vt confiteatur.* Et quando *tales* Clarus. Hippol. Couar. Lopez.

*tales rei torquentur super socijs, & complicibus, & super alijs delictis, debet Iudex prius protestari, quod facit sine praiudicio confessi, vel conuicti criminis, vel si sint condemnati, sine præiudicium condemnationis, & debet facere quoad talis protestatio appareat in actis. Alias enim vbi Reus torqueretur super ipso crimine, de quo eßet conuictus, aut confessus, & in tormentis negaret, & persisteret in negatiua, diceretur purgasse indicia, & probationes contra eum existentes, & esset absoluendus, vel saltem non posset in poenam ordinariam condemnari, vt late declarat Clarus in pract. quæst. 64. versic. veritas* Clarus. *est, vbi inquit, quod hoc est communis obseruantia.*

c. Cum sit de hoc statuta lex. *Quod tortura clericorum non debeat esse ita seua, sicut laicorum tenet* Berrous. *Berous decisio. 163.* Hippolitus *de Marsil. singula.* Hippol. *55. & in l. maritus, col. fina. ff. de quæstio. cum alijs* Lopez. *allegatis per Ignatium Lopez in addit. cap. 126. post princip.* Qui *inquit, quod hæc opinio est communis, & contradictorem non habet. Et ideo in forensibus contradictionibus est seruanda tum propter excommunicationis periculum, si forte debitus modus torturæ transgrediatur, tum propter summam Sacerdotis dignitatem, cui maxima reuerentia debetur, vt* D. chryſ. *late docet* D. Chrysost. *in lib. de Sacerdotio.*

d. Sint de crimine diffamati. *Adde Ignatium de Lopez. vbi supra, qui inquit, quod licet illa conclu-* Lopez. *sio, quod Clericus non sit torquendus nisi vltra indicia sit etiam diffamatus sit communis, & plena æquitate; contraria tamen opinio de iure est verior. Tum quia opinio communis nullo iure, vel ratione fulcitur: tum quia nullibi legimus, quod Clerici circa hoc aliquo sint priuilegio muniti. igitur iuris regulis, & Doctorum rationibus standum est. quibus decretum stat, quod semi plena probatio sufficiens est, vt quis*

*quæstionibus, & tormentis subijciatur. Tum etiam, quia si infamia ad Clericum torquendum necessaria est, hæc sane sufficienter oritur ex semiplena probatione, alijs indicijs, quæ eum susp. ctum, & infamatum reddunt; præsertim, quia ista indicia efficiunt notoriũ Iudici. cap. cum olim, vbi Abb. ext. de verborũ significatio. quod notorium succedit loco diffamationis. Tũ quia regulariter plus operantur indicia, quam diffamatio. l. 1. §. 2. & 3. & l. final. ff. de quæst. ea nempe ratione: quia diffamatio simpliciter non operatur indiciũ ad torturam, vt tradunt Doct. in cap. veniens ext. de test. tum demum, quia sicut respectu pœnæ ordinariæ, vt ea imponatur, sufficit, quod crimen legitime probetur, nec est necessarium, quod clericus suspectus, vel infamatus sit, pari ratione nec circa torturam imponendam hoc desideratur; nullum equidem discrimen consiare potest; & propter has rationes ipse Ignatius inquit communem opinionem in practica non seruari.* Abbas.

## *De his, quæ obseruari debent ad torquendum reum. Cap. VII.*

IVdex, antequam reum tormentis subijciat considerare debet, an contra eũ extent indicia: quoniam regula communis, & vulgantissima ab omnibus recepta est, quod à tortura nõ est inchoandum, sed oportet, vt præcedant indicia, quæ sint legitime probata, & ad hoc est text. Clarus in l. 1. in princip. ff. de quæst. Vnde obseru. est primo Indicia à Iuris peritis generatim vocari omnia ea, ex quibus potest aliquo modo colligi, quis sit author criminis, vt fama, suspicio publica, testimonium vnius, vel plurium confessio Rei, & similia.

Index quæ seruare debet, antequam reũ tormentis exponat.

A. Indicia quæ à Iuris peritis dicantur.

Secundo obseruan. est, Distingui quinque genera

Indiciorũ quinque sunt genera.

nera indiciorum. In primo gradu, sunt leuia, probabilia tamen, quę probabilem suspicionem, de authore criminis commouent. In secundo sunt leuia probaliora, quæ faciunt præsumptionem, idest valde probabilem suspicionem.

In tertio sunt indicia grauia, quæ, & legitima, & indicia iuris vocantur. In 4. est probatio semiplena; hæc enim amplius, quid est, quam indicium legitimum. In 5. sunt indicia grauissima, quę, & indubitata dicuntur.

Indicia primi, & secundi generis quid efficiant.

Indicia primi, & secundi generis sufficiunt ad capiendas informationes, & etiam ad capturam, & spectata conditione personę, & causæ, & cæteris circumstantijs; huiusmodi sunt assertio vulnerati morientis, vt si dicat se a Petro vulneratum, grauis inimicitia præcedens, assertio socij, qua socium criminis detegit, hæc tamen indicia non sufficiunt ad formandum libellum Inquisitionis contra aliquem, neq; ad torturam: quia ad hæc requiruntur indicia grauia, & maxime ad torturam, quæ est graue malum, quod sine graui causa irrogari non potest.

Indicia debent esse optime probata.

Dixi, quod oportet indicia esse legitime probata: quoniam non sufficit contra reum esse aliqua indicia ad hoc, quod possit torqueri, sed requiritur quod sint legitime probata, vt dictum est supra ca. de Indicijs, nec etiam sufficit, quod indicia sint probata legitime, sed requiritur etiã, quod sint ad torturã sufficiẽtia, vt tradit Clar. q. 64. vers. dixi quoq;

Clarus.

iqẽs, quod hoc Iudices Deũ timẽtes debẽt sẽper p̃ oculis habere, ne aliquẽ iniuste tormẽtis subijciãt.

Quot indicia requirantur, vt quis possit legitime torqueri.

Et si queras, quot indicia requirantur ad hoc, vt quis possit legitime torqueri? Respond. distinguendo quod aut indicium est, proximum maleficio, & sufficit vnum indicium ad torturam vt puta, quãdo est

est vnus estis iterger, qui sit testis de visu, aut est remotus a facto, & tunc reus propter vnum tale indicium torqueri non potest, nec debet, sed plura requiruntur. ita Bart. in l. fina. num. 6. ff. de quæst. quem sequuntur communiter Doctores, vt ait Bos. in cap. de Indicijs. num. 71. & plures alij relati per Clar. in dicta quæst. 64. versic. Sed quæro. Qui subdit quicquid sit de iure, Doctorum indistincte dicunt, quod de consuetudine in practica seruatur, quod per vnum indicium proceditur ad torturam, & plures refert hoc attestantes. Quod tamē ipse Cla. īquit esse inteligēdū iuxta ea, quę ipse dixit in q. 21. vbi declarat, an sola fama, fuga, inimicitia, minæ, & huiusmodi, quę sunt remota a maleficio sufficiant ad torturam. Bart. Bossius. Clarus.

Cæterum quidquid sit de iusta consuetudine, cum grauetur conscientia iudicis in interrogando, & torquendo reum iniuste, ita vt si eum interroget, & torqueatur iniuste, & præter iuris ordinem peccat mortaliter, vt inquit Nauar. ca. 18. nu. 49. Idcirco obseruandum esse existimo, quod illa indicia, quæ sufficiunt ad interrogandum reum legitime, debent etiam sufficere ad eum torquendum. Diximus autem vnum de tribus sufficere secūdum D. Thom. & Caiet. communiter receptos ab omnibus Theologis, & Summistis, vel testem vnum omni exceptione maiorem, qui deponat de ipso maleficio, vel alia indicia illi æquipollentia, atque ita requiritur, quod adsit saltem semiplena probatio ipipsius delicti, sola autem infamia etiam plenæ probata, licet ad interrogādum reum sit sufficiens, vt supra diximus, verum ad ipsum torquendum haud est satis secundum comunem, & magis probabilem opinionem, cum infamia sit indicium remotum à maleficio, & sæpe fallax. Nauar. D. Thom. Caiet.

Si

Quot requirantur indicia, vt æquipolleant vni testi integro

Si autem quæras, quot indicia requiruntur ad hoc, vt dicantur æquipollentia vni testi integro, ita vt per illa possit reus torqueri: Respondetur, quod non potest dari certus, & determinatus numerus, sed hoc totum stabit in arbitrio Iudicis, in cuius arbitrio regulariter stat ipsa materia indiciorum, vt diximus supra. Qui iudex ex duobus vel tribus, aut pluribus indicijs poterit torquere reum, prout viderit ea esse, & magis, & minus vrgentia.

C

Iudex tenetur dare reo exemplar indiciorum ante torturam, & tempus se defendendi. Clarus. Nauar. Marsilius. Follerius. Sed hæc veritatem habet determino defensionū prestando

Tertio obseruat. est, quod Iudex tenetur dare reo exemplum indiciorum ante torturam, & tempus ad se defendendum, si petatur, at si ab ipso reo copia indiciorum non petatur, inquit Clar. in dicta quest. 64. vers. sed quid si ille, quod tunc iudex potest procedere ad torturam, etiam non delata copia processus, vel terminus defensionis. ita etiam sentit Nauar. lib. 5. consil. tit. de accusation. consil. 8. num. 2. & 3. sed Marsilius in pract. crimin. in. §. nunc videndum est, in princip. & Foller. in pract. crimin. fol. 268. sub rubr. & facta litis contestatione; dicunt quod etiā si nō petatur dandus est reo terminus ad se defendēdū; nisi reus fuerit captus in flagranti crimine per officiales ad hoc deputatos Clarus vero. quæstio. 9. vers. numquid, tenet hoc verum esse, quando reus confiteretur delictum, sed vbi illud negaret, tutius esset dare illi difensiones, nisi reus preter de prehensionem in flagranti trimine, esset etiā per testes, de ipso delicto manifeste conuictus. Sed hæc veritatem habent de termino defensionū præstando ante condemnationē; sed non ante torturā.

Iudex non debet facere torqueri reū modis exquisitis. Clarus.

Postremo aduertere debet Iudex, ne reum torqueri faciat, modis exquisitis, & non consuetis, vt inquit Clarus. quæstio. 64. versic. Item debet Iudex. Quoniam iudices, qui talibus modis, exquisitis, & non consuetis torquendi vtuntur, potius

sunt

ſunt carnificus, quam iudicibus comparandi. Apud nos modus conſuetus torquendi fratres eſt, eos flagellis cedere. alium modum etiam obſeruari vidi, qui forte magis cruciat, & torquet, quam præcedens, quod ligantur eis manus poſt tergum cũ ſtrictiſſima ligatura, & permittuntur ſic permanere per aliquod longum temporis ſpatium iudicis arbitrio; vel etiam manibus poſt terga (vt ſupra) ligatis ſuſpenduntur ad Clauum infixum in pariete, vt penè extremis pedum partibus terram tangant. Verum in materia Torturæ, ſeruare debet Iudex prouinciæ conſuetudinem, in qua ius dicit, atque ita faciendo non errabit, vt inquit. Clar.

## ADDITIONES.

a. CLarus in l. 1. in princip. ff. de quæſt. *Adde quod ſi poſt illatam torturam legitima ſuperueniant indicia, non propterea tortura, non præcedentibus indicijs illata legitimaretur, & ita communiter tenent Doctores & Aduocati, vt inquit Alberic. in l. Maritus. num. 4. ff. de quæſt. & Clar. in d. quæſtio. 64. verſic. dixi. etiam in fine: qui ſubdit, quod hæc concluſ. locum habet non ſolum in minoribus delictis: ſed etiam in maioribus, & atrociſſimis: imo etiam in crimine læſæ maieſtatis.* Albetius. Clarus.

b. Et ſæpe fallax. *Vide etiam Jacobum Menochium lib. 2. de Arbitrarijs Judicium centuria. 3. caſu. 270. qui comprobat hanc opinionem, quæ fuit etiam Bart. in l. finali. num. 6. ff. de quæſt. quod videlicet non ſufficit vnum indicium remotum ad torquendum, ſed requiruntur plura indicis arbitrio, & dat duo exempla indicij remoti. Primum: quando ſublata furto aliqua re in domo, aliquis fuiſſet ſolus in illa* Menoch. Bart.

domo:

domo; istud tamen inducit suspicionem, sed non erit sufficiens indicium, ad illum torquendum. Secundum est, quando quis in domo fuit occisus, non præsumitur occisus ab his, qui in domo commorantur. l. 1. ff. Ad Senatusconsult. Sillania, sed hoc indicium cum sit remotum, nisi alijs adminiculis, & indicijs adiuuaretur, non erit sufficiens, vt quis torqueatur. Adde insuper, quod sola fama, quamuis D. Thom. videatur tenere, quod faciat semiplenum probationem, cū hoc communiter, non admittunt Doctores iu criminalibus, ideo nolunt, quod ipsa sola, sit sufficiens indiciū ad torturam, vt dictum est supra. Et cum S. Tho. loquatur de fama, & dicat sufficere ad interrogandum reum legitime, & non aßerat, quod sufficiat ad ipsum torquendum; crederem ego, imo firmiter teneo, non esse recedendum à communi opinione Doctorum, quod scilicet fama cum sit indicium remotum à maleficio, & multum fallax, non sufficiat ad torquendum sine alio adminiculo.

c. Et minus vrgentia. Nota, quod Iudex (vt tradat Clarus in d. quæstio. 64. vers. debet igitur.) debet torturam adhibere pro modo indiciorum. & secundum Marsil. in Practica crimin. in §. occurrit. col. 1. pro quolibet indicio dantur tres ictus funium, qui vulgo dicuntur tracti; vel squaßi. & quod est communis practica, & consuetudo totius Italiæ. Sed ipse Clarus subdit, quod in Ducatu Mediolanensi non seruatur talis consuetudo, sed pro vno indicio etiam proximo actui non dantur tres ictus funis, sed duo ad summum; & si plura sint indicia, non dantur pro quolibet indicio tres ictus funis; sed omnibus computatis dantur duo, vel tres, & non vltra. Et si indicia sint plura, & vrgentia, tunc torquetur Reus interpollatis diebus, & vltra trinam vicem non debet aliquis torqueri, vt inquit Boss. in tit. de tortura. nu. 44

Clarus. Marsil. Clarus. Bossius.

Cæterum

*apud nos communiter non torquentur rei ictibus funium, pro modo indiciorum, poterit reus torqueri, & vna vice, et altera si erunt indicia plura, et multum vrgentiv; sed interpollatis diebus.*

## *An tortura semel illata iterum repeti possit. Cap. VIII.*

RESpondeo secundum Bossium, in tit. de Tortura. num. 42. & Clarum. in d. quæst. 64. versic. vltimo videndum est. Quod si reus fuit leuiter tortus potest repeti in tormentis, vt sufficienter torqueatur, & hoc casu solent iudices, quando iubent reum deponi a prima tortura, scribi facere, quod illum deponi iubent, animo repetendi: quia forte indicia erunt plura, & vrgentia. Si vero reus fuit sufficienter tortus, & nihil confessus; tunc non possunt repeti tormenta, nisi superuenerint noua indicia. & ita tenet Dynus in d. l. repeti ff. de quæstio. cuius opinionem communiter approbari per Doctores, inquit Alber. in Rubr. C. de quæst. num. 8. & plures alij hoc idem asserunt, quos refert Clarus loco proxime citato.

Bossius. Clarus. Reus an possit pluries torqueri. Dynus. Albericus

Et quod dictum est posse denuo torqueri reum, quando noua superuenerint indicia, intelligitur, & procedit in indicijs differentibus a primis in specie, & in substantia: nam si superuenirent testes, qui adiuuarent prima indicia, non dicerentur noua indicia, vt docet Bossius d. tit. de tortura. num. 42. & Clarus, vbi supra, qui refert fatuitatem cuiusdam Iudicis, qui prius torqueri fecerat reum super indicio famæ, & deinde superuenerunt alij testes probantes famam, & ipse illum denuo torqueri fecit. Qui quidem male fecit quia nō superuenerat nouum indicium, sed solum noua probatio illius primi

Bossius. Clarus.

indicij, quod purgatum fuerat per torturam.

Item, & secundo intelligitur, & procedit, quando ista noua indicia, quæ de nouo superueniunt, sunt fortiora primis; quia si essent debiliora, non esset repetenda tortura. & hãc esse communem opinionem attestatur Gandinus de Maleficijs in titul. de quæst. num. 2. subdens, quod ita seruatur in practica, sequitur Brunus de Indicijs, & tortura fol. 126. num. 66. cum pluribus alijs relatis per Clarum. d. q. 64. versic. aliqui etiam addunt. Qui, & ipse inquit hanc esse communem opinionem.

Gãdinus.

Brunus.

Ex his sequitur, quod quando illata fuit tortura reo, ita quod fuerit sufficienter tortus, si ipse neget se delictum, commisisse, & nihil confiteatur, tunc dicitur purgasse indicia contra ipsum existentia quasi puram veritatem dixisse videatur, vt ĩquit Albericus in. l. edictum num. 2. ff. de quæst. qui inquit, quod cõmuniter totus mundus, ita tenet, & seruat. refert, & sequitur Clarus in d. quæst. 64 versic. illata reo tortura. Qui inquit, quod hanc opinionem omnes obseruant in Italia. & debet iudex hoc casu facere scribi in actis, qualiter tortura fuit moderate adhibita, & indicia sunt purgata. Et postea Iudex debet eum absoluere definitiue; & relaxare; & ita est communis practica, & obseruantia, vt inquit Marsil. in. leg. repeti. nu. 24. ff. de questio. & in pact. crimin. §. quoniam. nu. 49. tam, & si ipse Clarus. queſt. 62. dicat, quod in Ducatu Mediolanensi obseruetur, quod reus non absoluitur definitiue in casu, quo per tormenta purgauerit indicia, sed absoluitur rebus stantibus, prout stant, & isto per casu si superuenerint noua indicia, de nouo contra reum proceditur, non obstante tali sententia, sed nos non debemus recedere, a communi obseruantia.

Reus sufficienter tortus, si negat delictum dicitur purgasse indicia cõtra ipsũ.
Albericus.
Clarus.

Marsilius.

Clarus.

De

## De Tortura Testium. Cap. IX.

Vidimus, quando reus sit torquendus. Quæritur modo numquid testes aliquando sint torquendi, vel possint torqueri? Respondetur, quod quando testis est suspectus, quod recuset dicere veritatem; potest torqueri: nam præsumitur dolus in tacendo, si testis ad interrogata, non vult respondere, vt inquit D. Antonin. in 3. p. tit. 9. cap. 11. §. 3. post principium. Item quando vacillat, & est varius in suis depositionibus, & tunc non facit fidem contra reum, nisi firmet dictum suum in tortura vt late docet Bossius in tit. de tortura testium, & Clar. quæst. 25. qui loquiunt, quod ita practicatur.

*Testes an aliquando sint torquendi.*

*D. Anton.*

*Bossius.*

*Clarus.*

Et not, quod testis non dicitur varius, nisi quando est varietas in facto principali, secus si sit in quibusdam accessorijs, vt inquit Bartolus in l. eos. versic. per huiusmodi ff. de falsis.

*Bart.*

Sed pone, quod testis vnum dixerit extra iudicium, deinde in iudicio deponat contrarium eius, quod extraiudicialiter dixerat, Num quid poterit ex hoc torqueri? Respondetur, quod sic, ita tenent communiter doctores, vt dicit Alexand. in consil. 63. circa finem lib. 1. & consil. 251. li. 6. inquit, quod in hoc omnes, conueniunt, & ita practicari inquit Bossius loco præcit. num. 21. & Clarus. d. quæst. 21. versic. sed pone. Similiter, quando testes, de licto inter fuerunt, & tamen dicunt se neminem vidisse, aut cognouisse facere malum, torqueri possunt; quoniam ex hoc reddunt seipsos suspectos, tã quam, quod veritatem dicere nolint, aut saltem illam celare velint. ita inquit textus in. l. vnius §. Iudex. ff. de quest. & Clarus. d. quæst. 21. versic. torquentur etiam testes.

*Alex.*

*Bossius.*

*Clarus.*

Clericus testis vacillans vel uarius an torqueri posit.
Follerius.
Clarus.
Bart.

Sed pulchrum dubium oritur, numquid istud locum etiam habeat in Clericis vt scilicet Clericus Testis vacillans, vel suspectus, quod verittatem dicere recuset, possit torqueri? Respondetur, quod sic, & est communis opinio Canonistarum, vt iquit Foller. in pract. crimin. canon. fol. 128. numer. 47. quem refert, & sequitur Clarus. d. quæstio. 25. versic. sed numquid; magis enim peccat Clericus celando veritatem, quam laicus. Et licet Bartolus in l. ex libero; circa principium. ff. de quæstion. tenuerit, quod Presbiter vacillans, non sit de iure canonico torquendus, nihilominus contra Bart. est cõmunis opinio, vt inquiũt Bossius, & Clarus in locis proxime allegatis. Quod tamen intelligitur, quod torqueri possit a suo iudice ecclesiastico, & non a iudice laico. Et id circo apud nos prælatus, quando viderit fratres vocatos, in testes cum eos legitime intterogat vacillantes, aut suspectos, quod nolint dicere veritatem, poterit eos incarcerare, & etiam torquere, vt dicant veritatem, vt etiam diximus supra.

Bossius
Clarus.

Testis torquẽdo nõ est danda copia indiciorum, & processus.
Bart.
Bossius.

Dubitatur etiam, numquid quando testes sunt torquendi, vt supra, si petant copiam indiciorum, & processus debeat eis dari? Respondetur, quod non, ita tenet Bartolus. in d. l. vnius. §. Iudex. num. 1. ff. de quæstio. cui nemo contradicit, vt inquit Bossius in d. tit. de tortura testium num. 38. & sequent. subdens, quod ita vidit, in practica obseruari. Et certe si aliter fieret, destruerẽtur mille processus, si quidẽ talis tortura, vt plurimum sit super inquisitione generali ad indagandam ueritatem. Cuius quidem generalis inquisitionis non datur copia parti, neque testibus, & ita obseruat consuetudo, vt docet Clarus. in. d. q. 25. uersic. finali.

Clarus.

Est etiam notandum vnum circa testes, quod licet

licet de iure maxime Canonico, non possit Iudex cogere testes ad dicendum testimonium in criminalibus, vt inquit Bald. post Goffr. in rubr. ext. de testib. cogē. circa finem attamen hodie indistincte seruatur consuetudo, quod testes tam in ciuilibus, quam in criminalibus cogantur, ad dicendum testimonium, vt attestatur Follerius in pract. crimin. canon. fol. 121. num. 34. in fine, quem etiam sequitur Clarus. quæst. 24. vers. successiue videamus. Testes tam in ciuibus quam i criminalibus cogi possunt ad dicendum testimonium. Baldus. Goffredus Foller. Clarus.

Plura alia tractantur a doctoribus circa torturam testium, & maxime per Bosſium tit. præallegato, sed tamquam aliena ab instituto nostro, ea omnia prætermittimus. sufficiunt enim illa pauca, quæ dicta sunt.

*De conuictis, et de probationibus.*
*Cap. X.*

QVoniam euenit frequenter, imo plene rumque, quod capti, siue comparentes Rei negant delicta commissa; ideo videndum est, quando Rei conuicti dicantur, si quidem delictum, non solum plene probatur per confessionem, sed etiam per cōuictionem, vt succinte docet, & prosequitur Decius in. cap. at si clerici, in principio in 1. notabili, ext. de Iuuicijs; atque adeo, quando Reus de ipso crimine est legitime conuictus, eo casu non est, vlterius quærendum, sed iudex debet illum condemnare, etiam, quod neget, & in negatiua perseueret, nō enim necessaria est tortura, neque confessio, & ita practicatur, vt inquit Bossius in tit. de Cōuictis num. 3. & 4. & Clarus. quest. 66. in principio. Intellige tamē dūmodo constet de delicto, de quo reus conuincitur, alias enim nullo modo esset condemnandus: atque adeo etiam si mille testes depo- Decius. Reus legitime conuictus cōdenari debet. Bossius. clarus.

nerent etiam de visu contra aliquem de homicidio per eum commisso, nisi tamen constet de ipso cadauere, non posset puniri, vt quit. Clarus loco proxime citato.

Iudex cõdẽnare debet reum secundũm allegata, et probata.

Vnde obseruan. est primo, quod hæc discussio, quę debet fieri à Iudice super condemnatione Rei, debet fieri non secundum eius credulitatem, aut opinionem sed secundum allegata, & probata in processu, secundum quem tenetur regulariter iudicare; etiam si sciat veritatem stare in contrarium, & hæc est communis opinio, vt inquit Clarus atque ideo licet Iudex propriis oculis viderit delictum committi, non potest reum condemnare, nisi aliter id probatum fuerit. Sic etiam si Iudex credat se cũ bona conscientia condemnare reum, ex probationibus sibi factis, vti Iudici, licet ipse tamquam priuatus sciat eum non esse culpabilem, potest eum nihilominus condemnare, nec peccat, vt plurimi tenent. Cæterum ego quo ad hoc oppositum sentio cum Lyrano Angelo, & aliis.

Lyranus, Angelus. Conuictio fit testibus vel instrumenti, Decius. Bossius. Cõuictio fit per indicia indubitata, & per argumenta. Baldus. Bossius.

Secundo, obseru. est, quod conuictio est illa, quæ fit testibus, vel instrumentis; adeo, quod etiam, contra summum Pontificem probatur crimen per duos testes. Ita concludit Decius in d. cap. at si Clerici in 1. notabili, extra de Iudic. refer, & sequitur Bossius d. tit. de conuictis num. 5. Fit etiam conuictio per indicia indubitata; & de his tribus adest text. in l. sciant cuncti. C. de probat. Et fit etiã per argumenta, vt præcise notat Baldus in d. l. sciãt cuncti in, 1. nobili: dicens. Nota quatuor modos probandi maleficium, per testes, per instrumenta, per indicia indubitata, & per argumenta. Quod quartum non dicitur in illo textu, attamen cõstat ex dictis per Bossium, vbi subra. Qui etiam addit alium modum conuincendi delictum, videlicet per

viam

viam notorij; quando crimen fuit commissum coram Iudice, & hominibus; quo casu nullæ requiruntur probationes: vel quando commissum est coram populo, quo casu huiusmodi notorium probari debet Iudici, vt declarat idem Bossius in tit. Quomodo procedatur in crimine notorio. num. 7. & 8. Bossius.

Tertio, obseruan. est, quod differentia est inter confessum, & conuictum, ita, vt statum loquens in vno non habeat locum in altero, vt inquit Decius in d. cap. at si Clerici, & Bossius loco præcitato. nu. 6. Quod tamen inquit esse intelligendum: quando quis sponte prorsus confessus fuerit, & non metu probationum, quoniam si metu probationum confessus fuerit, habetur pro cõuicto, vt tradit Abbas. Discrimẽ est inter confessum & cõuictũ Decius. Bossius

Quarto, obseruan. est, quod probationes in criminalibus debent esse luce meridiana clariores. Allegatur ad hoc. l. sciant cuncti. C. de probationibus; quæ dum loquitur de cõuictione testium addit idoneorum, dum vero loquitur de conuictione per instrumenta addit apertissima, & dum loquitur de cõuictione Indiciorum, addit indubitatorum, ac luce meridiana clariorum. quæ lex est canonizata in cap. sciant cuncti. 2. quæst. vltima, & in hoc omnes conueniunt, & ratio est: quia vbi versatur maius periculum, ibi cautius est agendum. l. 1. §. sed si quis. ff. ad Carbonia, & non solum tractatur de maximo periculo, vbi agitur de vita hominis, sed etiam quando agitur de minima pœna corporali, quia censetur maior qualibet pœna pecuniaria, & ciuili, vt tradit Bossius vbi supra num. 9. Hinc est, quod in criminalibus testes debent esse, omni exceptione maiores, & ita volunt doctores, vt tradit idem Boss. vbi supra num. 25. & Clar. q. 66. versi. debent autem esse. Abbas. Probationes in criminalibus debẽt esse luce meridiana clariores. Bossius. Clarus.

Ex quibus infertur primo, quod licet in ciuilibus

duæ semiplenæ probationes iungantur ad faciendã plenam probationem, in criminalibus tamen: quando essent duæ semiplenæ probationes diuersi generis, licet ad eundem finem tendentes non iungerentur ad faciendam plenam probationem, nisi adessent etiam aliqua alia adminicula, vt inquit Iason. in l. admonendi. fol. 25. col. vltima. ff. iureiuran. & Boss. loco supracitato, num. 23 & Clarus. quæst. 63. versic. Tuscis,

Iason. Bossius Clarus.

Secundo infertur, quod licet in criminalibus fama probet semiplene secundum aliquos (cum tamẽ magis communis opinio sit, quod non probet semiplene; vt late explicat idem Clarus quæstion. 21.) & vnus testis de visu pariter probet semiplene; nihilominus fama cum vno teste in criminalibus non probat plene, nisi adsint etiam aliquæ coniecturę, vel adminicula. & est communis opinio, vt dicit Crotus in tract. de testibus. num. 102. & Clarus quæstio. 63. in fine, & idem etiam est, quando fama iungitur cum alia semiplena probatione, vt inquit Clarus loco citato, qui inquit hanc esse communẽ opin.

Fama cũ vno teste in criminalibus non facit plenam probationem. Crotus. Clarus.

Est ergo conclusio, quod quando reus conuicitur testibus idoneis, idest omni exceptione maioribus, & sint saltem duo contestes deponentes de visu, de ipso maleficio, debet a Iudice condemnari; & non solum, quando deponunt de ipsa re, sed quando etiam omnes testes deponunt super præsumptionibus, & indicijs, posset fieri, vt facerent plenum præiudicium; quando ita deponerent, vt redderent rem indubitatam: quia etiam ex indicijs indubitatis, & luce merediana clarioribus, quis damnari posset, vt inquit textus in d. l. sciant cuncti, & aliquando potest esse vnum indicium ita indubitatum, vt solum sufficiat ad condemnationem, vt declarat Arretin. in capitu. 3. extra de probation.

quem

quem sequuntur omnes.

Est autem indicium indubitatum demonstratio rei per signa sufficientia, per quæ animus in aliquo tamquam, in existenti quiescit, vt plus inuestigare non curet. l. indicia. C. de rei vindicatio. & ita definit Bald. Indicium autem dubitatum, & semiplenum est præsumptio fortiter mouens animum Iudicis ad credendum, vel non credendum. leg. cum probatio. ff. de probation. & ita definit Bald. in d. l. ea quidem. & Carrerius in practica crimin. tract. de Indicijs §. dubitatum, & semiplenum indicium.

Arretin.

E

Indicium indubitatũ quod sit Baldus.

Quinto obseruan. est pro ampliori eorum quæ dicta sunt intelligentia; quod præsumptio est duplex, alia iuris, & alia hominis, præsumptio iuris similiter est duplex, alia iuris tantum, & alia iuris, & de iure. Præsumptio iuris simplex est, cum ius in aliquo facto dubio præsumit, sed non figit tantum pedes, vt super illam, quid statuat; vt est illa præsumptio, Quod semel malus semper præsumitur malus semper præsumitur malus in eodem genere mali. capit. semel malus de reg. iur. in 6. Et illa, quod quilibet præsumitur bonus. capit. final. extra de præsumptio. & capit. vnico extra de scrutinio, & illa, quod quilibet præsumitur innocens. leg. absentem. ff. de pœnis, & leg. qui accusare. C. de edendo. & illa, quod qui in iuuentute fuit continens, & in senectute præsumitur continens. capit. cum in iuuentute, extra de præsumption. & aliæ id genus, quę in iure sunt innumerabiles. Et contra hanc præsumptionem admittitur probatio in contrarium, vt inquit Gloss. in cap. Ferrum. 50. d. & probatur in cap. continebatur extra de dispensat. impube. & in cap. proposuisti, extra de probationibus.

Præsumptio est duplex iuris, & hominis.

Præsumptio autem iuris, & de iure est; quando ius præsumit super incerto ex aliquibus coniecturis

in

in tantum, quod super illo statuit aliquid, ac verissimum esset, vt in casu. cap. is qui. extra de sponsal. vbi dicitur, quod si quis carnaliter cognouerit spõsam de futuro, præsumitur, quod secum voluerit contrahere matrimonium per verba, de presenti. prout etiam in cap. 1. fin. extra de immunitat. Eccl. vbi Summus Pontifex præsumit, quòd delinquens in ecclesia, delinquat sub spe immunitatis, ipsius Ecclesiæ, & disponit, quod nullatenus gaudeat tali priuilegio, & doctores ibi inquiunt hanc esse presumptionem iuris, & de iure, vt inquit Menochius lib. 5. presumptionum præsumptione. 10. Et contra talem præsumptionem non admittitur probatio in contrarium, vt inquit Gloss. in d. cap. ferrum. Angelus. Syluester. & Tabien. in suis summis verbo presumptio.

Menoch.

Angelus. Sylnester. Tabien

Presumptio hominis est triplex.

Præsumptio hominis est triplex. prima est Temeraria, quæ surgit ex malis hominibus, & ex caussis vilibus, & leuibus, & hæc tamquam inualida a iure repellitur. secunda est propabilis, siue verisimilis, quæ insurgit ex aliquibus, suspicionibus probabilibus, & verisimilibus, & hęc facit semiplenã probationem, vt dicunt Angelus, & Syluester, loco præcitato; & si quis diffamatus est inducit purgationem canonicam. cap. si quis de gradu extra de purgat. Canon. 3. est violenta, quæ insurgit ex suspitionibus indubitatis, quæ inducunt, & violentant animum ad ita credendum, & iudicandum; vt in casu. cap. afferte gladium ext. de presumptio. & in ca. literis, & in cap. sequent. eodem tit. vbi dicitur, quod si quis inuenitur solus cũ sola in loco suspecto & apto ad peccandum, præsumitur culpa carnalis.

Angelus. Syluestr.

Ex his infertur primo, quod quando lex præsumit in causa criminali, & super præsumptio dispo-nit tunc res non habet dubiũ, quod talis presumptio di-

dicitur violentissima, & quod faciat indicium indubitatũ, propter quod deuenitur ad sentẽtiã etiã capitalissimam l. ci qui. C. de adulterijs Et ratio est: quia legi ex tali presumptione res patet, & ideo etiam iudici patere debet, vt declarat Boss. d. tit. de conuictis num. 29. & Clar. quæst. 20 in fine. Bossius.

Secundo infertur, quod ex solis presumptionibus probabilibus, & vero similibus, quæ sunt hominis, in criminalibus non potest fieri condemnatio vt clare probat text. in d. l. sciant cuncti; dum requirit indicia indubitata, & præsumptiones indubitabiles, & in hoc omnes conueniunt, vt docent Bossius, & Clarus vbi supra.

Tertio, infertur, quod ex solis præsumptionibus, & indicijs, etiam uiolentis, & indubitatis, non potest iudex condemnare reum pœna corporali, & hanc conclusionem tenent fere omnes doctores. B

Quarto infertur, quod quando præsumptiones essent violentissimæ, & adeo efficaces, quod ponerent rem ante oculos iudicis, tunc posset iudex condemnare reum, pœna corporali, & graui, vt tradit Decius, in dicto cap. 3. loco ad fin. extra de probat. sequitur Arretin. ibidem in ver. aliquando agitur, & quam plurimi. Arretiuus. Decius.

Infertur quinto, quod quando Indicia sunt indubitata, in criminibus occultis, & difficilis probationis, & tractatibus secretis, & in quibus veritas clarius haberi non potest, semper potest Iudex ad condemnationem procedere, vt plane tradit Marsilius in practic. crimin. §. diligenter, & late Carrerius in pract. immediate ante tract. Indiciorum fol. 37. versic. ex quorum omnium, qui inquit hanc esse cõmunem opinionem. Sequitur Menoch. de præsumptio. & cõiecturis li. 5. præsũpt. 41. Vbi tenet adulterum, & alia carnis peccata, quæ secreto committuntur, C Marsilius. Carrerius. Menoch.

tuntur, probari præsumptionibus, & coniecturis.

Vltimo infertur, quod ex præsumptionibus, & coniecturis, indicijque indubitatis proceditur ad condemnationem in pœnis corporalibus, sed non in capitalibus; vt docet Carrer. loco supracitato, qui dicit istud tenere plurimos Doctores per ipsum relatos. Et similiter etiam in causis criminalibus capitalibus potest sequi condemnatio ex indicijs, & præsumptionibus, non quidem ad pœam ordinariam, sed ad minorem pœnam, vt plene tradit Carrer. vbi supra: Et hæc opinio absque dubio, & scrupullo obseruari debet apud nos religiosos, apud quos pro criminibus non imponitur aliqua pœna a grauis, sed tantum modo flagellationis pœna, vel carceris, vel alterius.

Carrerius

Quando tamen pœna esset a iure determinata, tunc deueniendo ad condemnationem, dicta pęna non minuitur. sed imponitur pęna determinata, l. generaliter in princip. ff. de decurionibus. & ita inquit Baldus in l. fin. in fine. C. de probat. Panorm. in ca. accedens extra de Simon. cum alijs relatis per Carrer. loco proxme citato. versic. limita tamen. Qui inquit, quod supradicta conclusio procedit in pænis arbitrariis, & non certis, & limttatis a Iure.

Baldus. Panormi. Carrerius

E

## A D D I T I O N E S.

Clarus.

a. LOco proxime citato. *Addit Clarus, quod quando delictum est talis qualitatis, quod secundum id, quod communiter contingit reputatur difficilis probationis, tunc sufficiunt minores probationes; & ponit exemplum in furto, quando Dominus conqueritur de furto, & appareat famulum aufugisse, satis dicitur constare de furto, vt inquit Riminal. consil. 2. num.*

Riminal

3. Idem

5. *Idemque ait, si ostendat aliquod signum alicui circumstantiæ, ex qua verisimiliter posset præsumi, furtum commissum fuisse, puta si reperiatur aliqua fractura in hostio, vel pariete, uel arca; & hæc est una de coniecturis, quam adducunt* Doctores *ad probandum furtum, ut inquit ibi Clarus.*

b. Fere omnes Doctores. *Ita tenet Gandinus de Maleficijs in tit. de præsunt. & indicijs indubitatis, Cepolla cons. 3. col. fin. Marsil. in l. repeti. col. 7. versic. sed contrarium. ff. de quæst. cum alijs allegatis per Boss. in d. tit. de conuictis num. 34. qui inquit, quod ita practicatur, & quando nephas esset recedere ab opinione Gandini, & quod hæc est communis opinio, prout etiam refert Clarus. in pract. quæst. 20. & Carr. in pract. fol. 205. §. Qui incipit, & nota doctrinam textus. hanc etiam late comprobat Iacobus Menochius de arbitrarijs Iudicijs, lib. 2. in 3. centuria. casu. 279. num. 4. & sequentibus.* Gandinus cepolls. Marrsilius Bossius. Clarus. Carrer. Menoch.

c. Et quam plurimi *Nota, quod Boss. nu. 24. in fine inquit, quod Decius, & Arretinus loquuntur contra communem opinionem, & contra eos tenet etiam Carrer. d. fol. 305. supra allegato in precedenti additione. Nota tamen, quod ex præsumptionib. & indicijs iunctis cum teste integro, in quolibet crimine sequitur plena probatio, ut tenet* Bald. *in l. si quis ex argentarijs. §. 1. ff. de edendo. Bart. in. l. 1. §. idem Cornelio. ff. de falsis. Arretinus. d. cap. 3. loco col. 4. versicul. sed tamen de probatio. cum alijs allegatis per Boss. d. tit. de Conuict. num. 47. iuncto num. 23. Qui inquit hoc esse indubitatum.* Bossius. Decius. Arretinus. Bald. Bart. Arret. Bossius.

d. Carrerius vbi supra. *Clarus in practica quæstio. 20. versic. scias tamen in fine, inquit hanc conclusionem seruari in Ducatu Mediolanensi, ut scilicet ex*

*indicij,*

*indiijs, & præsumptionibus in causis capitalibus deueniatur quotidie ad condemnationem, non quidem in pęnam mortis, neque in pęnam ordinariam ipsius delicti: sed in pęnas etiam corporales, puta triremium, fustigationis, ictus funium, carceris, & similium.*

e. Et limitatis a iure. *Quia hic agitur præsumptionibus, duxi addere ad hoc capitulum explicationem duarum regularum. Quarum prima vulgatissima est quod quilibet præsumitur bonus ex sui natura. cap. 1. ext. de scrutinio in ordine faciendo cap. dudum, & capit. finali. ex. de præsumpt. & ibi doctores. leg. cum pater. §. Rogo. ff. de legatis. 2. & in. l. omnino in princip. & ibi Gloss. in vers. non licebit. C. de inofficioso testamento.*

*Hinc infertur secunda Regula, quæ est talis. Nemo deliquisse præsumitur. quam probant text. in. l. merito. ff. pro socio, & in. l. Item apud Labeonem. § si cōmunē ff. de Iniurijs. Quorum primus, inquit, socius amouentem rē communē. præsumitur amouisse iure suo, nō autem, vt furtū faceret. secūdus inquit, sociū verberantē seruū communē non teneri socio actione iniuriarum, cum suo iure, non autem, vt iniuriam socio inferat fecisse præsumatur, eandem sententiā probant lex cū pater. §. Rogo. ff. de legatis. et lex omnino in princip. C. de inofficioso testan. vbi habetur, quod vitiū, sicque dellictū ingratitudinis in filio cōtra patrē non præsumitur.*

Menoch. *Hanc regulam comprobant plura, quæ copiose adducit Menochius de præsump. lib. 5. præsumptio. 2. in 1. & 2. col. & maxime, quod tradit Abb. in cap. 1.* Abbas. *numer. 2. ext. de Clericis non residentibus, quod quando actus referri potest ad bonum, & ad malum, in* Arret. *dubio refertur ad bonum, sequitur Arret. cons. 9. col. 1. vers. sed in dubio, & hoc ne inducatur delictum, &* Bart. *quod tradit Bart. in l. non solum. §. sed vt probarinum.*

num.2.ff.de noui operis nunciatione. Alexand.in consil.24.num.23.lib.2. Parisius in capit. in præsentia num.3. ext de probatio. Alciatus tract. de præsump.reg.3.præsump.5.num.2. & Ceruetta consil: 205.num.9.quod actus præsumitur, factus, & tempore, & loco, vt euitetur delictum; & similiter consiliū quod potest esse bonum. & malum præsumitur bonum ita inquit Bald.in l.1.num.13. C. de Seruis fugitiuis, & ibidem Iason; & Alciatus de præsumpt. reg.3. præsump.1.num.1.& Ceruetta.d.cons.105.num.9: Alexan. Parisius. Alciat, Ceruetta. Bald. Iason, Alciat. Ceruetta.

Hinc infertur, quod tradit Bald.in l. vltima num. 17. C.de edelitia actione. Marianus in capit. ad audientiam col.2.& ibidem Felinus col.1.ext.de homicidio, & Alciatus in tractat.præsumpt.reg.3.præsupt.6. Quod ex duobus malis præsumendum est, quod est lenius, & minus. Bald. Marian. Felinus. Alciat.

Et supradicta regula, quod quilibet præsumitur bonus extenditur, vt precedat etiam ex longo temporis interuallo, vt scilicet is, qui olim bonus fuit, etiam nunc bonus pręsumatur. cap. mandata. ext. de pręsumpt.& tradit Alciatus in d.tract.de præsump.reg. 2.præsumpt.8.refert Menoch. dicto lib.5. præsumpt. in 1.præsumpt.num.17. Alciat. Menoch.

Extenditur etiam secundo, vt procedat etiam si verba aliquo modo impropriarentur, vt quis bonus præsumatur, ita tradit Gloss.in.cap.si quis arbitretur 22. quæst.2. Marsil. in consil.2. versic. & adduci potest. num.9.et Menoch.loco proxime allegato. Maral. Menoch.

Habent tamen hæc duæ regulæ suas limitationes. Prima regula limitatur primo, vt non procedat, quando agitur de alterius præiudicio. Tunc enim quis non præsumitur bonus. ita Gloss. in cap. statutum. §. cum verò in ver ab aliquo de rescriptis in.6.et Menochius vbi supra præsumpt.1. num.19. quod confirmat egregia authoritate D.Thom.2.2 quæst.70.artic. Menoch. D.Thom.

3:ad

3. ad secundum, cuius verba sunt ista. De quolibet præsumendum est, bonum, nisi appareat contrarium, dummodo non vergat in periculum alterius: quia tunc adhibenda est cautela, vt non de facili alicui credatur. secundum illud. 1. Ioan. 4. Nolite credere omni spiritui.

Felin. Secundo limitatur, vt non procedat, quando talis præsumptio induceret aliquod damnum illi, de quo præsumitur, vt tradit Felinus in cap. vltim. ext. de præsumpt. ea ratione: quia inducta in fauorem, non debent retorqueri in odium. l. quod fauore. C. de legibus. & l. legata inutiliter. ff. de adimen. legati. late Menochius in d. 1. præsumpt. num. 20. & sequenti.

Menoch. Tertio limitatur, vt non teneat, quando agitur de salute animæ: nam tunc nemo præsumitur bonus, vt tradit Gloss. in d. capit. 1. ext. de scrutinio. vide Menochium loco proxime citato num. 29. qui multos alios citat. vbi infert, quod in dubio præsumitur contractus simulatus, & feneratitius in foro conscientiæ, quod etiam firmauit ex multorum sententia in consil. 109. num. 24. & insuper dicit ex hoc recte respondisse

Anchar. Ancharau. in consil. 179. quod si testator confessus est se fuisse vsurarium, fit interpretatio, quod semper fuerit ad hoc, quod hæres compellatur ad satisfactionem: quia hoc erit salubrius animæ ipsius testatoris. &

Felinus. Anchar. secuti sunt Felinus in. cap. in præsentia, num. 13. ext. de probatio. & in cap. vltim. num. 4. ext.

Marsil. de præsumpt. & Marsilius in singu. 151. semper in

Alciat. obscuris. oppositum tamen tenet Alciatus in tractat. de præsumpt. Regula. 3. præsumpt. 1. in fine aliquibus rationibus, quibus respondet Menoch. tuendo opi-

Menoch. nionem Anchar. Nihilominus ipse Menochius num. 48. in fine concludit, quod id relinqueret arbitrio Iudicis, qui pro sua diligentia, et prudentia consideret quamdiu hic exercere potuerit hoc saeuus.

et quos

& quos contractus, & negotia pertractauerit, alioqui nimis dura forte videri poßet illa Ancha. opinio, vt is omnia, quæ quæsiuit restituere teneatur, vel nimis remißa illa Alciati, vt is teneatur ad modici temporis vsuras.

Quarto limitatur, vt non procedat, quando agitur de aliquo promouendo: nam tunc bonitas non præsumitur, imo adhiberi debet aliqualis informatio, vt inquit Card. in Clem. 1. in 2. notab. de concessione præben. sequuntur Dec. in 2. c. num. 6. & 7. extra de elect. & Menoch. in d. præsumpt. 1. num. 31. Cardin. Decius. Menoch.

Quinto limitatur, vt non procedat in eo, qui semel fuit malus: nam adhuc is malus præsumitur in eodē genere mali, l. de minore. §. penult. ff. de quæst. & in c. semel malus, de reg. iur. in 6. late Menoch. loco vbi supra, num. 32. & præsumpt. 2. nu. 50.

Sexto limitatur, vt non procedat, quando est præsumptio in contrarium: quia tunc quis non præsumitur bonus. Cepolla in cons. 57. num. 9. in criminali refert, & sequitur Menoch. d. præsumpt. 1. numero 33. Cæpolla.

Septimo limitatur, vt non procedat quo ad superlatiuum, vt scilicet homo præsumatur optimus. Ita Alciatus de præsump. regula 3. præsump. 2. & Menochius loco proximo relato num. 34. ex quo infertur, quod si statutum ad alicuius negotij, vel actus probationem requirit testes optimos, seu optimæ opinionis, hæc qualitas, ex quo a lege non præsumitur, erit deducenda, & probanda. Ita Angelus, & Imola in l. 2. §. Diem, & §. si quis neget. ff. quemadmodum testamenta aperiantur. Alciatus, & Menochius in locis citatis, qui dicunt hanc esse magis receptam, et veram opinionem. Alciat. Menoch. Angelus. Imola. Alciatus. Menoch.

Octauo limitatur, vt non procedat, quando statutum, vel lex requirit qualitatem hanc, vt si statutū disponat, quod testes sint bonæ existimationis: nam

*tunc opus erit probare hanc qualitatem. ita Alciat. vbi supra in 4. limitat. & Menoch. dicta præsumpt. 1. numero 36.*

Alciatus. Menoch.

*Vltimo limitatur, vt non procedat in populo vniuerso, simulque collecto respectu singulorum, sed in qualibet persona singulariter considerata. Ita Abb. in cap. 2. num. 3. in fine extra de elect. Qui inquit textum illum, esse in hoc mirabilem, vt scilicet in populo præsumantur existere aliquot non habentes sinceram fidem; sed pretio, & mercede corruptibiles. sequitur Menoch. vbi supra in fine.*

Abbat. Menoch.

*Secunda Regula, habet etiam suas limitationes.*

*Primo non procedit, quando agitur de aliquo condemnando: nam tunc non sufficit hæc præsumptio; secus quando agitur de aliquo absoluendo: quia tunc sufficit hæc præsumptio; atque ita procedit in Reo, nō autem in Actore. ita declarat Gl. in l. qui iurasse. §. si Pater. ff. de iureiur. & ibi Iason. num. 7. Idem sentit Bart. in l. merito, ff. pro socio, & quam plures alij relati per Menoch. vbi supra. num. 34.*

Iaſ. Bar.

*Secundo non procedit, quando actus prima fronte habet maiorem formam delicti, quam boni; nam tunc potius præsumitur delictum, ita Abb. & cæteri in c. exhibita. extra de Iud. & Menoch. vbi supra nu. 34.*

Abbas.

*Tertio non habet locum in foro conscientiæ. quando scilicet agitur de salute animæ, vt dictum fuit supra.*

*Quarto non habet locum in eo, qui esset malus in eodem genere mali.*

*Quinto non procedit, quo ad satisfactionē iuxta formam conuentionis, sed potius delictum inobseruantiæ. Ille enim qui asserit se satisfecisse, & obseruasse contractum, & conuentionem, probare debet. ita in specie declarat Alex. cons. 79. num. 2. lib. 4. cum alijs allegatis per Menoch. d. præsumpt. 2. num. 49.*

Alex.

Sexto

Sexto non tenet, quando agitur de præiudicio tertij. nec ipso facto secuto, ex quo delictum fuit manifestum. ita Menoch. vbi supra num. 54.

Septimo non procedit, quando vrgentior præsumptio est in contrarium. Ita Alcia. tract. de præsumpt. Reg. 2. præsumpt. 21. in fine, quem refert, & sequitur Menoch. vbi supra num. 55. Alciatus.

Nono fallit in Iudæo fœneratore, & similibus, de quibus est male præsumendum. ita Bald. in specie in cons. 229. col. 2. versic. Porro. lib. 2. quem secutus est Ceruet. in cons. 73. n. 17. & Menoch. vbi supra nu. 56. Bal. Ceruetta

Decimo, non habet locum in eo actu indifferenti, qui secundum vsum loquendi sumitur in malam partem, sicut conspiratio, & coniuratio. Nam hæc sumitur in bonam, & in malam partem; attamen cum ex communi vsu loquendi coniuratio intelligatur de illa conuentione plurium iurata in damnum alicuius interpretamur ipsam coniurationem pro ipso delicto, id est conuentione iurata ad alterius damnum, & detrimentum. ita Innocen. in cap. 1. num. 1. extra de schismaticis, & Bal. in addit. ad Specul. in tit. de præsump. §. species, & Menoch. vbi supra. num. 57. & 59. Qui ex hoc infert quod licet amplecti, & deosculari mulierem sit actus indifferens, cum ad bonum, & malum possit referri; attamen ex quo à communiter accidentibus, & ex communi loquendi vsu referatur ad actum libidinis, & impudicitiæ, de osculo impudico, & minime à lege permisso intelligi debet. Innocen. Bald. menoch.

Postremo non procedit, quando quis excedit terminos causæ, qua alias presumptio delicti euitatur, sicuti cum socios facit aliquid iure communi, vltra id, quod facere potest iure societatis. ita probat text. in l. duo fratres, in fine, ff. de acquiren. hæred. & in specie sic declarat Alexand. in consilio 103. num. 6. libro 1. quem secutus est Ceruetta in consil. 319. colum. 2. Alexand. Ceruetta.

*vers. Neque excusandus, & Menochius vbi supra, num. 53. fallit etiam, quando ille, qui dicit actum licitum, non probat causam, quæ potuit facere actum licitum. Ita Felinus in cap. Nonnulli, §. sunt, & alij, col. 6. vers. secundo videtur tamen obstare extra de rescriptis, cum dicit, quod si quis alterius nomine impetrauit rescriptum, & in illo probari debet causa, hoc est mandatum. & hanc declarationem probat textus in d. l. merito. ff. pro socio. vbi socius ille demonstrare debuit se habere partem ea in re, qua vsus fuit: id quod innuit tex. dum pro constanti ponit illum fuisse socium, & in specie sic intellexit Alcia. d. tract. de præsumpt. Reg. 3. præsumpt. 1. vers. 3. limita. & Menoch. vbi supra num. 33.*

Felinus.

Alciat.

## *De Confessis. Cap. XI.*

Confessio Reorum multiplex esse potest.

Confessio Reorum multiplex esse potest: Nam reus, aut confessus est crimen in iudicio, aut extra iudicium. si confessus est extra iudicium, talis confessio extra iudicialis non sufficit ad plenam probationem delicti, nec per consequens ad condemnationem. & hæc est communis opinio omnium Doctorum; bene verum est, quod talis confessio extraiudicialis sufficit ad torturam, vt dictum est, supra in cap. de indicijs, & in ca. de tortura.

Si autem reus confitetur in iudicio, distinguendum est etiam, quod aut confessus est coram Iudice incompetenti, aut coram iudice competenti, priori modo eiusmodi confessio non suffiit ad probationem delicti, nec per conseqnens ad condemnationem: quoniam talis confessio facta coram Iudice incompetenti, non habet vim iudicialis confessionis, sed tantummodo valet, vt extra iudicialis, & hæc est communis opinio, vt tradit Arretinus in

consil.

consil. 26. circa finem, & Clarus quæstion. 55. post principium, bene sufficit ad torturam, vt extraiudicialis, vt dictū est, supra in dicto capitulo de Indicis — Arretin. Clarus.

Si vero confessio facta, sint coram Iudice competenti, similiter distinguendum est, quoniam aut facta fuit in tormentis, aut facta fuit sponte, & libera voluntate; de confessione facta in tormentis dicetur sequenti cap. hic autem agendum est, solum de confessione libera, & sponte exhibita, de qua ponitur talis Conclusione.

Quandó Reus crimen sponte confessus est, talis confessio contra eum plene probat, potestque, & debet ex ea condemnari, & hæc est communis sententia omnium Doctorum, vt attestatur Bartolus. in tractat. de quæstionibus, Clarus quæstio. 65. in principio, qui subdit hanc conclusionem non esse intelligēdam. quod iudex debeat statim confessum condemnare; sed practica est, quod quando reus est sponte confessus. Iudex conijciat eum in carcerē, & apud acta prefigat ei terminum ad allegandum quicquid vult, ne condemnetur, & ad omnes suas defensiones faciendas: quo elapso, si nihil probat condemnari potest, & hanc practicam seruat totus mundus, vt inquit. Salicet. in. leg. 2. num. 7. C. de custodia reorum, quem refert. Boss. in tit. de confessis. num. 2. & Clarus quæstio. 66. Qui inquit, quod ita communiter practicatur: nam multa possunt dici, & allegari, & probari contra propriam confessionem, vt tradit idem Clarus. quæst. 55. & infra dicetur, cum agetur de defensioribus reorum. Et hoc etiam obseruare debent Prælati nostri vt [illegible] licet dicant reis confessis priusquam eos condemnent, an velint aliquid adducere, ad sui defensionem. Nam licet dicat Boss. vbi supra, quod reo confesso non est dandus terminus defensio-

Cōfessio spōtanea Rei contra eum plena probat.

Salicetu. Bossius. Clarus.

Bossius.

nis, nisi illud petat, nihilominus practica generalis contrarium obseruat, vt inquit Clarus, vbi supra, quam seruare etiam debent Iudices regulares.

confessio vna sponte facta sufficit ad condemnandum reum.

Sed petes, numquid sufficiat vna confessio ad hoc, quod reus possit condemnari, an vero plures requirantur? Glos. in l. 1. in Glos. 1. ff. de quæst. tenuit, quod vna confessio sponte facta non sufficiat, sed quod requiruntur tres. verum illa Glossa communiter ab omnibus reijcitur, vt inquit Salicet. in d. l. 1. num. 2. C. de custodia reorum. Tu vero distingue, quod duplex est confessio vna sponte facta, altera vi, aut metu tormentorum. Si confessio sponte facta est, tunc vnica confessio iudicialis sufficit ad condemnandum reum, nec requiritur alia ratificatio confitentis, nec perseuerantia, & hæc est communis, & quasi omnium sententia, vt tradit

Brunus.

Brun. de indic. & tort. folio 146. num. 21. & alij. Si verò confessio est facta in tormentis, vel extra, sed metu tormentorum, tunc non potest ex ea reus condemnari, nisi in illa perseueret, ipsamque ratificet, vt dicemus infra sequen. capitulo.

Sed quæres iterum, vtrum si non præcedat infamia, nec aliqua indicia, & nihilominus reus sponte confiteatur delictum, numquid huiusmodi confessio valeat, & sufficiat ad eum condemnandum? Respondeo, quod sic, & ita tenent communiter

Petrus de Anchar. Foller.

Doctor. in cap. 1. de accusat. in 6. & notat Petrus de Anchar. in Clem. 1. de homic. & Foller. loco proxime allegato. num. 68.

B

Si de delicto non constat confessio nõ præiudicat reo.

Sed circa hanc spontaneam confessionem, tria obseruanda sunt; primum, quod ad hoc, quod confessio præiudicet reo, confitenti aliquod delictum oportet, quod constet de ipso delicto iuxta text. vulgatum in l. 1. §. item illud, ff. ad Syllan. nam vbi non aliter apparet de crimine, quam per confessionem

ipsius

ipsius rei, non debet reus ex sola sua confessione condemnari, vt tradit Marsil. in pract. crimin. in §. postquam, nume. 48. Boss. titu. de delicto, in 1. & 2. conclus. & Clarus quæst. 55. vers. potest etiam contra confessionem & latius quæst. 4. Et ideo si quis confiteatur se occidisse aliquem hominem, & postea proiecisse in mare, non debet puniri nisi cōstet de corpore mortuo, saltem per famam, secundum Bald. in addit. ad Specul. in tit. de sent. 18. col. in fin. & in l. cum probat. ff. de probat. in suis addit. Multis autem modis potest de delicto constare, nam si delictum, quod reus confitetur est tale, quod solo animo perfici potest, vt est hæresis, vel similia, cum tale delictum vix aliter probari possit, quam per solam confessionem, sola confessio (modo esset verisimilis) sufficeret. Si vero delictum est ex his, quę facto committuntur si reus confiteatur in genere aliqua delicta comisisse, puta vnum, aut plura homicidia, vel multa furta, non exprimendo in specie, quos homines interfecerit, aut quas res furto subtraxerit, & cui; non potest ex tali confessione condemnari. & hic casus nullam habet difficultatem apud Doctores, vt dicit Boss. in d. titu. de delicto, nu. 15. Si vero confiteatur in specie aliquod delictum, puta aliquem certum hominem interfecisse, vel alicui furto certa bona subtraxisse. Tunc est distinguendum: quia aut est delictum facti transeūtis, cuius nulla solent vestigia remanere, vt adulteria, furta, & similia, vbi cū querela partis, vel denunciatione concurrat, etiam confessio rei, vtique cōfessio talis erit sufficiens ad eum condemnandū, atque ita quotidie videmus obseruari teste Boss. loco supracitato, & subdit, quod ī furto practica est, quod sufficiat querela partis, vbi vero non adsit querela partis, aut aliqua alia informatio, sola cō-

Marsilius
Bossius.
Clarus.

Baldus.
Multis modis potest de delicto constare.

Bossius.

nem; sed suam sententiam executioni mandata potest, non obstante tali appellatione, vt est tex. & ibi notat Ioan. Andr. in cap. Romana. §. si autem post sent. de appellat. in. 6. & sequitur Bald. in l. vnica. col. 6. vers. sequitur videre quando confessio. C. de confessis, & in l. 2. col. 2. cap. quorum appellat. o non recipiuntur, & late Carrer. in eadem. l. 2. quæ est sua practica crim. fol. 2. num. 7. et sequent. cum alijs relatis per Foller. loco proxime allegato num. 66. Quando intelligendum esse dicit, quando confessus appellaret; & nullam causam offuscantem suam confessionem allegaret: nam alias si suam confessionem erroneam allegaret vel aliter contra eam diceret, admitteretur appellatio Ita Foller. in practica crimin. in. 1. p. 3. sub rubrica, & si confiteatur. num. 17. Ioan. an. Bald. Carrer. Foller.

Adde quartum, quod confessus delictum in iudicio, dicitur manifestus, & notorius delinquens; vt dicit text. in capit. cum olim extra. de verborum significat. & in capit. fin. extra de cohabit. Cler. & Mulier, cum alijs relatis per Foller. loco precitato. nu. 70. & 75. & nu. sequent. inquit, quod confessio facta in iudio, habet. vim rei iudicatæ. & appellatur plenissima probatio & i Clericis hoc speciale inducit confessio, vt sint accusatione puniantur, vt tradit. Hostien. in cap. 2. de confessis. sic intelligendus tex. ibi, quod refert ibi Cardin. Confessus delictum in iudicio dicitur notorius delinquens. Hostien. Cardin.

## ADDITIONES.

a. INfra sequenti capitulo. *Adde, quod si reus velit docere confessionem fuisse erroneam, & errorem probare est audiendus: et debet illi assignari tempus ad probandum errorem: et hæc est communis opinio, vt tradit Arretinus in ca. cũ debiti, in vltimo uers. sic. ext.* Arretinus Bossius.

ext. de accusat. quem refert Boß. titulo de confessis post num. 60. qui plures alios allegat hanc tenentes, & Clarus quæst. 52. in fine. At si reus nihil probet poterit ex tali confessione condemnari, & ita tenent omnes, ut inquit Bald. in l. 2. num. 3. C. de custodia reorum, quem refert Clarus in pr. §. quest. 64. versic. sin autem reus; & si vellet reus probare errorem per torturam hoc non sufficere, vt inquit Boss. d. tit. de confessis. num. 65. quem refert, & sequitur Clarus. quæst. 55. in fine, sed necessarium est probare errorem per testes, uel per alias probationes, & inquit quod ita tenent omnes.

Bald.
Clarus.

Si uerò Reus nolit probare cõfessionem fuiße erroneam, sed simpliciter vult eam impugnare, tunc, vt inquit Boß. vbi supra num. 35. poterit quidem reus se excusare, & aliquid deducere contra propriam confessionem, quod tamen stare possit simul cum ipsa, non autem, quod illam perimat, & prorsus eneruet, & quod ita dicunt omnes, vt etiam refert Clarus in d. qu. 55. & per cõsequens poterit reus declarare, & exponere confessionem suam. vt est text. in cap. cum dilecti ext. de Accusatio. & ibi per Imolam, Abbas, & Felinum cum alijs allegatis per Foller. in pract. crimin. p. 1. 3. par. sub rub. & si confiteatur. num. 28. Et quando confessio est dubia, interpretatur in fauorem Rei. secundum Dominum Antonium in ca. ex litteris el. 1 in fine ext. de sponsalibus, cum alijs allegatis per Foller. loco proxime citato nu. 59.

Clarus.
Imola.
Abb.
Foller.
Felinus.
Antonius.

Aduerte tamen, quod hæc conclusio, quod Reus possit reuocare confessione sponte factam, probando errorem non procedit, quando vltra confessionem adessent indicia indubitata, quæ coniuncta cum confessione indubitabiliter indicant veritatem, secundum Bald. in l. fin. ff. de quæst. Brunum in tract. de indicijs, et tormen in. 3. quæst. primæ partis num. 4. & Foller. loco proxime

Bald.
Brun.
Foller.

*me allegeto.nu.51. Nā tunc nihil prodesset reuocatio*

*Nota insuper, quod confessio facta corā iudice, non tamen in forma iudicij, sed coram eo tamquam priuato pro tribunali non sedente; aut officium iudicis pro tunc non fungente non habet vim plenæ probationis; ita, vt ex illa possit condemnari, sed bene facit sufficiens indicium ad torturam. & hæc est communis opinio, vt inquit Romanus in leg. si quis in graui. §. 1. ff. ad Sillanianum cum alijs relatis per Clarum in practica quæstio. 21. versic. sed hic cadit, & plenius per* Follerium, *loco proxime allegato. num. 7.* Roman.

b. Proxime allegato num. 68. *Distingue, quia aut est sermo, de confessione extorta per torturam, aut de confessione sponte facta. Primo casu talis confessio extorta per torturam non præcedentibus indicijs legitimis non valet, etiā, quod fuerit ratificata, ut dicitur infra in ca. de confessis per torturā; at cōfessio sponte facta etiam non præcedentibus inditijs valet, & tenet, vt est text. & ibi notant* Doct. *in c. de accus. in 6. & notat Petrus de Anchar. in Clem. 1. de homicidio, &* Foller. *loco proxime allegato. nume. 68. Quicquid dicat Sotus de ratione tegen. m. 3. q. 1. in 5. conclus. dum putat, cum Iudex iniuste extorquet secretum crimen subditi, quidquid inde dimanat iniustum sit, Nam id verum est tantum in casu, & exemplo ab ipso posito, nempe quando iudex iniustè tormentis, vel metu tormentorum extorquet crimen: sed non quando reus absque tormentis, & eorum metu sponte confitetur crimen, vt modo dictum est.* Petrus de Anchara-no. Foller. Sotus.

*Sed quid, si constet de innocentia confitentis: numquid huiusmodi confessio de delicto illi nocebit, ita, vt iudex possit eum ex illa condemnare? Dico, quod confessio talis, etiam quod esset perseuerata in huiusmodi casu, non nocebit ipsi innocenti confitenti, vt tradit* Foller. *loco proxime allegato. num. 58. qui allegat Thomam Grammaticum ita respondisse.* Foller. Thomas.

*De*

## De confessione per Torturam. Cap. XII.

Reus post confessionem non factam in tormentis nō est statim condēnādus, sed oportet, quod eā ratificet.

POst quam reo illata fuerit tortura, si in tormentis delictum confiteatur, & post tormenta legitime adhibita confessionem ratificet, & in ea perseuerat ante ipsum iudicem tanquam iudicem potest, & debet cōdemnari, adeo quod reus post cōfessionem non est statim condemnandus, sed necesse est, quod in ea perseueret, & illam ratificet extra tormenta ad bancum iuris, hoc est ante ipsum Iudicem, tamquam iudicem, & ratio est: quia confessio facta in tormentis est fragilis, & periculosa, quę sæpius visa est fallax, cum quandoque visi sint aliqui, adeo timidi, vt statī confiteantur omnia

A & vera, & falsa doloris impatientia. hoc tamen intelligendum est, quando non adesset confessio extra iudicialis, quando scilicet reus confiteretur in tormentis illud crimē, quod etiam antea extraiudiciū confessus fuerat, quia tunc non esset necessaria alia perseuerantia, aut ratificatio. sed statim, quod

Imola. confiteretur in tormentis, condemnari posset, vt tradit Imola.in.cap.at si Clerici extra. de iudicijs.

Iason. & est Gloss.in.l.capite quinto.ff.de adulterijs, quā ad hoc allegat Iason in.l. Magistratibus.ff.de Iuris

Felin. dictionomnium Iudicium, & sequitur Felinus, est

B que communis sententia fere omnium Doctorum.

Ratificatio quomodo fieri dabeat. Clarus.

Ratificatio autem non debet statim fieri, quoniam præsumeretur durare adhuc mentus tormentorum, sed est expectandum spacium vnius diei naturalis, vt inquit Clarus, vbi supra, & aduerte, quod non sufficit, quod reus tortus tacite perseueret in dicta confessione facta in tormentis non reuocando illam, sed opus est, vt eam ratificet apud acta & ita obseruat consuetudo, vt tradit Clarus.

Nec

Nec debet fieri ista raficatio in carcere; nec in loco, vbi reus tormenta ad torquendam videre posset; alter enim diceretur adhuc durare metus tormentorum, sed fieri debet ad bancum iuris, atque ita in iudicio, vt inquit Clarus, & subdit, quod tutius esset, quod in tali ratificatione, seu perseuerantia adhiberentur testes, quod tamen dicit non obseruari in practica, sed sufficit, quod Iudex faciat scribi in actis, quod reus ita sponte confitetur. & hoc non obstante, quod tortura præcesserit, quia sine testibus statur actis factis per notarium, vel scribam coram iudice, apud nos obseruatur, quod si frater sciat scribere, se suscribat propria manu. sed tamen tutius, & melius esset, vt adhiberentur testes, saltem vnus vltra scribam, cum nos non habeamus Notarios autthenticos.

Obserua etiam, quod quando reus manet in carcere ligatus manicis ferreis, vel compedibus dicitur torqueri, vt inquit Baldus in l.1. C. de custodia reorum; quem refert, & sequitur Foller. & ideo quando reus teneretur ita ligatus, debet solui, & duci extra carcerem, quando confitetur delictum, ne confessio dicatur facta in tormentis, vel metu tormentorum. Quæ autem dicatur confessio metu tormentorum extorta, regulariter relinquitur arbitrio Iudicis secundum Bart. in l. interposita. vers. vlterius nota, C. de Transact. Alexandr. in l. 1. §. Diuus. ff. de quæst. & Foller. in practica crimin. in.3.par.3.p. num.112. tamen, vt de hac re detur aliqualis cognitio nota, quod quinque sunt gradus torturæ considerati a doctoribus, vt tradit clar. quæst.64. versic. nunc de gradibus torturæ. primus est, minæ de torquendo. secundus conductio ad locum tormentorum. tertius expoliatio, & ligatio. quartus eleuatio in eculeo. quintus squassatio. Minæ

Foller.

Bart.
Alex.
Foller.

Gradus torturæ sunt quinque Clarus.

so'ç

solæ de torquendo siue sint factæ in loco tormentorum, siue extra, & sic etiam conductio ad locum tormentorum cum minis de torquendo est terror leuis, ob quem non dicitur confessio extorta metu tormentorum, vt tradit Bart. in l. 1. §. Diuus. ff. de quæstio.

Bar.

Sed spoliatio, & ligatio cum minis de torquendo facit confessionem dici extortam, metu tormentorum, vt ibi per eum. & cum hac opinione videntur concordare omnes Doctores, vt inquit Boss. in tit. de tortura Foller. loco proxime relato, & Clarus vbi supra, qui subdit in versic. sequent. Quod si reus detentus in carceribus confiteatur crimen: non propter hoc dicetur confessio extorta metu tormentorum ex eo solo, quod sit facta in carcere, licet aliqui contrarium teneant: quia aliter omnis confessio diceretur extorta metu tormentorum, cum omnes fere, qui confitentur delicta commisisse, tempore confessionis in carceribus detenti sint, atque ita per eam destituerētur omnes fere processus criminales.

Bossius. Foller. Clarus.

C Reus tortus non ratificans debet iterum torqueri.

Sed quid si reus ductus ad iudicem, vt ratificet suam confessionem, illam non ratificat, sed reuocat, negatque se commisisse delictum? Dico, quod debet denuo torqueri, ad hoc, vt in confessione perseuerare cogatur. ita inquit Bart. in l. vnius. §. reus in vt verb. ff. de quęst. & hanc opinionem tenent communiter Doctores, vt attestatur Carrerius loco supra proxime citato num. 12. & sequitur Boss. in tit. de Tortura num. 43. & Clar. quæstio. 21. versic. vlterius quæro. Quod intelligendum est, vt scilicet possit denuo torqueri, tamquam si nouum aliquod indicium superuenisset: quia hæc confessio facta in tormentis inducit semiplenam probationem. Non est autem intelligendum, vt tam diu torquendus sit, donec confiteatur, aut in ipsa confessione perseue-

Bar. Carrerius Bossius. Clarus

ret,

ret, vt inquit Clarus, vbi supra. Quod inquit esse notandum contra eos, qui reum in tormentis confessum die, noctuque faticantur, donec perseueret; quia non possunt hæc facere, & grauiter reprehenduntur a doctoribus.

Quinimo si reus iterum positus ad torturam confiteatur, & deinde in ratificatione iterum neget, non est procedendum in infinitum, licet pluries sic confiteretur, & postea negaret; sed sufficeret eum torqueri per tres vices tantum, post quas, si iterum persisteret in negatione, non esset vlterius torquendus, sed relaxandus fideiussoribus, & debet absolui cum clausula rebus sic stantibus, vt tradunt Carrer. Clarus, & Bossius locis supracitatis. Et si quæras, quid vult dicere absoluere rebus sic stantibus, dico, quod hoc importat, quod reus non absoluitur definitiue; sed si noua superuenirent indicia, posset iterum procedi contra eum, vt supra dictum est, & ideo inquiunt doctores, ipsum relaxari fideiussoribus, qui se obligant ad iterum illum præsentandum, si opus fuerit.

Reus non est infinitum torquendus sed per tres vices tantum.

Carrerius. Clarus. Bossius.

Et quod dictum est, de confessione facta in tormentis, intelligitur etiam de confessione facta metu tormentorum, quod scilicet non noceat reo confesso, nisi fuerit ratificata; vt tradunt communiter doctores; quæ autem sit confessio facta metu tormentorum dictum est supra. Vnde si apud nos reus includeretur in carcere, cum manducatione panis, & aquæ tantum; cum sine dubio hæc pœna appellari possit genus tormenti, si eiusmodi pœna fratri imponeretur ad hunc finem, vt confiteatur delictum, si ipse tunc temporis confiteretur, talis confessio non esset sufficiens ad condemnationem nisi extra tale tormentum, esset ratificata.

Hæc omnia, quæ dicta sunt de confessione facta

in

confessio facta in tormētis et ratificata, si nō processerunt indicia nulla est.
Foller.
Marsil.
Carrerius
Clarus.

in tormentis, vel metu tormentorum, intelligenda sunt, quando torturam legitima præcesserunt indicia: cœterum si nulla indicia præcesserunt; & sine illis reus tortus confessus fuerit; confessio illa nihil valet, etiam, quod fuerit ratificata ad bancum iuris, ita videtur sensisse Gloss. vnica. in. leg. quæstionis habēdæ. ff. de quest. quam sequuntur communiter Doctores, vt inquit Foller. in practica criminal. in 3. par. 3. par. num. 2. & illam dicit ab omnibus celebratam Marsil. consil. 95. num 10. cum pluribus aliis relatis per carrer. in sua practica, crimin. par. 1. fol. 74. §. circa quartum. num. 2. & sequen. & per clar. quæst. 55. versic. si verò confessio, & procedit conclusio, etiam si confessio millies fuisset ratificata, ut supracitati doctores affirmant.

Barto.
clarus.
Carrerius
Marsilius

Atque adeo nulla est huiusmodi confessio, quæ non tenet, & si deinde legitima superuenerint indicia; non enim propterea conualidaretur talis confessio, ut inquit Bartol. in l. maritus. ff. de quæst. clarus, & carrer. locis supracitatis; etiam si facta fuerit cum iuramento. ita Marsil. in. l. quæstionis modum. ff. de quæst. & carrer. ubi supra. num. 16. etiam si esset de criminibus exceptuatis, ut de crimine hęresis, læsæ maiestatis, &c. quoniam in eis etiam indicia requiruntur ad hoc, ut reus torqueri posit & confessio in tormentis facta ualeat. ut per Gloss. Cynum, Baldū & Salice. in. l. si quis alicui. C. ad legem Iuliam ma, iest. cum aliis pluribus relatis per carrer. loco proxime citato. num. 7. & sequen. Nec etiam in casu, quo iudex, uel officialis haberet liberum arbitrium pro[illegible]dendi; nam cum hac sua libertate, non potest torq[illegible] sine indiciis, ut docent Gandinus in rubr. de quæst. & plene [illegible] carrerius, ubi supra num. 11. [illegible] facta in tormentis, & hæc sufficiant de confessio[illegible] uel metu tormentorum.

cynus.
Bart
salicetus.

Gādinus
Carrerius
Di

ADDI-

# ADDITIONES.

a. DOloris impatientia. *Et hac est communis opinio, vt inquit Boss. tit. de confessis per torturam nume. 2. & Carrer. in practica fol. 82. in §. circa septimum num. 2. & Clarum quæst. 64. versic. ceterum si Reus; qui subdit, quod ita seruat consuetudo, & in hoc nemo est, qui discrepet.* Bossius. Carrer. Clarus.

b. Omnium doctorum. *Adde, quod non sufficit quod reus tortus tacite perseueret in dicta confessione facta in tormentis, non reuocando illam; sed opus est, vt eam ratificet apud acta, & ita obseruat consuetudo, vt tradit Clarus loco proxime allegato.* Clarus.

c. Processus criminales. *Adde, vt inquit Boss. de tortura num. 24. quod prædicta procedunt, quando apparet de terrore, sed si non apparet, & reus allegat, quod metu torturæ inferendæ confessus est, vel quod fuit illata, & propter eam est confessus, aliud est dicendum, vt ibi per eum.* Bossius.

d. Vel metu tormentorum. *Sed dubium est, an Reus, qui confessus est crimen, de quo contra eum adsunt indicia, possit interrogari de alijs delictis, de quibus contra ipsum non sunt indicia? Dico, quod de iure secundum omnes non potest interrogari, vt dicit practic. Cassoni. fol. 85. num. 8. & est textus in l. 1. in princip. ff. de quæst. & tradit Clarus in d. quæstio. 64. versic. successiue quæro. Sed de consuetudine totius Italiæ seruatur contrarium, vt dicit Gandin. tit. de quæst. nur 19. & Boss. tit. de Indicijs num. 137. cum alijs pluribus allegatis per Clarum. d. qu. 64. & ita etiam inquit. Bernardin. Diaz in pract. crim. cano. cap. 117. Et dicunt istud procedere, vt non solum interrogentur Rei super delictis similibus; sed etiam super delictis non similibus.* Casson. Clarus. Gandin. Boss. Clarus. Diaz.

*Sed quicquid sit de consuetudine nos, qui sumus religiosi, debemus obseruare ius commune, & non consuetudinem Iudicum secularium: quoniam regula est clarissima, quod quando Iudex interrogat reum de se ipso contra iuris ordinem, atque ita non præcedentibus legitimis indicijs peccat mortaliter, vt tradit* Nauar. *Nauar. in Manua. cap. 18. num. 49. quia iniuste dat occasionem illi se ipsum prodendi, & infamandi, & hanc conclusionem tenuimus, & firmauimus supra cum Caietan. & Soto.*

*Fallit tamen hæc conclusio in duobus casibus ibi relatis, & tanto magis hæc conclusio a nobis sequenda est, quoniam* Clarus *Clarus loco quo supra inquit, quod numquam vidit obseruari, quod Reus de aliquo crimine confessus interrogetur de alijs criminibus, de quibus non adessent contra eum indicia, nisi in crimine assassinij, & furti, & sfoßationis annonæ, vel salis nisi forte esset bannitus, & condemnatus.*

*Secundo dubitatur, an reus qui confeßus est crimẽ, contra quem extabant indicia possit interrogari de socijs occultis, contra quos non sunt indicia. Dico, quod istud dubium satis superque declaratum fuit supra in c. 5. & conclusum fuit secundum communem opinionem Doctorum, non posse interrogari, & torqueri super socijs occultis, nisi in aliquibus casibus. Quibus* Nauar. *adde, quod idem tenet etiam Nauar. in d. c. 18. nume. 18. qui concludit, quod reus, qui non detegit consortes suos occultos in illis casibus, in quibus id facere debet, aut contra detegit, in quibus non debet, peccat mortaliter. Et quod regulariter non debet eos detegere; sed solum in casibus expreßis, & notatis in cap. 1. ext. de confess. & in l. 1. de custodia reorum. Et isti sunt latrones, Monetarij, Proditores, hæretici, malefici, striges, fascinatores, & alij similes, & inquit, quod isti rei, qui contra se confessi sunt, non solum debent prodere*

*istos*

*istos consortes, quando interrogati sunt; sed etiam nõ interrogati debent declarare socios: quos iuste credunt præteritorum non pœnitere: imo paratos esse ad noua cum magno damno publico, aut priuato committenda, nec per euangelicam correctionem correctum iri. Quinimo Confessarij huiusmodi reos monere debent, vt tales socios denũcient, prout etiam dixit Sot. de ratione teg. m. 2. quæst. 6. in 4. conclus. Quod si non fecerint, tenet ipse Nauar. quod ita peccant hi, non ad monendo, & absoluendo, sicut illi non denunciando; quia absoluuntur impœnitentes contra ius diuinum, & humanum, cap. pœnitentia, el 1. & il 2. de pœniten. dist in. 3. & cap. peccati venia, de regul. iuris, in 6.* Sot.

## DE QVARTO SVBSTANTIALI Iudicij, de defensionibus reorum. Capitolo I.

ANtequam aggrediar declarationem istius capitis vnum præmittẽdum esse duxi, quod quidem est, quod cum res agatur inter religiosos, qui quando secundum ordinem iuris interrogantur, tenentur confiteri delictum; quando illud re vera comiserunt (quamuis etiam, & omnes sæculares eodem modo teneantur) huiusmodi defensiones debent habere locum solummodo in illis casibus, in quibus ipsi fratres iniuste essent conuicti, vel in debite confessi. Non enim nostræ intentionis est, eas hic describere, vt nocentes, & improbi fratres se tueantur, & pœnas debitas effugiant; sed, vt innocentes, & probi, se tueri possint, ne iniuste condemnentur, & contra regulas iuris. Defensiones in quibus inter regulares habeat locum.

Dicamus igitur, quod indefensus condemnari non debet nisi fuerit contumax. obseruare debent Prælati Iudices, hoc maxime ad essentiam iudicis Indefẽsus condẽnari nõ debet nisi fuerit cõtumax.

Q 2 per-

pertinere. Defensio enim est de iure naturæ, & à nemine tolli potest; Propterea ante condemnationem danda est reo capitulorum copia, ex dictis testium extracta, & indicia apparentia in processu assignari. Debet insuper debitum temporis interuallum ad probationes suas faciendas præfiniri. Item testes ab eo producti sunt fideliter examinandi, & si petat testes contra ipsum examinatos iterum examinari, iterum examinandi sunt. Assignandus est insuper ei procurator, siue consiliarius intra ordinem tamen si fieri potest, vt se defendere possit. Quod si intra ordinem haberi non posset, non videtur ei denegandus etiam extra ordinem, aliàs esset priuare Monachum defensione sua, quæ nec etiam Diabolo litiganti, & iure naturæ se defendenti deneganda est, vt inquit Abbas, in c. cum contingat, de foro compet. num. 27.

Abb.

Reus confessus per errorem potest cōfessionem reuocare.

Arretinus

Reus igitur, aut est confessus, aut conuictus; si est confessus per errorem, aut in iudicio, aut extra iudicium, potest reuocare confessionem, & probare errorem, & Iudex tenetur assignare ei terminū competentem, vt dictum fuit supra in capitulo de confessis, & probando errorem confessio reuocatur. Arretinus in capitu. cum delicti, de accusatione.

Si autem confessio non fuit facta per errorem, sed fuit vera, & est confessio extraiudicialis, vel iudicialis, sed facta coram iudice incompetenti, non erit certe sufficiens ad condemnandum, sed ad torquendum, sicut dictum est supra; poterit ergo reus tergiuersando, se defendere supponendo corpus suum tormentis. sed videat, an sibi expediat animam perdere, esto, quod teneatur confiteri crimē, & etiam corpus torqueri.

Si verò confessio facta fuerit metu, aut vi tormen-

mentorum ( præcedentibus tamen legitimis indicijs, eo quod non potuit sufferre tormenta ) debet id probare eo modo, quo poteſt, & ſi non poterit probare, ſuſcipiet condemnationem, & pœnam patienter pro amore Dei, in ſatisfactionem aliorum peccatorum ſuorum; dixi præcedentibus legitimis indicijs: quia ſi talis confeſsio facta fuiſſet in tormentis, non præcedentibus legitimis indicijs non eſſet ſufficiens ad condēnationem, etiam quod eſſet ratificata, vt dictum eſt ſupra; ſiue reus eſſet innocens, ſiue nocens.

Poterit etiam, ſe defendere reus contra propriam confeſsionem allegando, quod confeſſus eſt ſub ſpe impunitatis: quoniam fuit ei promiſſa impunitas ſi confitebatur. nam iſta promiſsio eſt illi obſeruanda, nec per huiuſmodi confeſsionem condemnari poteſt, vt conſuluit Imola conſilio 109. & hanc dicit eſſe communem opinionem Cagnol. in l. ea eſt natura, num. 18. ff. de reg. iur. Quod verum eſt, quando promittens impunitatem delicti poterat etiam de ipſo delicto gratiam, & indulgentiam facere, vt pote Princeps, vel ab eo authoritatem habens, vt apud nos Reuerend. Generalis, & Prouinciales Miniſtri: nam ab iſtis ſeruanda eſſet talis promiſsio impunitatis, turpe eſt enim fidem fallere. & ita tradunt Boſs. tit. de confeſs. & Clar. quæſt. 55. Et ſi iſta promiſsio impunitatis facta reo de iure eſt, ſeruanda apud iudices ſeculares, multo magis ſeruanda erit apud iudices Regulares, & quod dixi de Prouincialibus intelligas, quando per generales ordinationes non eſſet ſancitum, quod prouinciales non poſsint relaxare pœnas.

Reus põt ſe defendere contra propriam confeſſionē, & quo modo. Imola. Cagnolus

Boſſius. Clarus.

Poſſet etiam reus ſe defendere contra propriam confeſsionem, ſi allegaret, quod talis confeſsio facta fuit, ſuper proceſsu formato per iudicem iuris

ordine non seruato dummodo nullitas processus proueniat, ex defectu iurisdictionis: quia tunc cum Iudex non haberet juridictonem super reum, talis confessio reo non noceret. ita Cla. vbi supra; secus autē esset si cōfessio emanauit sponte, sup processu nullo ex qualibet alia causa: nā tunc posset reus ex illa condemnari, vt docet Innoc. in cap. qualiter, & quādo. 2. ext. de accusatio. quam dicit esse communiter approbatam, Alexand. in. leg. Inter stipulantem. §. 1. circa finem. ff. de verb. obligatio. & hanc esse communem opinionem tam Canon. quam legist. docet Clar. post alios per eum relatos. in d. quæstio. 55. versicul. item posset allegare.

Clarus.

Innocen.

Alexan.

Clarus.

Posset postremo reus se defendere, allegando, quod talis confessio non fuit absoluta, & pura, sed cum aliqua qualitate adiecta ver. grat. si confessus est se occidisse hominem, ad suam necessariam defensionem: quo casu non posset, nec deberet pro parte acceptari, & pro parte sperni, iuxta doctrin. Bart. in l. Aurelius. §. Idem quæsiuit. num. 2. ff. de liberatione lega. Sed ista defensio est periculosa, inquit Clar. in d. quæst. 55. versi. posset quoque quoniam huiusmodi confessio potest pro parte acceptari, & pro parte sperni, & habetur, ac si reus con fessus fuisset simpliciter homicidium sine vlla qua litate, nisi deinde illam probet. atque, ideo dicunt doctores, quod melius est, quod reus, qui alium ad sui defensionem interfecit, neget se homicidium commisisse, subijciendo, & si id feci, feci ad meā defensionem, quę quidem responsio admittitur, & pro pura negatione habetur, vt docet Clar. in. d. quæst. 55. licet Boss. in tit. de confessis num. 36. dicat contrariam opinionem esse communem.

Bart.

Clarus.

Et hæc, quæ diximus intelligimus de confessione sponte facta: quia si sit sermo de confessione facta

cta in tormentis, vel metu tormentorum præcedentibus legitimis indicijs, cum non sit sufficiens ad condemnationem, nisi ratificetur extra tormenta; si eam ratificet, non videtur, quod habeat postea, quid opponat contra eam. Si vero esset confessio facta in tormentis, non præcedentibus legitimis indicijs, & iuris ordine non seruato, cum talis confessio sit ipso iure nulla, non potest confessus ex ea condemnari, etiam, quod perseueraret in ea, vt diximus supra, & docet Clar. d. quæst. 55.

## ADDITIONE.

a Relaxare pœnas. *Adde, quod si fuerit promissa impunitas ab eo, qui non potest eam concedere, tunc sibi imputet, qui credidit tali promissioni, vt inquit Clarus. Qui subdit, quod ipse tamen numquam condemnaret huiusmodi reum ex tali confessione ad pœnam ordinariam delicti, nisi esset alijs indicijs grauatus.* Clarus.

b. Illam probet. *Adde, quod ex tali confessione potest condemnari, vt declarat idemmet Bart. in loco præallegato, & hanc decisionem Bartol. dici esse communiter approbatam Iason in l. vt vim. num. 13. ff. de iust. & iur. Boss. tit. de confessis post num. 19. & Clarus loco proxime allegato cum alijs per eum citatis. Qui inquit, quod melius est, quod reus, qui alium ad sui defensionem interfecit, neget se homicidium commisisse, subijciendo, & si id feci, feci ad meam defensionem, quæ quidem responsio admittitur, & pro pura negatiua habetur, & hanc inquit esse communem opinionem, sed Boss. in titul. de Confess. num. 36. dicit contrariam opinionem esse communem.* Bart. Iason. Boss. Clarus. Bossius.

c. Esse communem opinionem. *Adde, quod poterit etiam dicere, et confiteri se hominem occidisse, sed ad*

*sui defensionem: quia hæc responsio admittitur, vt tradit Boß. vbi supra. num. 30. sed debet eam probare. Et licet Reus simpliciter confeßus fuerit hominem occidisse, potest etiam postea se excusare, & dicere, quod fecit ad sui defensionem, nisi tamen veniret contra iuramentum præstitum. ita Boss. d. titul. de Confess. num. 31. sed tunc oportet ipsum probare hanc qualitatem, quod occiderit ad sui defensionem, & non probando confessio sua ipsum condemnabit. Boss. vbi supra titulo de defensionem, eorum. num. 2. si tamen eam qualitatem probaret per vnum testem, sufficeret ad elidendam plenam probationem homicidij: quia non est probatio contraria probationi querelantis, seu curia, vt latius ipsemet Boss. declarat in tit. de Confeß. col. 1.*

## *Quomodo reus possit se defendere repellendo testes. Cap. II.*

Reus quomodo se defendere possit repellendo testes.

SI reus est testibus conuictus, poteris se primo defendere adducendo exceptiones, quæ contra testes opponuntur, de quibus diximus supra in cap. de Testium examine; atque adeo debet iudex, si reus aliter se defendere non potest nisi contra testes opponendo, dari ipsi reo vna cum dictis testiū, etiam testium nomina ad hoc, vt possit illos repellere, aliàs tolleretur reo defensionis locus, quod est contra ius naturæ, & diuinum. ita docet Panormit. in cap. olim extra de accusatio, quod grauissimis probat rationibus, & habita causæ ratione. Idem firmat Hostien. quod patere potest. ext. ca. 2. qualiter, quando ext. de accusatio. vbi ita legitur Debet igitur esse præsens is, cōtra quē facienda est inquisitio, nisi se per cōtumaciā absentauerit, & exponēda sūt ei illa capitula, de quibus fuerit inquirendum,

Panorm.

Hostien.

rendum; vt facultatem habeat defendendi se ipsum. & non solum dicta, sed etiam nomina ipsa testium sunt ei, (vt quid, & a quo sit dictum appareat) publicanda, nec non exceptiones, & replicationes legitimæ admittendæ ne per suppressionem nominum infamandi, per exceptionum vero exclusionem deponendi falsum audacia præbeatur: hucusque textus ille. Existimo ergo nomina testium aperienda esse reo, quando necessaria sunt ad tuendam innocentiam suam, & alia via defendere se non possit.

Secundo potest se defendere capitulando contrarium, & probare pro viribus intentionem suam, & stabitur postea testibus suis, si erunt digniores, & verisimiliora, deponent, vel etiam si erunt plures. capit. in nostra, extra de testibus, vbi etiam Gloss. & doctores. alias stabitur testibus, Accusatoris, siue actoris dignioribus, & verisimiliora deponentibus contra reum. & vbi sit paritas, in dubio iudicandũ est pro reo, præualentibus eius testibus, vt docet Boss. d. tit. de defensionem reorum. num. 7. Imo amplius, etiam, quod præualent testes Actoris, adhuc pro reo iudicandum esset, vt habetur, per Gloss. notabilem. in. cap. Clerici. 81, dist. vbi duo laici, qui deponunt ad fauorem rei, præferuntur duobus Clericis, qui stabant pro accusatore atque ita qualitas clericatus non tollit reo prærogatiuam absolutionis, & ita inquit Abbas in cap. ex litteris, & in ca. ad nostram. ext. de probatio. Boss. loco proxime citato. num. 8. & 9. Qui tamen subdit esse in facultate iudicis, etiam in hoc casu magis credere testibus Actoris, exprimendo causam maioris credulitatis, & maxime quando attrocitas delicti, qualitas Accusatoris, & natura Testiũ facere eum inclinare

Bossius. Abb. Bossius.

redire, si locus in quo dicitur commissum fuisset delictum carum distare, ita, quod potuisset ire, & redire: secus autem, si tantum distaret, vt nullo modo fieri posset, quod ibi esset, & in loco, quo dicitur cõmissum delictum per eum à testibus accusatoris.

# ADDITIONES.

a. DE defens. num. 10. *Adde, quod ipse subdit, quod non per hoc plene probatur defensio Rei: ita, quod ex illa probatione sit absoluendus: sed inquit, quod conuictio manet taliter offuscata, vt non possit damnari, & subdit; sed si ego essem Iudex, torquerem eum; quia negari non potest, quin remaneat pars probationis homicidij aduersus eum. Fateor tamen, quod vbi militaret aliqua præsumptio contra reum, aliud esset per ea, quæ ipsemet Boss. dicit loco præcitato in titul. de conuictis. num. 62. & patet ad sensum absque allegatione. primo, quia reus non haberet nisi vnum testem. secundo habet præsumptionem legis contra se, quod fecerit malo animo. l. 1. C. de sicarijs. tertio habet etiam extrisecam præsumptionem contra se. Sed pone, quod Reus dicat se non commisisse homicidium vel furtum, quomodo probabit hanc negatiuam?* Dico *quod primo prabare potest per euidentiam rei; puta si homo, qui dicebatur occisus, exhibeatur viuus; vel domus, qui dicitur combusta reperiatur illæsa: vel homo, qui dicitur vulneratus, reperiatur sine vulnere, et huiusmodi, vt docet Clar. in practi. q. 52. secundo* Clarus.
*probare põt per testes probando negatiuam, quod non commisisset delictum.*

b. Loco, & tempore. *Nota, quod licet negatiua simplex. et indeterminata sit improbabilis, vt dicit Gloß. in cap. Bonæ el. 1. in versi. per rerum naturam*

ext. de

Parisius ext. de elect. quam inqui esse communiter approbatam Parisius in. cap. quoniam contra. num. 8. ext. de probation. & Clarus. d. quæst. 52. tamen si negatiua coarctetur loco, & tempore, tunc æque probatur, vt affirmatiua: quando scilicet testes deponunt ipsam negatiuam, & reddunt rationem. quod non potuerit esse, vel fieri, quin ipsi vidißent, vel sciuissent. Ita inquit Glos. in. §. si verò absunt, in versicul. & vidisse. in Autb. de hæredi. & falcidia, quam inquit esse veram, & receptam Clarus in d. quæstio. 52. cum aliis per eum allegatis.

Clarus.

c. A testibus accusatoris. Adde, quod quando negatiua est coarctata loco, & tempore, non magis creditur paucioribus affirmantibus, quam aliis negantibus, ex quo parem vim habent isti, sicut, & illi super affirmatiua deponentes, quamuis dicat Glos. in. l. diem proferre. §. si plures. ff. de arbitris; quod magis creditur duobus affirmantibus, quam decem negantibus. Ita considerauit Iason in. l. vt vim. col. 5. ff. de iust. & iur. refert, & sequitur Boss. vbi supra. num. 31. & 32. Adde etiam, quod poßet reus probare negatiuam ipsius met offensi. Nam licet assertio vulnerati contra aliquem non probet, nec faciat indicium ad torturam vt dictum fuit supra in cap. de Indiciis; attamen è conuerso dictum defuncti exculpantis imputatum de homicidio tollit omnia indicia, quæ sunt contra eum, ita, vt ex illis non poßit torqueri. ita dicit Bald. in l. 1. nu. 33. C. communia de legatis, & est communis opinio, vt inquit Clarus. in d. quæstio. 52. Quam tamen intelligit vt procedat, quando res est dubia, sed si appareret de veritatem in contrarium, vel essent indicia contra reum valde vrgentia, & proxima delicto tunc non esset standum huiusmodi assertioni, saltem ad euitandum torturam & ita practicatur teste Blanco in pract. criminal. fol. 8. num. 101. Plerumque enim videmus,

Iason. Bossius. Bald. Clarus. Blancus.

*demus, quod offensi, siue per remissionem, quam fecerunt vulnerati, siue persuasiones amicorum, faciunt huiusmodi protestationes veritati contrarias. propterea in hoc maxime versabitur iudicis arbitrium, qui inspecta qualitate facti considerabit, an talis excusatio videatur verisimilis, & an ei standum sit.*

## *Quomodo Reus potest defendere opponendo contra Iudicem. Cap. III.*

PRimo contra Iudicem opponere potest reus capitalem inimicitiam, vt pote, quod Iudex sit eius inimicus capitalis, ob aliquam grauem iniuriam receptam. iuxta text. in princip. cap. Veniens. de iureiurando. Felin. in. cap. repellantur, de accusatio. num. 6. & 1. quia crudelis dicitur, qui famam suam negligit, ideo necessario reputatur inimicus. cap. noluit. 12. quæstio. 1. cap. non sunt. 11. quæst. 3. Abb. in cap. magna. num. 13. de voto, & voti redemp. quia præciosa res est. Alberi. in authen. testis col. 2. Cod. de testibus, & magnum propterea est damnum, famam suam ammittere. l. infamia. C. de decurio. lib. 10. Et licet Iudex se inimicum non ostendat, sufficit tamen, si reus iustam causam inimicitiæ allegauerit, & probauerit. Felin. in. capit. cum oportet de accusat. num. 14. Ias. in. l. apertissimi. C. de Iudicijs. num. 7. & Marsilius in. l. 1. §. prætereà de quæstio. num. 3. & singul. 118. incipien. inimicus.

Reus potest se defedere opponendo contra Iudicem. Felinus. Abbas. Felinus. Marsilius.

Secundo si est affinis, vel consanguineus querelantis, aut alias interessati in causa. 4. quæst. 8. cap. absens.

Iudex affinis querelantis repellitur.

Item si sit excommunicatus. cap. ad probandum, de sent. re iudi. cap. dilecti filii, de exceptio. cap. vero, de sent. excom. capit. cum speciali in fine de appellat.

Excoõmunicatus.

Item

ex verbis fit l. 1. & Item apud labeonem. §. 1. ff. de iniurijs: Item, & litteris, leg. vnica. C. de Iniur. & fama libell. & talis iniuria vni facta intelligitur facta etiam omnibus de cognatione, l. 1. 2. & 3. ff. de liber. causis. l. Sortem. C. de his quibus, vt indig. Gloss. in Clemen. 31. in verbo quomodo libet de sen. excom. & cognatio vsque ad quartum gradum intelligitur. Bald. in cap. Vassallus. idest si de feud. fuer. controuersia, quem sequitur Fel. in cap. cum oporteat. de accusat. numer. 12. Item inimicus præsumitur, qui non salutat, quem solitus erat salutare. cap. si inimicus. 93. dist. Lucas de Penna in. l. 1. C. de his qui se defen: lib. 10. Item non obediens suo superiori inimicus præsumitur. Gloss. in cap. si quis Diaconus in verbo, & inimicus. 50. dist. cap. quoniam vetus. 24. questio. 1. Item Iudex de recenti reconcilliatus tamquam suspectus repellitur Ias. in leg. aptissimi. column. 2. in fine. C. de Iudicijs.

Bald.
Felinus.
Lucas de penna.

*Reus defendere se potest excipiendo contra delictum, et quomodo. Cap. IIII.*

POtest etiam reus se defendere opponendo plures exceptione contra delictum. primo exceptionem præscriptionis temporis annorum. 20 a die commissi criminis: nam eo temporis spatio prescribitur omnis accusatio criminalis. l. quædam C. de falsis; & Abb. in cap. cum haberet num. 4. de eo qui duxit in matrimonium, &c. Quod procedit dumtaxat, quod agitur pœnam ad corporalem, sed si agatur ad restitutionem interesse alicuius tunc vsque ad 30. annos durat actio, ut tenet Igneus in. l. in cognitione: ff. ad Syllan. num. 185.

Reus potest se defendere excipiendo cõ delictum.
Abb.
Igneus.

Ceterum apud nos hæc actio uidetur pœnitus extincta propter votum paupertatis. In crimine adul

quando processum fuisset per viam dispensationis, modo tamen dispensatio processerit ab eo, qui habebat potestatem dispensandi, ita tenet Glos. vnica in d.c.de his communiter approbata.

Sed quid de eo, qui fuit de delicto punitus, poterit ne iterum puniri? Respondetur, quod si fuit punitus ea pęna, quam requirebat qualitas delicti, nulla est difficultas, quod non potest amplius contra ipsum procedi. Ita consuluit Bald. in consil. 31. lib. 4. & Paulus de Castro. in cons. 18. libro 1. sed si fuit condemnatus minori pœna; quam requirebat qualitas delicti, forte posset dubitari; sed veritas est, quod nec isto casu poterit iterum puniri, vt docet Clar. in d. quæst. 57. vers. dictum est, qui inquit, quod ita quotidie practicatur. subdit tamen istud procedere, nisi ex parte Iudicis, qui minorem pœnam imposuit intercessisset aliqua fraus, vel collusio, imponendo pœnam leuiorem pro delicto graui; nam eo casu non obstante tali punitione, posset iterum accusari, & puniri.

Semel punitus non potest amplius puniri.

Pa. de Cas.

Clar.

A

Postremo pro hac materia obser. est, quod etiam post sententiam condemnatoriam debent Rei audiri, & admitti eorum defensiones, & vbi constiterit de innocentia debet superior supersedere, vt notat Bart. in l. 1. §. fin. ff. de quæst.

Reus etiā post sententiam condemnatoriam audiri debet.

Imo, quod plus est, ad defensionem reorum, debet Iudex testes ex officio suo examinare etiā a parte non productos, etiam ipsa parte nō instante, nec postulante, secundū Bar. in d. l. §. fi. de quæst. & in l. 2. C. de absol. & est optimus tex. in l. si non defendātur. ff. de pęn. & in l. 4. §. hoc autem iudicium, ff. de damno manifesto. ita docet Mars. in pract. crim. in §. oportune nu. 14. quem refert, & sequitur Foller. loco supra proxime allegato, nempe in pract. crim. par. 1. 2. par. sub rubr. recipiantur defens.

Bartolus.

Mars.

Foller.

Innocẽtię magna eſt vis. Innocentiæ enim magna eſt vis, & ideo fauorabilis, vt illius cauſa multa ſint, ac reperiantur ſancita, vt pulchre tradit Iacob. Menoch. de pręſump. Iac. Meno. lib. 5. præſumpt. 49. Nam, vt illa detegatur ſemper admitti debent probationes. l. ſi non defendantur, Iaſon. ff. de pœnis. tradit Iaſ. in conſ. 175. lib. 2. Imo iudex Innocent. non debet exequi ſententiam aduerſus quem deinde innocentem eſſe intelligit, ita tradit Innoc. in c. ſignificantibus, in fine, extra de purgatione vul-Bal. gari. Bald. in l. vnica. C. de confeſſis. Huc accedit, quod, & ſi ſtatutum tollit omnes exceptiones, non tamen dicitur reijcere exceptionem innocentię. ita Bald. in l. 1. §. offilius. ff. ne quis eum, qui in ius vocatus eſt, vi eximat. Alex. conſ. 113. col. 2. lib. 5. & Menoch. ibidem num. 4.

Innocẽtia probaripoteſt tęſtib. domeſticis. Habet, & hoc commodum innocentia, quod probari poſſit teſtibus domeſticis, & ſanguine coniunctis, c. tam litteris, & cap. veniens, ext. de teſt. & l. 5. §. ad quæſtionem, ff. de quæſt.

Innocentiæ multæ ſunt coniecturæ. Multæ autem coniecturæ, & præſumptiones ipſius innocentiæ traduntur a Doctoribus: quarum nonnullas enumerat Menoch. vbi ſupra num. 7.

Alciat. Bar. Prima coniectura eſt, quando accuſatus fugam facile rapere potuit, & non fugit, ita tradit Alciat. Reſpon. 453. num. 5. poſt Bar. in l. ſi quis fugitiuus. §. 1. ff. de edilitio edicto.

Cepolla. Blanc. Marſilius. Secunda, & validior coniectura innocentiæ eſt, quando accuſatus ſua ipſe ſponte iudici ſe præſentat, ita inquit Cepolla. in conſ. 31. num. 8. in criminalibus, Blancus in pract. crimin. in 1. par. defenſionis. num. 131. Marſil. in pract. crim. in §. diligenter. numero 204.

Gramma Tertia coniectura innocentiæ ſupradictis validior eſt, quãdo accuſatus ſua ipſe ſponte carcerem ingreditur. Ita tradit Grammat. conſ. 29. num. 32.

&

& conſ. 61. num. 4. in criminalibus, & idem quando quæſtionibus, & torturæ ſe ſubijcit, vt tradit Lucas de Penna in l. 3. verſic. 107.

Quarta coniectura innocentiæ eſt, quæ ſumitur ex culpatione ſocij criminis, cum moriturus eſſet, cum, & is fuit, qui accuſauit, ita inquit Marſil. vbi ſupra, §. reſtat, & Blancus præcitato nu. 136. quam quidem coniecturam veram eſſe exiſtimauerunt, niſi pro crimine alia ſit coniectura. — Lucas de Penna. Marſilius. Blancus.

Quinta coniectura innocentiæ eſt, quando damnatus ad mortem proteſtatus fuit ſe innocentem eſſe, & dum laqueo fuiſſet ſuſpēſus, vel gladio percuſſus, mori non potuit, ſed fracto laqueo incolumis cecidit in terram, ita tenet Lucas de Penna in l. 1. col. 7. verſic. ſed pone damnatus eſt aliquis, C. de deſertoribus, & occultatoribus. libr. 12. Quam ſequitur Paris de Puteo de ſindicatu in verbo pœna, in capit. an ſi iudex poſt medium. verſic. ſi tamen iſte. Decius in l. fauorabiliores, in fine, ff. de regul. iuris. Et alij relati per Menochium, vbi ſupra. num. 19. qui num. 20. ſubdit, quod iſtud intelligitur ſecundum aliquos: quando damnatus iſte condemnatus fuiſſet ex ſolis coniecturis, & præſumptionibus, quod iure permiſſum non eſt, ſecus ſi clare conſtaret de delicto morte digno: nam tunc non præſumitur miraculoſe, ſed per incantationes, & præſtigia, iuxta doctrinam Bald in cap. Venerabili. extra de Teſtibus. — Lucas de Penna. Par. de Pu. Dec. Menoch. Bald.

## ADDITIONES.

a. Acuſari, & puniri. *Sed quid ſi aliquis abſolutus fueris de aliquo crimine in foro pœnitentiæ; numquid poterit vlterius accuſari? Dico, quod ſic ſecundum præallegatam Gloſſam in d. cap. de his,*

*quam omnes approbant, vt inquit Clarus, vbi supra, uersic. sed numquid. Alias enim, quis de facili habita absolutione a confessore posset euadere pœnam delictorum, quod esset ualde ridiculum. Nam quantuncumque magna pœna imposita fuerit in foro pœnitentiali; adhuc non attenta tali pœna, & punitione poterit puniri in foro iudiciali: ita tenet Glos. in cap. gaudemus, in Glos. finali. ex. de diuor. quam omnes sequuntur, ut inquit Clarus ibidem.* Clar.

## *Quæ in delictis prorsus excusent, uel saltem prosint ad minuendum pœnam. Cap. V.*

Delictum multis modis excusari potest, vel pœna eius.

DIctum est de defensionibus, quæ reis competunt, vt ab accusatione, vel inquisitione contra eos formata absoluantur, videamus nunc breuiter de his, quæ ad excusandum delictum, vel ad minuendam pœnam proponi possunt.

Furor.

Dico primo, quod furor, & infamia excusat a delicto: nam si delinquens tempore delicti commissi erat furiosus, aut mente captus, non potest propter illud puniri. Textus est in l. infans, ff. ad legem Cornel. de sicarijs. si etiam tempore delicti erat sanæ mentis, & postea est effectus furiosus, vel mente captus, puniri non potest de his, quæ ante furorem perpetrauit, ita tenet Bald. in l. furiosum, circa fin. C. qui test. facere potest. Quæ conclus. intelligenda est, quod puniri non potest pœna ordinaria, sed bene puniri debet extraordinaria arbitrio iudicis, vt inquit Bald. in d. l. furiosum, cuius opinio communiter probatur, vt inquit Clar. vbi sup. Qui subdit hoc dictũ Bal. sibi placere, quãdo furor superuenisset, iam perfecto processu suarum defensionum, & non quando superuenisset ante: quia diceretur indefensus condemnari, ex quo semper furiosus

Bal.

Clarus.

pro

pro absente habetur. Si etiam furiosus effectus est post sententiam condemnatoriam, ita quod iste delinques perseuerauit sanæ mentis vsque ad sententiam, & post condemnationem effectus fuerit furiosus, non potest contra eum sententia executioni mandari, vt docet idem Clar. q. 60. vers. sed quæro, & est communis opinio.

Dico secondo, quod ira quamdoque delictum excusat, & interdum minime; nam aut ira prouenit ex iusta causa, & tunc non excusat in totum, sed vt delinquens mitius puniatur, vt in viro occidente vxorem deprehensam in adulterio. Ira enim potest dici, quidã breuis furor, aut prouenit ex ininiusta causa, & tunc in nihilo excusat, & hæc est communis opinio. Ira.

Dico tertio, quo ebrietas excusat à dolo, sed non à culpa, atque ideo committens delictum tempore, quo est ebrius, puniendus est, non pæna ordinaria delicti sed extraordinaria, atque ita tenent communi consensu doctores. Cæterum si sine culpa fuisset factus ebrius, puta si socij ipso inscio sal in vino apposuissent, inquit Clar. ipsum esse à culpa, & à dolo prorsus excusandum. Ebrietas.

Dico quarto, quod si aliquis dormiendo delinquat, puta hominum vulnerauit, vel interfecit excusandus est: quoniam tempore delicti non erat compos mentis, & ita tamquam pro furioso habendus est, ita Clar. vbi supra. Quod tamen intelligit, vt locum habeat, quando alias ei dormienti talia euenire non solens, sed si aliquando ei contingere solent, vt scilicet à lecto surgat, & ensem euaginet, & similia faceret, vt de multis auditur, tunc si ipse nõ prçcauisset claudẽdũ ostiũ, diceretur esse in culpa, atque ideo deberet pœna extraordinaria puniri. ita Bartol. in l. penult. ff. ad legem pompeiam de Somniũ. Clarus. Bart.

Paricidijs, & est communis opinio, vt inquit Clarus vbi supra.

Ignorãtia

Dico quinto, quod Ignorantia constitutionis punientis delictum non excusat a delicto: nam quando delictum, quod punitur ab ipsa constitutione, vel decreto, est etiam prohibitum de iure communi; eo casu ignorantia constitutionis, vel decreti non excusat, cum etiam deberet puniri secundum dispositionem iuris communis. atque adeo non est verum, quod quælibet ignorantia etiam iuris excuset a dolo nec etiam est verum, quod ignorantia constitutionis vel decreti, si est absque culpa excuset reum ad omnem pænam euitandam, quando, vt dixi delictum, quod punitur constitutione, vel decreto, est etiam prohibitum de iure communi. secus esset si tantum puniretur constitutione, vel decreto.

Scias tamen, quod in Iudice, qui tenetur scire leges, ignorantia iuris ciuilis, vel Canonici, vel positiui, licet eum excuset a tanto; numquam tamen excusat a toto, vt communiter dicunt doctore. Caueant ergo qui quærunt fieri Iudices, & vt plurimum actu collatiuo carent.

Penitẽtia in delictis

Dico sesto, quod pœnitentia in delictis quandoque delinquentem excusat. pro cuius conclusionis intelligentia obseruandum est, quod aut loquimur de pœnitentia post commissum delictum, & ista non excusat, quin possit delinquens accusari, nec etiam iuuat ad euitandam pœnam. ita Clar. quæst. 60. aut loquimur de pœnitentia ante perpetratum delictum

Clarus

verb. g. Qui volebat illud committere, pœnituit, & illud non commisit, & tunc est distinguendum: nam si pœnituit, quia facere non potuit, non excusatur, sed punitur, ac si perfecisset: si vero pœnituit, quia non voluit, tunc non in totum excusatur, sed mitius punitur, ita docet Ioan. Andr. in capit. Cum

Cleri-

Clerici, extra de iure patronatus, ad quem omnes recurrunt, vt inquit Augustin. ad Angelum de Maleficiis; in verbo, & vestem cœlestem. num. 39. Dicit etiam Ioan. de Lignano inter cons. crimin. diuersorum. consil. 20 num. 16. lib. 1. quod in hoc resident omnes. refert, & sequitur Clarus. loco supracitato, obseruandum est tamen, quod licet affectus, & attentatum, seu conatus ad deliquendum, etiam si non sequatur effectus, puniatur tamquam, si ipse effectus secutus fuisset secundum iuris dispositionem. l. 1. §. diuus. ff. ad leg. Iuliam de sicariis cum suis similibus; tamen de generali consuetudine non punitur affectus, siue conatus, vel attentatum, nisi sequatur effectus; pro vt de hac generali consuetudine attestatur Specul. in tit. de Accusatores. §. 1. numer. 7. in fine. Quem sequitur Alexand. consil. 15. num. 2. lib. 1. Iason. in l. 1. §. final. in fine ff. quod quisque iuris. Gandinus. de Maleficiis: in tit. de rebus non deportandis ad finem, & Arretinus. in l. 1. §. final. nu. 3. ff. quod quisque iuris, & consil. 14. num. 3. vbi dicit, quod ista consuetudo est approbata per totum mundum. Quod tamen intelligas, quod non punitur affectus, seu conatus ipsa pœna delicti ordinaria sed bene puniri debet pœna extraordinaria, vt docet Clar. vbi supra. secundum antiquos etiam in delictis attrocissimis de generali consuetudine minus punitur affectus, quamquam ipse effectus, vt docet Marsilius consilio. 105. numero. 1. & alii relati per clarus vbi supra.

Io. Andr. Augus. Ioan. Lignano. Clarus. Speculat. Alexan. Iason. Gandin. Arretin. clarus. marsilius.

Vnde pro resolutione obseruandum est, secundo quod licet ista vltima opinio sit tutior, quia tamen Iudices diuersimode in his euentis procedunt, nam quandoque puniunt conatum in attrocissimis pœna ordinaria; quandoque uerò pœna extraordinaria,

posset Iudex adhærere cui opinioni voluerit, in spe-cta facti, & personarum qualitate consulerem tamen, vt in mitiorem partem inclinet.

Verum, vbi conatus, seu attentatum, vel minæ punirentur a statuto aliqua pœna particulari, debet semper Iudex condemnare reum ipsa pœna statuta. Quod intellige cum hoc moderamine, quod quando est puniendus affectus, seu conatus pęna ordinaria, vel quia statutum, ita disponit, vel secundum iuris dispositionem in delictis attrocissimis, & in omnem casum, quo aliqua lex puniat expresse solũ conatum, etiam non sequuto effectu, semper id erit intelligendum, vt procedat, quando deuentum est ad actum proximum maleficio, & est communis opinio, vt inquit Grammaticus consil. 36. num. 19. quem refert, & sequitur Clarus. quæst. 92. in fine.

Grammat. Clar. Credulitas.

Dico septimo, Quod credulitas excusat, quandoque a delicto; verbi gratia, quis credat habere iustam causa illud faciendi, vel credebat non esse delictum verum; sed distinguendum est; quia aut loquimur in delictis, in quibus dolus est de substantia, vt falsum, periurium, & similia, & tunc siue sit iusta causa, siue iniusta excusat: nam videtur cessare animus delinquendi; & de hoc vera est communis opinio, quæ tradit quam libet iustam credulitatem excusare, vt inquit Curtius Iunior. consil. 132. num. 1. ac opinionem eorum, qui docent quamlibet causam coloratam, fatuam, & etiam iniustam excusare à delicto, seu dolo, vt non puniatur pœna ordinaria, vt dicit Gloss. in l. Plagii. in ver. iusta. C. de plagiariis, quam dicit esse communiter approbatam Ioan. de Amicis consil. 8. num. 5. & alii multi, quos referunt Carrer. in tract. de homic. §. 2. numero, 91.

Curtius Iunior. Ioan. de amicis. Carrerius. Clarus

91.& Clar. q. 60. ver. genera.

Aut loquimur in delictis, in quibus dolus non est de substantia, & tunc si causa est iniusta excusat quidem, sed non à culpa, & ideo punitur pro culpa; non autem pro dolo, sed si causa est iusta excusat a dolo, & a culpa, & ita distinguit secundum omnes, attestatur Bald. in d. l. Plagii. num. 2. Cod. ad leg. Iul. de Plagiariis. Bald.

Intellige tamen, quod ipsa causa, quæ allegatur siue iusta, siue iniusta probanda sit, alias non excusaret, vt tradit Curtius. cons. 56. quem refert, & sequitur Carrer. loco supracitato in fine, & sufficit, quod sit probata semiplene, vt excuset a dolo, vt per Ioan. de Amicis consil. 27. & Carrer. vbi supra, sufficit etiam, quod probetur per ostensionem coniecturarum, vt inquit Boss. in tit. de decreto Mediolan. post num. 19. Limitatur vero hæc conclusio, vt non procedat, quando quis erraret in iure naturali, vel ciuili notorio: quia tunc causa iniusta non excusaret, vt declarat Curtius d. cons. versi. quia bene, & Carrer loco proxime citato. Curtius Carter. Ioan. de Amicis. Bossius. Curtius. Carrer.

Sunt etiam aliæ causæ, propter quas pœna remitti vel minui potest, quarum multas copiose, & eleganter recenset Tiraquellus in suo tractatu de pœnis, & potest poni exemplum si appareat, quod delictum sine dolo commissum fuerit: nam eo casu non potest reus corporaliter puniri, vt dicetur infra in capit. de sententijs pænalibus: item quando delictum commissum fuit extra propositum & intentionem ipsius delinquentis; nam, & eo casu potest Iudex pęnam minuere secundum Bart. in l. quid ergo. §. pœna grauior. num. 11. ff. de his, qui notantur infam. & ita dicunt omnes doctores, vt attestatur Cepolla in consil. 36. vers. & postremo, quem refert. & sequitur clar. d. quæst. 60. vers. sunt autem, & aliæ causæ. Tiraquel. Bart. Cepolla. Clarus

De

## De pœnis. Cap. VI.

POstquam Iudex diu elaborauit pro in ueniendo delicto, de quo reus accusatus, vel inquisitus erat, repertoque reo culpabili, debet etiam prout iuris erit eum punire; Ideo de pænis nunc reo infligendis agendum est.

Cum autem Ius Canonicum numquam pro aliquo delicto, vel etiam grauissimo pęnam mortis, & saguinis imponat, vt patet per Gloss. 2. quæst. 3. ca. Præuaricator. iure merito, nec apud Monachos, vel Religiosos potest quis puniri pæna mortis, & sanguinis, quantumcumque crimen grauissimum sit propterea vltra ea, quę supradiximus de pęnis assignatis perpetratis delictis a Constitutionibus nostris breuiter eas attingam, quæ apud nos fratres minor. obseru. sunt in frequenti vsu.

Nullus apud Regulares puniri debet pena sanguinis.

Præcatio. Prima pœna est præcationum, cum pro aliquo delicto inponitur rosarium persoluendum, vel septem Psalmos pænitentiales, vel officium defunctorum, vel quid aliud simile.

Disciplinę. Secunda est pœna disciplinæ, quam frater facit per se ipsum supra dorrsum nudum, per vnum miserere plus, minusuè arbitrio prælati.

Ieiunium. Tertia est Ieiunium simplex, sed grauior, ieiunium in pane, & vino, & multo grauior, quando imponitur, vt ieiunet, in pane, & aqua.

Comestio in terra. Quarta pæna est comestio in terra, & grauior quando simul imponitur ieiunim, præsertim in pane, & acqua.

Priuatio vocis actiuæ, & passiuæ. Quinta est priuatio vocis actiuæ, & passiue, per quam non potest frater eligere aliquem, nec ipse eligi ad honores, & dignitates.

Priuatio, officiorũ ordinis. Sexta est priuatio officiorum ordinis. per quam intelli-

intelligitur non solum priuatio prelationis, sed etiá confessionis, prædicationis, lectionis, definitionis, visitationis, & electionis pro discreto ad capitulum, non tamen vocis actiuæ in electione eiusdem.

Priuatio actuum legitimorũ.

Septima est, priuatio actuum legitimorum, per quam non intelligitur priuari execcutione ordinũ, siue voce actiua, aut lectione siue prædicatione, vel testificatione in iudicio; nisi specialiter exprimatur, sed bene confessione saltem sæcularium, vt patet in Constitut. Salaman. cap. 7. §. declaramus in super.

Suspensio. Syluestr.

Octaua est pæna suspensionis, & si fiat simpliciter sine temporis præfenitione, intelligitur suspensio perpetua. Syluestr. in summa verbo suspensio post num. 1. vers. quantum verum ad durationem, si autem fiat cum temporis præfinitione, elapso tempore cessat suspensio; potest etiam fieri suspensio ab vno officio tantum, putn prædicationis, vel visitationis, & tunc non extenditur ad alia officia, vt omnes sentiunt.

Pobatio caputij.

Nona est delatio probationis caputij, per quam frater redditur inferior omnibus professis sui ordinis, & tractatur tanquam nouitius, vel saltem deberet, licet consuetudo sit in contrarium.

Fragellatio.

Decima pæna est verberatio, seu flagellatio, quá pęnam in clericorum personis receptam esse tradit textus in cap. Cum Beatus 45. dist. & in. cap. fin. 35. dist. & in. cap. 1. in finalibus verbis extra de Calumniat. In qua tamen pæna imponenda aduertere debent semper Iudices Regulares, quod non debet Clericus verberari per laicum etiam de mandato suo, alias, & verberans, & ipse Iudex essent excommunicati. Et est text. expressus in. cap. Vniuersitatis, extra de sent. excom. & tradit Gloss. in. cap. Clericus eod titul. sed debet verberari per Ministrũ ecclesiæ,

A

clesiæ, vt notat. Card. de Turrecremata post Huguenem. in. cap. illi qui. questio. 5. & debet fieri citra sanguinem. hæc tamen pæna non est fere amplius in vsu apud nos.

Pæna carceris.

Vndecima pæna est exilii, pro qua remitimus Iudices ad Constit. Romanas de anno 1603.

Duodecima pæna, quę est superioribus grauior pæna carceris est, quæ apud Regulates frequentissima esse solet, & etiam apud nos Minor. obseru. vt ex lectura constituit. nostrarum conspici potest, & hęc pęna imponi potest, & temporalis, & perpetua, proqua etiā remittimus ad Cōstitutiones Salamanc

D

Damatio ad triremes.

Decimatertia pæna corporalis omnibus superiobus grauior est pæna damnationis ad Triremes, quæ in facinorosos clericos videtur habere locum propter eorum grauissima sceiera. Sed hæc minime debet esse in vsu apud Monacos, & minus, apud nostros fratres minores obseruantes quam, vt plurimum detestantur Bernardinus Diaz. in pract. crimin. canon. cap. 135. vers. venit insuper. Et Nauar. Commentario. 3. de Regularibus. num. 52. quorum verba placuit hic transcribere.

Ber. Diaz.

Quis enim (inquit Diaz) merito non indicabit indecens, sacerdotes Dei, quibus maior dignitas est collata, quam angelis, quamtumcumque facinorosos, tam perpetuo, ac infami punitionis generi tradi? Vbi tanta est sceleratorum hominum copia, tantus squalor, tantus denique omnium erumnarum, ac immunditiarum accerruus? Vbi insuper passim damnatos homines, & nudari, & flagella laicorum pati manibus quotidianum est. Nisi in casu, quo post degradationem sacerdos tradendus esset ad vltimum supplicium suheundum curię sæculari. Et tunc etiam tolerabilius crederem sacerdotem quemquam post traditionem cu-

riæ

riæ, turpissimo quouis mortis genere (dum tamen momentaneo) vitam finire; quam ipsum longo vitæ interuallo, cum tot facinorosis hominibus, ac sæpius infidelibus tali quotidiana pæna torqueri. Quod forsitan illius animæ salubrius esset · quia in breui illo vltimo supplicio de commissis dolens deuotius, obidque securius moreretur. In triremibus autem vitam agendo, non solum de præteritis, non est sperandus dolor, sed deteriores mores ibidem acquisituros, & sic cum illis morituros verisimilius timeri potest. hucusque Diaz.

Nauarrus verò, vbi supra (inquit) alienum videri à charitate fraternitatis, & paternitatis inter regulares habendæ simul; & a consuetudine Sanctorum Augustini, Benedicti, Bernardi, Dominici, Francisci, & aliarum Regularum institutorum, huiusmodi pęnas infligere, cum sola eiectione à congregatione videntur fuisset contenti. Hactenus Nauarru. Nauar.

## ADDITIONES.

a. DE Calumniator. *Adde, vt notat ibi Abb. in vltimo notabili, quod Ecclesia potest clericum publice verberare. Cum enim cesset in ipsis cæteræ pænæ mortis, ac membrom mutilationis, nimirum hanc tamquam paternam correctionem antiqui patres sacrorum canonum conditores admiserunt.* Abb.

b. In cap. illi qui. quæst. 5. *Adde, quod secundum omnes constitutus in minori ordine poterit etiam presbyterum verberare. poterit etiam flagellari ne dum per fratrem clericum de man dato prælati, si ipse noluerit verberare, sed etiam per fratrem laicum.* Nā *Index ecclesiasticus habet potestatem, & iurisdictionē*

fusti-

fustigandi, & verberandi, & sententiam suam super his potest executioni mandare absque scrupulo irregularitatis, licet in fustigatione, vt plurimum, interueniat aliqualis effusio sanguinis, cum non veniat principaliter ex sententia, sed accidat ex post facto. & quamuis text. in cap. Archiepiscopatu, & ibi Gloss. ext. de raptoribus, & in cap. his à quibus. 23. quæstio. vltima. dicant, quod Clericus potest flagellis cædi ea moderatione adhibita, quod flagella in vindictam sanguinis minime transire videantur; non propterea contradicunt supradictæ conclusioni, nec reprobant si aliqualis sanguis ex flagellis prosiliat: quoniam reprobant tantum vindictam sanguinis. Vnde satis est, quod in sententia Clerici non inferatur pœna, ex qua principaliter, & immediate veniat sanguis, licet ex post facto accidentaliter effluant aliquæ guttæ sanguinis. Ita declarat Bernardinus Diaz. in practica crim. canon. cap. 125. Diaz.

c. Pœna exilij. Quod Iudices ecclesiastici possint imponere Clericis pœnam exilij probat, text. in cap. 1. ext. de calumni. & in cap. hi qui. 3. quæst. 4. cum similibus. Sicut enim occasio delinquendi facile præcipitat eos, qui aliquam virtutis curam habere solent; sic eadem occasione sublata facilius est à difficili, & asperrima vitiorum semita ad amenissimam virtutis viam reuocari, quod bene comprobant verba illa singularia Canonis. Valet. 81. dist. dum inquit. Valet interdum conuersis pro salute animæ suæ mutatio loci. plerumque enim dum mutatur locus, mutatur moris affectus. congruum est ergo, & inde etiam corporaliter euelli, vbi quisque illecebris seruiuit. Nam locus, vbi quisque praue vixerit in aspectu mentis apponit, quod sæpe ibi cogitauit, & gessit. Hæc pœna apud nos erat iam in frequenti usu. Dum ipse Patris Generalis transferebat fratres de una Prouincia in aliam propter

aliquod

*aliquod delictum, & decernebat, quod in eamdem redire non possent, uel per aliquod determinatum tempus, uel in perpetuum. Similiter etiam quando Minor Prouincialis decernit in pœnam delicti, quod frater aliquis non possit ire, nec manere in tali conuentu, uel loco suæ prouinciæ. & hæc appellatur pœna exilij. quæ per doctores appellatur deportatio, seu confinatio.*

d. Temporalis, & perpetua. *Ut autem ambiguitatis error circa hoc tollatur, Adde triplici ratione posse fratres carceribus mancipari. Prima quidem custodiæ causa, cum scilicet maleficium graue est, atque iudex ueretur ne frater pœnæ effugiendæ causa, à monasterio, uel à religione aufugiat; & enim carceri mancipandus est, quoad usque commissi delicti rationes excutiantur, prout dictum fuit supra in cap. de citatione Rei. Secunda causa est, cum insurgente ex processu semiplena probatione reus est interrogandus, uique tormentorum (casu, quod delictum neget) ad confitendum plectendus. tunc enim in carcerem est frater conijciendus, ut vsu practicatur. Tertia causa est cum carcer tribuitur in criminis pœnam ex vi sententiæ definitiuæ. Et de hac est modo sermo, & hæc pœna carceris potest imponi, & temporalis, & perpetua, si crimina fuerint grauissima. Et regulariter de iure ciuili, ubi ueniret imponenda pœna mortis, uel damnationis in metallum, de iure canonico imponitur eius loco carcer perpetuus, ut tradit* Bernardinus Diaz, *ubi supra cap. 129. Et licet ipse uideatur incidere in opinionem Arretini; qui tenet, quod quamuis pena mortis imponatur de iure ciuili; non tamen debet imponi de iure Canonico pœna perpetui carceris, nisi in duobus casibus. Primo in casibus exceptis, in quibus expresse caueetur de pena carceris, ut in cap. fin. & penultimo ext. de hæreticis. Secundo, ubi propter immanitatem deli-*

Triplici de causa possũt fratres carceribus mancipari.

Diaz.

Arretin.

cti non

*cti non esset imponenda laico simpliciter pœna mortis, sed cum aliqua qualitate atroci, vt puta ignis, traditionis ad bestias, lacerationis membrorum, & huiusmodi. præter autem hos duos casus (inquit Arretinus) non imponitur pęna perpetui carceris; sed detruditur Clericus in monasterium ad agendam pęnitentiam, & si noluerit agere pænitentiam, ponitur in perpetuis carceribus; iuxta capit. vt famæ ext. de senten. excom. Attamen cum pæna detrusionis in monasterium non conueniat religiosis, nec eis esset pæna, cum semper eorum vitam degant in monasterio; sequitur, quod apud* Religiosos *pæna perpetui cârceris succedere debere loco pænæ mortis in omni casu imponendæ de iure ciuili, & in statutum est in nostris constitutionibus Salamanc. In quibus quoniam etiam statutum est, quod omnes, qui pæna carceris puniuntur eo ipso actibus legitimis sint priuati, ideo quamuis liberentur è carceribus non propter hoc restituuntur ad actus legitimos, nisi hoc beneficium eis explicite impendatur. obserua tamen, quod istud habet locum in tertio casu, supra posito; quando scilicet carcer eis imponitur pænam commissi delicti: non autem in primis duobus casibus:* Nam *quando custodiæ causa fuit frater incarceratus, fieri potest, vt excußa causa innocens reperiatur, atque etiam euenire potest, vt positus ad tormenta fortiter se gerat, & quælibet grauia indicia eo tormento purgentur, vt habetur per* Bartol. Bart. *& Bald. in l. 1. ff. de Custodia* Reorum, *& dictum fuit* Bal. *supra in cap. de tortura.*

## De *pænis alia explicatio.* *Cap. VII.*

TRia alia genera pœnarum esse in frequēti vsu, secundum Canonum dispositionem compertissimum est. nimirum excommunicationem, dispositionem,

ctionem, & suspensionem. de quibus, quia multum eped it instituto nostro, aliqua verba faciemus, & primo de excommunicatione, quam frequentissimè, & constit. nostræ, & Prælati nostri inferunt, in pœnam delictorum perpetratorum, vel perpetrandorum circa quam.

Obseru. est primo, quod licet excommunicatio fieri non possit ab homine, nisi præcedente trina monitione, vel vna pro tribus, vt est text. in cap. sacro. de sent. excom. nihilominus quaando excommunicatio imponitur in pęnam delicti. non requiritur aliqua monitio, secundum Abb. in cap. reprehen. de appellatio post Inno. in cap. 1. de excessibus Prælat. & idem notat. Card. in Clemen. final. versic. Quod si, extra de pęnis. Sicut etiam, quando Prælatus prohibet aliquid fieri, sub pæna excom. à fratribus, tunc contrafaciendo incurrunt fratres excõ. & non est necessaria aliqua monitio, quia ille, qui contrafacit est vere contumax, cum inhibitio fungatur vice monitionis. vt plene docet. Syluestr. in summa verbo excom. el primo. num. 12. & 13. Qui subdit ex his habetur, quod prohibitio alicuius futuri roborata per sententiam, vt si quis fecerit hoc sit, excommunicatus, non indiget monitione. quia ipsa prohibitio est monitio, ita Nauar., in Manual. cap, 27. num. 10.

Excõmu. quãdo requirat trinã monitionem.

Abba. Innoce. Cardi.

Syluestr.

Nauar.

Secundo obseru. est, quod quando Iudex dicit excommunic. te; vel vbicunque fit mentio de excõmunicatione intelligi debet de maiori, vt tex. in ca. si quem, de sent. excom. Quia verba simplicitet prolata consueuerunt, & debent accipi in significato consueto, vt in capitolo ex litteris de sponsalib. & l. habeo. ff. de supellectili leg. Vnde excommunicatũ minori, non dicimus simpliciter, & communiter excommunicatum. Syluest. vbi supra. num. 18.

Prælatus quando dicit excõmunic. te intelligitur de maiori.

Syluest.

§ Tertio

Excōmunicationis latæ sentētiæ, & iuferēde differentia.

Tertio obseru. est, esse differentiam inter excommunicationem latæ sententiæ; & inferendæ: quia prima statim incurritur. secunda autem non, nisi feratur: quoniam est tantum comminatoria. quo modo autem cognoscatur esse excommucationem latæ sententiæ, dico, quod Syluestr. loco supracitato. num. 21. & 22. & alij summiste, hoc declarant. quando scilicet adsunt verba, hoc importētia, vt si dicatur, sit excommunicatus. nam tunc ipso iure ligat. cap. Cupientes. §. Cæterorum, & ibi Gl. de electio. in. 6. Item cum dicitur decernimus excōmunicationi subiacere, & huiusmodi. cap. nouit, de gis quæ fiunt a Prælatis. Item cum dicitur, subiaceat excommunicationis, vel habeatur pro excommunicato tenet communiter Doctores, quod sit excommunicatio latæ, vt notatur in. capit. unico de Iniurijs. lib. 6. & est textus. in. capitu. Si quis suadente diabolo. 17. questio. 9. Quando vero, dicitur priuetur Communione, vel excommunicetur; est canon. ferendæ sententiæ, nisi addatur aliquod verbum ostendens, quod ipso facto incurratur. de quo videnda est Gloss. in. cap. in pænis de Reg. iuris. in. 6. veluti, si addatur ipso facto. vel omnino, vel omnibus modis, vel mox, vt docet Syluest. vbi supra.

Syluestr.

Syluest.

Excōmunicatio maior nemini seruata a quolibet sacerdote cōfessario absolui potest.

Quarto obseru. est, quod exccommunicatio maior, quæ nulli reseruata reperitur, a quolibet simplici sacerdote absolui potest, qui a mortalibus potest absoluere secundum Innocent. & Hostien. in capitol. Nuper, de senten. excom. & est com. opin. Theol. & Summist. vt docet Syluestrin. in verb. excom. 1. notabili. & Nauar. in Manual. capitolo. 27. numero. 39. Quoad depositionem. obseru. est, primo, quod duplex est depositio, vna verbalis, actualis altera. Depositio verbalis

A

Depositio est duplex

balis est perpetua remotio ab altaris ministerio; quando Episcopus pronunciat sententiam contra Clericum, per quam priuat illum ordinibus clericalibus, vt notat. Abb. in ca. at si clerici. de Iudicijs, & depositus simpliciter intelligitur depositus perpetuo, licet non exprimatur, vt patet per Gloss. notabilem. in cap. 1. in Gloss. final. 50. dist. & huius depositionis forma habetur in Pontificali. Abb.

Actualis autem depositio, quæ proprie appellatur degradatio, est quando Clericus non modo priuatur per sententiam, sed etiam actualiter, & spoliatur ordinibus ecclesiasticis iuxta formam traditam, in dicto libro Pontificali.

Secundo obseru. est; quod depositio non imponitur, nisi pro graui crimine, vt inquit Abb. in. ca. fin. de celebration. Missarum, quę autem dicantur grauia crimina, relinquitur arbitrio Iudicis, vt inquit id demmet Abbas. Depositio non imponitur nisi pro graui crimine. Abb.

Tertio obseru. est, quod depositus ab officio si celebret, priuatur participatione corporis, & sanguinis Domini, & permanet in hac excommunicatione, vsque ad diem vltimum modo exitus sui tẽpore percipiat, vt habetur in capit. Accedens. 50. distinct. & ibi notat Propositus. Depositus ab officio si celebrat priuatur participatione corporis, & sanguinis Domini.

Quarto obseru. est, quod degratio non debet fieri nisi pro tribus criminibus secundum Gloss. in ca. ad abolendam. de hæreticis primo in crimine hæresis, d. cap. ad abolendam. nisi secundum Panorm. ad pænitentiam incontinenti redire voluerit; quia tunc in carcerem detruditur. cap. penult. de hæreticis; sed si relabatur, sine audientia traditur curię sæculari. capitol. accusatus, de hæreticis in. 6. & Syluestrin. verbo degradatio. numero 4. Degradatio pro q. b. fieri debeat. Panorm. Syluestr.

Secundum falsario litterarum Papæ capitol. ad

falsarium extra de crimine falsi.

Tertio, cum quis deponitur propter caluniam, quam quis intulit Episcopo suo. cap. si quis sacerdotum. 11. quæst. 1. Quod Gloss. in cap. cum non ab homine, de Iudicijs limitat, vt procedat si sit incorrigibilis, quod communiter tamquam mitius approbatur, vt inquit Syluestrina, loco supracitato.

Hinc infertur, quod extra prædictos tres casus non traditur Clericus curiæ sæculari, secundum prædictam Gloss. & est communis opinio. In aliis autem criminibus, quantumcumque grauibus sufficit sola depositio absque degradatione. & ideo quamuis Clericus commisserit crimen enorme, & grauissimum, etiam si occidisset summum Pontificem, non debet degradari, si paratus sit se corrigere, sed debet detrudi in perpetuum carcerem, vel Monasteriū, & est communis opinio, vt inquit Boss. tit. de foro competenti. num. 136. quem refert Clarus. quæst. 36.

Bossius.

Et quod Clericus non debeat statim tradi curiæ sæculari, sed debeat expectari, quod sit incorrigibilis, dicit Arretinus esse communem, opinionem, in d. capit. cum non ab homine. num. 8. Decius. in d. cap. at si Clerici. num. 288. Diaz. in pratica crimin. canon. capit. 50. post alios relatos per Clarum quæst. 36. Et licet contrariam, quod scilicet Clericus depositus tradendus sit curiæ sæculari, etiam non expectata incorrigibilitate, propter aliquod enormissimum crimen, puta homicidium proditorium, vel simile, tenuerint alij plures dicentes, & ipsi hanc esse communem opinionem, & quod ita in practica obseruatur: Nihilominus ipse Diaz. concludit, quod hęc secunda opinio posset habere locum solum in Clericis primæ tonsuræ, sic enormia homicidia perpetrantibus, cum illi non possint sic appellari

Arretin.

Decius.

Diaz.
Clarus.

pellari Christi Domini. In alijs vero sacri ordini Clericis, sacerdotibus maxime, communem opinionem sequendam censeo, tametsi iustum iudicarem, quod hodie per Concilium, aut per Summum Pontificé, alioquin grauissimi casus ad noterentur, in quibus Clericus etiam sacerdos post degradationem traderetur curię sæculari, vt saltem timore pœnæ aliquorum insolentia temperaretur. Hæc Diaz.

Clarus vero dicta quæst. 36. Inquit. Ego in huiusmodi casibus enormibus, stante hac veritate opinionum, crederem hoc relinquendum esse arbitrio Iudicis Ecclesiastici degradantis, qui secundum qualitatem facti, & personarum dignitatem decerneret, an est tradendus curiæ sæculari, vel non in dubio tamé dicerem, non esse faciendam tradicionem Clerici delinquentis, qui non esset incorrigibilis; nisi natura rei, & circumstantia criminis aliud suaderet. & hanc sententiam tanquam communem, & regulis iuris consentaneam, tenet. Couar. lib. 2. Resolut. capit. 20. post. num. 7. versic. hinc sane. Hæc Clar. Quinto obseru. est, quod non solum Clericus in sacris ordinibus constitutus est capax sententiæ degradationis sed etiam constitutus in minoribus, vt notat Anton. in cap. at si Clerici de Iudicijs sequitur Barbat. in d. cap. cum ab homine. eod. tit. imo, & simplex tonsuratus degradatur, vt docet Bernardinus Diaz. cap. 132.

Clarus. Couar. Clericus in minoribus constitu^s est capax degradationis.

Postremo obseru. est, quod Clericus depositus dicitur incorrigibilis, si reuertitur ad priora delicta, vel in illis perseuerat, secundum Abbat. in d. cap. cum non ab homine. versi. quæro qualiter, & idem est secundum eumdem, si committat alia delicta, & si non sint similia, vel si sint minora, quem sequitur Decius ibidem, & Diaz. ca. 131. Diceretur etiam

Clericus depositus quãdo dicatur icorrigibilis. Abbas. Decius. Diaz.

etiam incorrigibilis, si cum detruderetur in Monasterium ad peragendam pœnitentiam, ea non peracta capit fugam, & occultat se, vel aliter de facto impedit, vt non possit eum Iudex arctare, licet non reperiatur in nouo delicto; quia tunc post excommunicationem, & anathema est comprimendus per Iudicem sæcularem, vt per eosdem vbi supra.

Suspensio quid sit.

Quo verò ad suspensionem, quæ est vna de ecclesiasticis censuris, vt probatur in cap. Quærenti, de verborum significatione, per quam interdicitur officium, vel exercitium competens alicui personæ ecclesiasticæ, quæ interdictio aliquando fit a iure, & aliquando a persona, prout dicit Glos. in cap. ad reprimendam, de officio delegati, & in Clem. cupientes de pęnis, de qua vltima scilicet hominis ad præsens nobis est sermo. In qua quidem inferenda

Iudex quę obseruare debet in inferenda pęna suspensionis. Abb.

Iudex aduertere debet, quod si imponit eam in pęnam delicti; non est necessaria monitio; licet alias quando fertur pro contumacia, non debeat fieri sine monitione, sicut etiam dictum est de excommunicatione, secundum Abb. in cap. Reprehensibilis, de appellat. & quod propter delictum possit inferri suspensio probant iura. in c. cum litteris extra de testib. & in c. loco, 5. q. 3.

Suspensio duplex.

Cæterum pro ampliori notitia obserua. est primo, quod quædam est suspensio, quæ fit ab aliquo, qui proprie est actus alicuius ordinis, puta a celebratione, ab officio, ab ordine, & huiusmodi; Quædam ab alijs actibus, qui non pertinent ad aliquem ordinem, puta à prędicatione, confessione, lectura, & alijs officijs ordinis. In prima contrafacientes sunt irregulares, cùm videlicet exercent aliquem actum ordinis, vt in c. 1. de sent. excom. in 6. & in c. 1. de sent. & re iudicata, in 6. Si autem dicta suspen

sio

ſio non ſit circa ea, quę pertinent ad actum ordinis, ſed circa alia ab ipſis, non eſſent irregulares eã non ſeruantes, ſed alio modo puniri debent. ita tradit Ang. in verbo ſuſpenſio, 3. poſt num. 1. & Syluestr. eodem verbo ſuſpenſio. q. 5. in princ. Ang. Syluest.

Secundo obſeru. eſt, quod quædam eſt ſuſpenſio ab actibus ordinum, quæ fit a prælatis, vel a iure, vt modo dictum fuit, quædam, quę fit a confeſſoribus ad certum tempus, vel ſimpliciter, ſed talis non inducit irregularitatem, licet non ſeruetur, ſecũdum Ioan. Andr. in cap. 15. qui de ſent. excom. in 6. & Angelum, vbi ſupra, quia nõ inuenitur in iure expreſſum Nauar. in Manu. cap. 27. poſt num. 151. verſic. Vnde ſequitur. Ioã. Andr. Ang.

Tertio obſer. eſt, quod ſuſpenſio multiformiter imponitur, aliquando ab vno ordine tantum, aliquando ab omni; & quãdo eſt ab vno, vel a quibuſdam tantum, non eſt ſuſpenſus ab alijs non annexis ei, vel eis: & quando ſit ſuſpenſio ab ordine ſimpliciter illa intelligitur ab omni ordine; & ſi ſit ſuſpẽſus ab ordine ſubdiaconatus intelligitur ſuſpenſus ab omnibus ſuperioribus: ſecus autem è contrario, quia ſuſpenſus ab ordine ſacerdotali, poteſt exercere officia inferiorum ordinum. Suſpenſio multiformiter imponitur.

Aliquando fit ſuſpenſio a ſacramentorum perceptione & participatione, & tunc ſuſpenſus non fit irregularis, licet contrafaciat: quia participare nõ eſt ordinis, & officij. Si quis autem ſuſpenſus eſt a diuinis officiis, tunc non poteſt nec officiari, nec cũ alijs intereſſe, ſeu audire; non tamen erit irregularis, ſi ſolum interſit, vt ſimplex laicus. Si ſit ſuſpenſus a prædicatione, non fit irregularis concionãdo, nec miſſam celebrando. Hæc omnia ex Angelo, & Syluestr. vbi ſupra. Nauar. tamen c. 27. poſt nume. 163. infertur. Tenet, quod concionando peccat, & Ang. Syluest. Nauar.

sit irregularis, quoniam actus prædicandi lege diuina, vel humana, vel consuetudine, est actus peculiariter Diaconatui deputatus. Vide tamen lōgam, & bonam distinctionem, quam de suspensione ponunt Ang. & Syluestr. vbi supra.

Et in hac materia animaduertant Iudices, vt in sententia, vel præcepto suspensionis aperte declarēt, a quibus ordinibus, vel actibus, vel beneficijs, intendant suspendere clericum: quia cum constat de voluntate iudicis illa est seruanda. Ita concludit Diaz cap. 122.

Quarto óbseru. est, id quod habetur in constitutionibus Salamanc. cap. 7. §. Declaramus item circa suspensionem, excommunicationem, & priuationem, vbi sic dicitur, Declaramus item, quod quando in statutis quibuscumque pœna carceris, excommunicationis, suspensionis, & priuationis exprimitur, nolumus fratres ligari ad illas, nisi scienter, & ex deliberatione contrarium facientes. Et vbicumque taxatur pœna incurrenda ipso facto decernimus, quod in talem pęnam non incurritur, nisi post declarationem factam, a Prælato. Pręlatus autem si non declararet delinquentem commisisse factum, pro quo pœna ipso facto erat imposita, nisi per rei euidentiam, vel alias legitime de crimine constiterit, post declarationem tamen huiusmodi reus, ipso facto in pœnam venit impositam, sine noua impositione.

Et §. sequenti declaramus itidem, quod vbicunque in constitutionibus istis, vel alijs in quibuscūque censura excommunicationis, suspensionis, & similium continetur, vbi est comminatio, de futuro, vel latæ sententiæ, est facienda declaratio. vt in supradicto proximo statuto. Et si ibi non exprimitur a quo imponi, vel infligi debeat, intelligitur ab

eo debere infligi, seu declarari, coram quo legitime talis probatur excessus, dummodo ad eumdem pertineat talis excessus, & correctio.

Quinto obseru. est, quod suspensio, aut est temporalis, aut perpetua, temporalis non operatur vltra tempus definitum, & eo elapso tollitur ipso facto, sine alia absolutione secundum Gloss. in Clemét. 1. in verbo done. de decimis, receptam communiter vt inquit Nauar. cap. 27. num. 161. vers. 6. dico, propterea æquiparatur depositioni, vt notatur in cap. si quis 83. distinct. atque, ita suspensio perpetua non debet imponi, nisi pro graui crimine, sicut, & depositio, vt inquit Diaz. cap. 122. Nauar.

Postremo obseru. est quod violans suspensionem per se sumptam, pro vna specie trium censurum ecclesiasticarum, peccat mortaliter. arg. cap. 2. de maiori, & incurrit irregularitatem, si violat eam exercendo aliquem actum peculiarem, alicuius ordinis siue maioris, siue minoris, vt docet Nauar. vbi supra num. 163. Diaz. Vtolans suspensionem, quæ censura et peccat mortaliter & fit iregularis

Dixi aliquem actum peculiarem ordinis, quia si exercet alium etiam ecclesiasticum, & ad diuina officia pertinentem, qualis est psallere etiam in choro cum alijs, canere responsoria mortuorum, vel litanias, baptizare sine solemnitate, vt alius laicus, & alia id genus, quæ non sunt peculiariter deputata alicui ordini; non fieret irregularis.

Illa autem dicuntur depuata alicui ordini quorum specialis potestas traditur in ordinatione, vt in presbyterio potestas consecrandi, baptizandi solemniter, dicendi collecta in choro. In diaconatu potestas canendi solemniter Euangelium. In subdiaconatu canendi solemniter epistolam. in Accoluto ferendi cereos, &c. Nauar.

Dixi etiam minoris; quia violans, solemniter

exercendo, actum deputatum ordini minori, ita incurrit, sicut exercens deputatum maiori; Secũdum Innocent. & communem in cap. fin. extra de excessibus Prælat. Hæc omnia Nauar. loco proxime citato. Qui subdit, quod sæpe repetijt solemniter, quia faciens aliter aliquid horum, vt cantans epistolam, ferens cereos, vel vrceolos, tamquam alius laicus, non incurrit irregularitatem, secundum omnes.

Innocen. Nauar. B

## ADDITIONE.

a. NAuar. in Manual. capit. 27. numer. 39. *Adde quinto, quod excommunicatus perseuerans per integrum annum in excommunicatione habetur pro confesso, & conuicto de crimine, cuius causa fuit excommunicatus; nec aliter aufertur pœna; vt scribit Abb. in cap. 1. de Iudi. num. 25. quam opinionem communem esse attestatur Ripa ibi. num. 77. Menoch. de arbitr. Iudic. quæst. lib. 2. centuria. 5. casu. 416. nu. 11 cum alijs adductis per Ignat. Lopez. in addit. ad practic.* Diaz. *cap. 116. vers. prima assertio.*

Abb. Ripa. Menoch. Lopez.

*Hæc tamen perseuerantia in excommunicatione per annum minime excommunicato viam præcludit, quin possit innocentiam suam ostendere, vt tradit Antonius de Butrio in. d. cap. 1. de Iudi. vbi Ripa. nu. 77. Gloss. notabilis in cap. rursus 11. quæst. 3. cum alijs allegatis per Ignatium. Lopez. vbi supra versic. Quarta conclusio.*

Antonius Ripa. Lopez.

*Similiter hæc annalis perseuerantia in excommunicatione reddit excommunicatum de hæresis crimine suspectum, vt tradit* Concilium *Trid. sess. 25. cap. 3 de Reformat. in hæc verba. Excommunicatus quidem, si post legitimas monitiones non resipuerit non solum ad sacramenta, & communionem fidelium, & fami-*

Concil. Trident.

*familiaritatem non recipiatur, sed si indurato animo censuris annexus in illis per annum insorduerit, etiam contra eum tamquam de hæresis suspectum procedi possit. hactenus Concil. Triden. præsumitur enim iste perperam declauium potestate sentire. Ignat. Lopez. vbi supra versicul. Quinta aßertio. Qui in versicul. Tertio. Quod licet excõmunicatus subdit, quod quamuis, is qui per annum integrum stetit in excommunicatione de hæresi suspectus sit, non tamen tamquam hæreticus est condemnandus. Gloß. singularis in cap. contingit ext. de dolo, & contum. quandoquidem hæc suspitio leuis est, vt scribit Auctor directorij Inquisitorum in 2. par. quæst. 47. dicta tamen suspitio, & si leuis sit, sufficiens tamen est ad purgationem inducendam, quam si excommunicatus subire noluerit, sed in excommunicatione permanserit; tunc veluti hæreticus pertinax est condemnandus. capit. excommunicamus. §. qui autem ext. de hæreti. cap. cum contumacia eodem titul. in. 6. Tradit Innocent. & cæteri in capit.* Innocen.
*vltimo de pœnis cum pluribus alijs allegatis per Ign.* Lopez.
*Lopez. loco proxime allegato. Similiter si causa excommunicationis ex eo emanauit, quod de hæresi suspectus, quis sit, vel ab heretica prauitatis inquisitoribus vocatus subterfugiens iudicium, comparere noluit, & ob contumaciam excommunicatione fuit innodatus, in qua integro anno permanserit, hoc sanè casu, vt hæreticus est puniendus, text. est egregius in. d. ca. cum contumacia de hæreti. lib. 6. tradit idem Ignatius vbi supra. vers. quod si causa.*

*Demum hæc annalis perseuerantia, in excommunicatione vltra annum operatur, vt excommunicatus priuãdus sit beneficijs, et dignitatibus. ita tenet. Abb.* Abbas.
*in eodem. cap. 1. de Iudi. cum alijs adductis per eumdem Ignatium loco supra proxime allegato, versicul. sexta, & vltima aßertio.*

b. Se-

b. Secundum omnes. His *adde, Quod Clericus excommunicatus, suspensus, aut interdictus non efficitur irregularis, etiam si sacramenta percipiat: quoniam ipsa sacramentorum perceptio non pertinet speciali iure ad aliquem actum ordinis, quandoquidem laicis competit* Ignat. Lopez. *in addit. cap. 33. col. 3. versic. 6. qui allegat Couar. in Clement. si furiosus in. 1 part. relectionis dicentem hanc esse communem opinionem; fatetur tamen ipse Clericũ istum grauissime arbitraria pœna ab ecclesiastico Iudice puniẽdũ esse.*

Lopez.
Couar.

*Similiter non efficitur irregularis, si iudicat, visitat, castigat, præsentat, eligit, & confirmat; quando quidem hæc ad diuina munera non spectat, & nullibit cauetur, quod ex his actionibus irregularitatis labes cõtrahatur. Nauarrus. in Manual. cap. 27. num. 244. & Ignat.* Lopez, *vbi supra.*

Nauar.
Lopez.

*Adde secundo, quod in quatuor casibus excusatur excommunicatus, suspensus, seu interdictus celebrans seu exercens actum ordini suo annexum à pœna irregularitatis, primus est, quando legitima excommicationis ignorantia, vel suspensionis id fecerit. text. est notabilis in. cap. Apostolica. ext. de cleri. excommu. Nauar. in Manua. cap. 27. num. 271. Ignat.* Lopez. *vbi supra versic. excusabitur tamen. secundus est, quando post excommunicationem, seu suspensionem, quæ nulla est, celebrat. text. est in. cap. Non debet. 11. quæst. 3. Nec debet is pœnam sustinere canonicam in cuius damnationem non est canonica prolata sententia. excommunicatio enim. vel suspensio, quæ nulla est, timeri non debet. capit. cui. 11. quæstion 3. Nec debet ea sententia appellari, quæ nulla est, quia sententiæ effectus pariat. leg. 4. §. condemnatum. ff. de re iudicata, & sicut caret iuris effectu, sic, & authoritate, & nomine rei iudicatæ carere debet. Clement. Pastoralis. §. vt igitur de re iudicata; & hanc*

Nauar.

opinio

opinionem tenent, omnes tam theologi, quam canonistæ. S. Thom. & alij in. 4. dist. 18. quæst. 2. art. 4. tradit Nauar. qui inquit hanc esse communem opinionem in capit. cum contingat. in secundo remedio in principio. ext. de rescriptis, cum aijs allegatis per Ignat. Lopez. vbi supra versic. est etiam ab irregularitate. Plures casus, in quibus sententia excommunicationis est nulla ponit Nauar. in Manual. cap. 27. num. 4. vide ibi. Et subdit Ignat. quod Clericus, contra quem lata fuit sententia excommunicationis nulla, si cum maximo populi scandalo celebrat, mortaliter peccat propter scandalum, & ab ordinario arbitrarie puniendus est. D. Thom. Nauar. Lopez.

Tertius casus est, quando Clericus ante excommunicationem appellauit, & post appellationem excommunicatur: nam celebrans non incurrit pœnam irregularitatis. Quod procedit non solum, quando appellatio fuißet valida; sed etiam quando fuisset inualida, pronunciatumque fuisset eam appellationem firmitatem non habuisse; dummodo appellans bona fide credat suam appellationem valere. Gloss. est singularis in cap. solet, in Gloß. penultim. de sentent. excommun. in. 6. quam sequuntur communiter Doctor. vt tradit Ignat. Lopez. vbi supra versic. Nec etiam Clericus. Quando tamen clericus noscet, vel nouisse deberet appellationem, vel causa minus iustam esse, is profecto coram Deo irregularitatem incurreret, vt inquit Nauar. in d. cap. cum contingat in. dist. 2. remedio. num. 7. Lopez, loco quo supra. Lopez. Nauar.

Quartus casus est, quando Clericus excommunicatus, & suspensus absoluit in mortis articulo. Nam quamuis ante Concil. Trident. non potest talem absoluere absque pœna irregularitatis, vt [illegible] Gloss. notabilis in cap. præterea §. per manus. 3. [illegible] communiter recepta, vt testatur [illegible]

etiam incorrigibilis, si cum detruderetur in Monasterium ad peragendam pœnitentiam, ea non peracta capit fugam, & occultat se, vel aliter de facto impedit, vt non possit eum Iudex arctare, licet non reperiatur in nouo delicto; quia tunc post excommunicationem, & anathema est comprimendus per Iudicem sæcularem, vt per eosdem vbi supra.

Suspensio quid sit.

Quo verò ad suspensionem, quæ est vna de ecclesiasticis censuris, vt probatur in cap. Quærenti, de verborum significatione, per quam interdicitur officium, vel exercitium competens alicui personæ ecclesiasticæ, quæ interdictio aliquando fit a iure, & aliquando a persona, prout dicit Glos. in cap. ad reprimendam, de officio delegati, & in Clem. cupientes de pęnis, de qua vltima scilicet hominis ad præsens nobis est sermo. In qua quidem inferenda Iudex aduertere debet, quod si imponit eam in pęnam delicti; non est necessaria monitio; licet alias quando fertur pro contumacia, non debeat fieri sine monitione, sicut etiam dictum est de excommunicatione, secundum Abb. in cap. Reprehensibilis, de appellat. & quod propter delictum possit inferri suspensio probant iura. in c. cum litteris extra de testib. & in c. loco, 5. q. 3.

Iudex quę obseruare debet in inferenda pęna suspensionis. Abb.

Suspensio duplex.

Cæterum pro ampliori notitia obserua. est primo, quod quædam est suspensio, quæ fit ab aliquo, qui proprie est actus alicuius ordinis, puta a celebratione, ab officio, ab ordine, & huiusmodi; Quædam ab alijs actibus, qui non pertinent ad aliquem ordinem, puta à prędicatione, confessione, lectura, & alijs officijs ordinis. In prima contrafacientes sunt irregulares, cùm videlicet exercent aliquem actum ordinis, vt in c. 1. de sent. excom. in 6. & in c. 1. de sent. & re iudicata, in 6. Si autem dicta suspen

sio

ſio non ſit circa ea, quę pertinent ad actum ordinis, ſed circa alia ab ipſis, non eſſent irregulares eã non ſeruantes, ſed alio modo puniri debent. ita tradit Ang. in verbo ſuſpenſio, 3. poſt num. 1. & Syluestr. eodem verbo ſuſpenſio. q. 5. in princ. Ang. Syluest.

Secundo obſeru. eſt, quod quædam eſt ſuſpenſio ab actibus ordinum, quæ fit a prælatis, vel a iure, vt modo dictum fuit, quædam, quę fit a confeſſoribus ad certum tempus, vel ſimpliciter, ſed talis non inducit irregularitatem, licet non ſeruetur, ſecũdum Ioan. Andr. in cap. 15. qui de ſent. excom. in 6. & Angelum, vbi ſupra, quia nõ inuenitur in iure expreſſum Nauar. in Manu. cap. 27. poſt num. 151. verſic. Vnde ſequitur. Ioã. Andr. Ang.

Tertio obſer. eſt, quod ſuſpenſio multiformiter imponitur, aliquando ab vno ordine tantum, aliquando ab omni; & quãdo eſt ab vno, vel a quibuſdam tantum, non eſt ſuſpenſus ab alijs non annexis ei, vel eis: & quando fit ſuſpenſio ab ordine ſimpliciter illa intelligitur ab omni ordine; & ſi ſit ſuſpẽſus ab ordine ſubdiaconatus intelligitur ſuſpenſus ab omnibus ſuperioribus: ſecus autem è contrario, quia ſuſpenſus ab ordine ſacerdotali, poteſt exercere officia inferiorum ordinum. Suſpenſio multiformiter imponitur.

Aliquando fit ſuſpenſio a ſacramentorum perceptiõne & participatione, & tunc ſuſpenſus non fit irregularis, licet contrafaciat: quia participare nõ eſt ordinis, & officij. Si quis autem ſuſpenſus eſt a diuinis officiis, tunc non poteſt nec officiari, nec cũ alijs intereſſe, ſeu audire; non tamen erit irregularis, ſi ſolum interſit, vt ſimplex laicus. Si ſit ſuſpenſus a prædicatione, non fit irregularis concionãdo, nec miſſam celebrando. Hæc omnia ex Angelo, & Syluestr. vbi ſupra. Nauar. tamen c. 27. poſt nume. 163. infertur. Tenet, quod concionando peccat, & Ang. Syluest. Nauar.

eo debere infligi, seu declarari, coram quo legitime talis probatur excessus, dummodo ad eumdem pertineat talis excessus, & correctio.

Quinto obseru. est, quod suspensio, aut est temporalis, aut perpetua, temporalis non operatur vltra tempus definitum, & eo elapso tollitur ipso facto, sine alia absolutione secundum Gloss. in Clemét. 1. in verbo donec. de decimis, receptam communiter vt inquit Nauar. cap. 27. num. 161. vers. 6. dico, propterea æquiparatur depositioni, vt notatur in cap. si quis 83. distinct. atque. ita suspensio perpetua non debet imponi, nisi pro graui crimine, sicut, & depositio, vt inquit Diaz. cap. 122. Nauar.

Postremo obseru. est quod violans suspensionem per se sumptam, pro vna specie trium censurum ecclesiasticarum, peccat mortaliter. arg. cap. 2. de maiori, & incurrit irregularitatem, si violat eam exercendo aliquem actum peculiarem, alicuius ordinis siue maioris, siue minoris, vt docet Nauar. vbi supra num. 163. Diaz. Violans suspensionem, quæ censura est peccat mortaliter & fit iregularis

Dixi aliquem actum peculiarem ordinis, quia si exercet alium etiam ecclesiasticum, & ad diuina officia pertinentem, qualis est psallere etiam in choro cum alijs, canere responsoria mortuorum, vel litanias, baptizare sine solemnitate, vt alius laicus, & alia id genus, quæ non sunt peculiariter deputata alicui ordini; non fieret irregularis.

Illa autem dicuntur depuata alicui ordini quorum specialis potestas traditur in ordinatione, vt in presbyterio potestas consecrandi, baptizandi solemniter, dicendi collecta in choro. In diaconatu potestas canendi solemniter Euangelium. In subdiaconatu canendi solemniter epistolam. in Accoluto ferendi cereos, &c. Nauar.

Dixi etiam minoris; quia violans, solemniter

exer-

exercendo, actum deputatum ordini minori; ita incurrit, sicut exercens deputatum maiori; Secundum
Innocen. Innocent. & communem in cap. fin. extra de excessibus Prælat. Hæc omnia Nauar. loco proxime citato.
Nauar. Qui subdit, quod sæpe repetijt solemniter, quia
B faciens aliter aliquid horum, vt cantans epistolam, ferens cereos, vel vrceolos, tamquam alius laicus, non incurrit irregularitatem, secundum omnes.

## ADDITIONE.

a. NAuar. in Manual. capit. 27. numer. 39. *Adde quinto, quod excommunicatus perseuerans per integrum annum in excommunicatione habetur pro confesso, & conuicto de crimine, cuius causa fuit excommunicatus; nec aliter aufertur pœna; vt scribit*
Abb. *Abb. in cap. 1. de Iudi. num. 25. quam opinionem com*
Ripa. *munem esse attestatur Ripa ibi. num. 77. Menoch. de*
Menoch. *arbitr. Iudic. quæst. lib. 2. centuria. 5. casu. 416. nu. 11*
Lopez. *cum alijs adductis per Ignat. Lopez. in addit. ad practic.* Diaz. *cap. 116. vers. prima assertio.*

*Hæc tamen perseuerantia in excommunicatione per annum minime excommunicato viam præcludit,*
Antonius *quin possit innocentiam suam ostendere, vt tradit Antonius de Butrio in d. cap. 1. de Judi. vbi Ripa. nu. 77.*
Ripa.
Lopez. *Gloss. notabilis in cap. rursus 11. quæst. 3. cum alijs allegatis per Ignatium. Lopez. vbi supra versic. Quarta conclusio.*

*Similiter hæc annalis perseuerantia in excommunicatione reddit excommunicatum de hæresis crimi-*
Concil. Trident. *ne suspectum, vt tradit Concilium Trid. sess. 25. cap. 3 de Reformat. in hæc verba. Excommunicatus quidem, si post legitimas monitiones non resipuerit non solum ad sacramenta, & communionem fidelium, &*

*fami-*

*familiaritatem non recipiatur, sed si indurato animo censuris annexus in illis per annum insorduerit, etiam contra eum tamquam de hæresis suspectum procedi possit. hactenus Concil. Triden. præsumitur enim iste perperam declauium potestate sentire. Ignat. Lopez, vbi supra versicul. Quinta aßertio. Qui in versicul. Tertio. Quod licet excõmunicatus subdit, quod quamuis, is qui per annum integrum stetit in excommunicatione de hæresi suspectus sit, non tamen tamquam hæreticus est condemnandus. Gloß. singularis in cap. contingit ext. de dolo, & contum. quandoquidem hæc suspitio leuis est, vt scribit Auctor directorij Inquisitorum in 2. par. quæst. 47. dicta tamen suspitio, & si leuis sit, sufficiens tamen est ad purgationem inducendam, quam si excommunicatus subire noluerit, sed in excommunicatione permanserit; tunc veluti hæreticus pertinax est condemnandus. capit. excommunicamus. §. qui autem ext. de hæreti. cap. cum contumacia eodem titul. in. 6. Tradit Innocent. & cæteri in capit. vltimo de pænis cum pluribus alijs allegatis per Ign. Lopez. loco proxime allegato. Similiter si causa excommunicationis ex eo emanauit, quod de hæresi suspectus, quis sit, vel ab hæreticæ prauitatis inquisitoribus vocatus subterfugiens iudicium, comparere noluit, & ob contumaciam excommunicatione fuit innodatus, in qua integro anno permanserit, hoc sanè casu, vt hæreticus est puniendus, text. est egregius in d. ca. cum contumacia de hæreti. lib. 6. tradit idem Ignatius vbi supra. vers. quod si causa.* Innocen. Lopez.

*Demum hæc annalis perseuerantia, in excommunicatione vltra annum operatur, vt excommunicatus priuãdus sit beneficijs, et dignitatibus. ita tenet. Abb. in eodem. cap. 1. de Iudi. cum alijs adductis per eumdem Ignatium loco supra proxime allegato, versicul. sexta, & vltima aßertio.* Abbas.

b. Se-

b. Secundum omnes. His *adde, Quod Clericus excommunicatus, suspensus, aut interdictus non efficitur irregularis, etiam si sacramenta percipiat: quoniam ipsa sacramentorum perceptio non pertinet speciali iure ad aliquem actum ordinis, quandoquidem laicis competit* Ignat. Lopez. *in addit. cap. 33. col. 3. versic. 6. qui allegat Couar. in Clement. si furiosus in. 1 part. relectionis dicentem hanc esse communem opinionem; fatetur tamen ipse Clericũ istum grauissime arbitraria pœna ab ecclesiastico Iudice puniẽdũ esse.*

Lopez. Couar.

*Similiter non efficitur irregularis, si iudicat, visitat, castigat, præsentat, eligit, & confirmat; quandoquidem hæc ad diuina munera non spectat, & nullibi cauetur, quod ex his actionibus irregularitatis labes cõtrahatur. Nauarrus. in Manual. cap. 27. num. 244. & Ignat.* Lopez, *vbi supra.*

Nauar. Lopez.

*Adde secundo, quod in quatuor casibus excusatur excommunicatus, suspensus, seu interdictus celebrans seu exercens actum ordini suo annexum à pœna irregularitatis, primus est, quando legitima excommicationis ignorantia, vel suspensionis id fecerit. text. est notabilis in. cap. Apostolicæ. ext. de cleri. excommu. Nauar. in Manua. cap. 27. num. 271. Ignat.* Lopez. *vbi supra versic. excusabitur tamen. secundus est, quando post* excommunicationem, *seu suspensionem, quæ nulla est, celebrat. text. est in. cap. Non debet. 11. quæst. 3. Nec debet is pœnam sustinere canonicam in cuius damnationem non est canonica prolata sententia. excommunicatio enim. vel suspensio, quæ nulla est, timeri non debet. capit. cui. 11. quæstion 3. Nec debet ea sententia appellari quæ nulla est, quia sententiæ effectus pariat. leg. 4. §. condemnatum. ff. de re iudicata, & sicut caret iuris effectu, sic, & authoritate, & nomine rei iudicatæ carere debet. Clement. Pastoralis. §. vt igitur de re iudicata; & hanc*

Nauar.

opinio

opinionem tenent, omnes tam theologi, quam canonistæ. S. Thom. & alij in. 4. dist. 18. quæst. 2. art. 4. tradit Nauar. qui inquit hanc esse communem opinionem in. capit. cum contingat. in secundo remedio in principio. ext. de rescriptis, cum alijs allegatis per Ignat. Lopez. vbi supra versic. est etiam ab irregularitate. Plures casus, in quibus sententia excommunicationis est nulla ponit Nauar. in Manual. cap. 27. num. 4. vide ibi. Et subdit Ignat. quod Clericus, contra quem lata fuit sententia excommunicationis nulla, si cum maximo populi scandalo celebrat, mortaliter peccat propter scandalum, & ab ordinario arbitrarie puniendus est. D. Thom. Nauar. Lopez.

Tertius casus est, quando Clericus ante excommunicationem appellauit, & post appellationem excommunicatur: nam celebrans non incurrit pœnam irregularitatis. Quod procedit non solum, quando appellatio fuißet valida; sed etiam quando fuisset inualida, pronunciatumque fuisset eam appellationem firmitatem non habuisse; dummodo appellans bona fide credat suam appellationem valere. Gloss. est singularis in cap. solet, in Gloß. penultim. de sentent. excommun. in. 6. quam sequuntur communiter Doctor. vt tradit Ignat. Lopez. vbi supra versic. Nec etiam Clericus. Quando tamen clericus nosceț, vel nouisse deberet appellationem, vel causa minus iustam esse, is profecto coram Deo irregularitatem incurreret, vt inquit Nauar. in d. cap. cum contingat in. dist. 2. remedio. num. 7. Lopez, loco quo supra. Lopez. Nauar.

Quartus casus est, quando Clericus excommunicatus, & suspensus absoluit in mortis articulo Nam quamuis ante Concil. Trident. non potest talem absoluere absque pœna irregularitatis, vt [illegible] Gloss. notabilis in cap. præterea §. per manus. [illegible] communiter recepta, vt testatur [illegible]

Conc.Tri. 27. & in cap. 1. num. 87. de pœnit. dist. 6. *Attamen post dictum Concil. Trident. excommunicatus, vel suspensus absoluens talem constitutum in art. mortis non incurrit irregularitatem;* Nam *dictum Concil. Trident. sess. 14. cap. 7. disponit in hæc verba. In articulo mortis omnis sacerdos libet pœnitentes à quibus libet peccatis, & censuris absoluere potest. Et ita*
Nauar. *tradit* Nauar. *in Manua. cap. 27. num. 271. dicens se contrarium tenuisse in dict. cap. 27. immemor decisionis. d. Concil. Trident. refert, & sequitur Ignatius Lopez, loco supra proxime allegato versic. Excu*
Lopez. *sabitur etiam, inquiens hanc esse singularem interpretationem, & summe notandum.*

*Postremo, quod attinet ad materiam pœnarum aduertendum est, ad illam theoricam generalem, quam*
Alexan. *facit Alexan. de Imola in l. si quis maior. C. de transa*
Syluestr. *ctio. que refert, & sequitur Syluestr. in uerbo* Emphi*teusis. quæst. 2. uersic. ex quorum dictis, quæ theorica ualet ad multa. Inquit enim quod omnia iura mundi, quæ dicunt pœnam imponi ipso iure, uel facto, debeat intelligi, modo secuta sit sententia declaratoria, per quam declaratum sit commissum fuisse id, propter quod illa pœna effectum, & executionem non sortiretur, sicut non habetur pro infami periurus, antequam declaratum, sit per sententiam, quod uenit contra iuramentum. Vbi tamen lex, uel statutum puniret aliquem in bonis, uel aliter ipso facto, & adderet nullam requiri declarationem etiam super facto, non requiritur sententia declaratoria. Et sic fecit Paulus. 2. In extrau. quæ incipit Ambitiosæ. Et idem uidetur, si*
Abb. *factum sit notorium secundum aliquos uidelicet.* Pa*nor. in cap. cum non ab homine, col. 8. ex. de Iudi ijs, quod tamen intelligitur de notorio, quod nulla possit tergiuersatione celari, secundum Angelum in uerbo* [illegible]

*pœna.*

pœna. §. 3. uersic. & hoc sequitur Panormit. supradictam conclus. tenet Idem Syluestr. in uerbo pœna. quæstio. 25. Angel. in uerbo pœna. §. 3. et Glosator ibidem super uerbo. & hoc sequitur Tabien. in uerbo excommunicatio. scilicet in. 2. casu post. num. 10. uersic. & faciunt prædicta ad multa. Vbi inquit, quod quando statuta, & constitutiones ordinum disponunt, quod qui tale, quid fecerit, ipso iure, vel facto talem pœnam incurrit predictam pœnam, nisi secuta sententia prælatorum declaratoria super facto. Tabien.

Et quando dicunt, quod Prelati, vel alij, qui sic fecerint sint priuati suis officijs, & similia possunt stare in illis, quousque per sententiam declaratum fuerit, eos id fecisse propter, quod priuantur suis officijs; & hoc probat instantia; quia, si Notarius per legem priuetur ipso iure officio suo, non censetur priuatus quousque per sententiam declaratum fuerit ipsum fecisse id, quod priuatur, vt notat Glos. in. §. penult. in Authen. de Tabu. sequitur Angelus post Panormit. loco supra allegato. Angelus.

Supradictam conclusionem tenet etiam Nauar. in Manua. cap. 23. num. 66. & 67. & approbatur per illud, quod ipsemet Nauar. tradit ibidem. num. 63. scilicet, quod collega vel moniceps transgrediens statutum imponens pœnam exclusionis à collegio uel municipio ipso iure, non tenetur in foro conscientię relinquere collegium, uel municipium antequam iubeatur id facere. Nauar.

Et nota, ut inquit Tabien. ubi supra, quod pœna statuta in lege est duplex, quedam, que fert secum executionem, ut sunt uincula peccatorum, & censurarum, & ista in sui executione nullam requirit sententiam hominis, ut excommunicatio, suspensio interdictum, & irregularitas, & istam potest quis incurrere ex sola lege, & tenetur obseruare sine alia hominis Tabien.

nis

*nis sententia: sua enim executio in sola negatione cõsistit, puta non communicare cum fidelibus per excõmunicationem, non exercere actum ordinis per suspensionem, & huiusmodi. Quædã vero est ad alias pœnas ligans non habens executionem, nisi mediante iudice, & ista in sui executione requirit actum iudicis, vt est pœna mortis, mutilationis, verberationis, incarcerationis, exilij, solutionis, confiscationis, vel priuationis bonorum, & huiusmodi; & ista non mandãtur executioni per solam legem, sed exigunt sententiam hominis saltem declaratoriam, etiamsi diceret lex, quod incurrantur ipso facto. Ad quod facit id, quod tradit Nauar. in d. cap. 23. num. 66. versic. Tam quia non est credendum. & nu. 67. vers. Quod quamuis, scilicet non est credendum legislatorem, qui præ oculis semper habere debet æquitatem. l. quod si Ephesi. ff. quod certo loco, velle facere partem ipsam contra se executricem. argum. l. nimis graue, C. de testib. præsertim, quando pœna est grauis corpori, honori, aut fortunis: Nam alias præberent magnam subditis peccandi occasionem, qui naturaliter recusant fieri pœnarũ contra se ipsos impositarum executores, contra cap. ex parte ext. de constitut. & l. conueniri. ff. de pac. dotalibus. Nauar. d. c. 23. num. 67.*

Nauar.

## *De sententijs pœnalibus. Cap. VIII.*

Iudexque præ oculos habere debeat in pœnis imponendis.

POstquam dictum est de pœnis, nunc dicendum est de sententijs pœnalibus: nam & in ipsarum impositione multa sunt, quæ iudices præ oculis habere oportet, quæ quidem nos hoc in loco breuiter attingemus. Primum est, vt prælatus imponat pœnas secundum delictorum grauitatem, ita, vt pro mensura delicti, sit & plagarum modus. Pro leuibus criminibus non imponat pœnas graues, nec pro

pro grauibus pęnas leues, sed quantum doli, & malitiæ in crimine esse potuerit intelligere, sic pœna digna puniri nocentes debent; vt nec ipsi Rei, qui iustitiæ seueritatem experiuntur, de eius excessu iustè conqueri possint, nec alij, qui zelo iustitjæ æstuant, tenuitatem pœnæ reprehendant.

Debet autẽ in primis imponere illas pœnas, quæ singulis delictis per nostras Constit. ordinatæ sunt, & si non adsint aliquæ pęnæ per Constit. decretæ recurrant ad eas, quæ in Constitut. antiquis, maxime Gulielmi Farinerij ordinatæ sunt; quod si nec illis pœnæ statutæ sunt, tunc recurrant ad pœnas canonicas; videlicet canonum, si nobis conuenire possunt. omnibus autem deficientibus, Prælatus imponet pœnas ex arbitrio suo: Nam cum non specifice omnium clericorũ excessib. statutæ pęnæ legantur, nec etiam statui possint, tunc inquit Innocen. in c. qualiter, & quando 2. versic. item nota de accusa. procedendum esse de similibus ad similia. Innocent.

A iudex que in arbitrã dis pœnis considera rei debet.

Debet tamen iudex in arbitrandis huiusmodi pœnis plura considerare, videlicet delinquentis cõditionem, an soleat delicta sæpius perpetrare, an casu acciderit, lubensne, an coactus, & lacessitus, & an scandalum ortum fuerit ex delicto. Debet prętere attendere qualitatem loci, vbi delictum cõmissum fuit, fuerit ne in ecclesia, vel extra, in foro, aut via publica, vel in domo. Delicti insuper grauitatẽ, ac diuturnitatem, iniuriæque illatæ modum, atque attrocitatem, aut damni dati magnitudinem examinare conueniet. Personæ insuper offensæ qualitates ponderandæ sunt, cum ipse sint, quæ augere, vel minuere soleant, quodcumque facinus, videlicet an vilis fuit, an dignitate præditus, an superior, an laicus, vel clericus, & alia multa, quæ considerat Diaz. in sua pract. cap. 138.

Secundum, quod Iudicem scire oportet est, quod regulariter in pœnis criminalibus, numquã quis puniri potest corporaliter, nisi dolus interueniat, ita docet Bart. in l. 1. §. 1. num. 1. ff. si quis testamen. & communis sententia Doctorum, vt dicit Cippolla cons. crim. 33. col. 2 Neque sufficeret lata culpa, nam in criminalibus lata culpa non ęquiparatur dolo, & hanc esse communem opinionem, inquit Iason. in l. Actio. num. 23. & 26. ff. de in litem iuran. sequitur Blan. in pract. crimin. cum aliis relatis per Clar. in quæst. 84. in princip. Qui subdit, quod si statutum disponat homicidam esse decapitandum, debet intelligi dummodo homicidium sit commissum dolo, non autem culpa.

Nemo puniri debet pena corporali, nisi dolus intercesseri Bart. Cepolla.

Iason Blanc. Clarus.

Pro culpa verò punitur delictum, quando culpa præcessit delictum, & ita dicunt communiter doctores, quos refert Clarus loco citato: sed regulariter pro culpa non solet quis corporaliter puniri; Quæ conclusio non solum procedit, quando imponenda esset pena mortis, vel mutilationis membri, verum etiam si agitur de imponenda quacumque alia pœna corporali, secundum Glos. in d. l. actionibus, quam Doctores communiter sequuntur, vbi supra inquit Clar.

B

Et regula generalis est, quod dolus non pręsumitur. l. dolum. C. de dolo. & l. si creditor. C. de pignoratitia actione, & ibi doctores, & ratio est. Quia quilibet à natura bonus præsumitur. cap. 1. extra de scrutinio in ord. faciendo. cap. dudum. & cap. vltimo ext. de præsumpt. Et hæc præsumptio multo minus locum habet, quãdo doli, aut fraudis caussa excogitari non potest, vt respondit Arretinus. consil. 63. atque adeo non præsumitur dolus, quando dolus ille nullum ei affert lucrum, & commodũ ita Bald. consil. 250. nec quando ei resultaret odiũ, &

C

Arretin Bald

& damnum, vt inquit Greuetta consil. 6. num. 22. Neque præsumitur dolus commissus aduersus hominem frugem, & beneuolum, neque aduersus sanguine coniunctum, vt per Creuet. d. consil. 8. nu. 29. & multo minus præsumitur dolus in eo, qui fecit, id, ad quod faciẽdum incitabat rumor, & fama, cum fama ipsa a dolo excusare soleat in multis, vt tradit Creuetta. consil. 319 num. 4. & multo minus pręsumitur ex qualitate personæ, vt in muliere, & rustico, in quibus simplicitas potius præsumitur, quàm dolus, vt inquit Decius. consil. 180 — Greuetta. Creuetta. Decius. D

Fallit tamen hæc regula, quando extant coniecturæ, & præsumptiones commissi doli: est enim certum, dolum coniecturis, detegi, & probari posse. l. dolum. C. de dolo, quæ tamen præsumptiones debent esse vrgentes, & concludente secũdum Paulus de Castro. in d. l. dolum. C. de dolo. & duas sufficere dixit Decianus in consil. 34. num. 4. lib. 3. — Paulus de Castro. Decianus. E

Et quamuis multæ coniecturæ enumerentur a Menochio, & ab alijs, ab eo relatis lib. 5. de præsumptionibus; tamen nolui hic ponere nisi illas, quæ ad nos facere, & spectare possunt. — Menoch.

Prima coniectura commissi doli est, quando aliquis aliquod graue perpetrauit delictum, vt homicidium, &c. non enim videtur credibile tantum facinus sine dolo esse commissum. — Quæ sint doli coniectura.

Secunda est quando quis mendacium dixit. l. si quis affirmauerit. §. 1. & l. quod venditor.

Tertia est, quando quis promissa non seruat, vt inquit tex. in l. dolus, & in l. si procuratorem. ff. mandat, §. dolo.

Quarta est, quando quis non facit id, quod pro suo officio, & munere tenetur, l. dolus. ff. mandati, & l. dolo. C. ad leg. falcidiam.

Quinta est, quando quis in contractu secum con

trahentem decipit.l.si superstite.§.1.C.de dolo.

Sexta est, qua lex facit dolum fuisse commissum, est quando, quis non obtemperat magistratibus. l. non potest dolo carare.ff de Reg. iur.

Alexand. Septima est, quādo quis facit, quod sibi non prodest, & alteri nocet, vt dixit Alexan. in consil. 174. num.4.lib.2.

Bald. Octaua est, quæ colligitur ex malo effectu consecuto, vt docuit Bal.in l.1. ad final.cap.si quis omissa causa.

Nona est, quando quis vsus est nimia cautela, & diligentia, atque ita plus fecit, quam fieri consueuit.l.si quis sub conditione.ff.de conditione institutionum.

Alexand. Decima, quando, quis sine suo commodo, vel alio proprio interesse, accusat aliquem ita Alexan.in d.consil.174.

Vndecima est, quando quis clam, & occulte, facit, quod palam fieri solet.l. vltima.ff. de ritu nuptiarum.

Creuet. Duodecima, & vltima est, quæ intelligitur ex præcedenti tractatu.ita tradit Creuet.consil.2 col. 2.& Menochius loco citato, num.100.

Tertium, quod iudicem scire oportet est, quod regulariter plura crimina simul concurrentia, omnia puniri debent, ita colligitur ex textu in .l.numquam plura.ff.de priuatis delicti. Quod limita distinguendo aliquos casu.

Quando plura crimina simul coucurrunt singula puniri debent.

Primus casus est, quando quis plura delicta eiusdem generis commisit, puta, quia plures percussiones, vel plura vulnera intulit alicui, & tunc si quidem fecit ex interuallo, omnes fatentur, quod pluribus pœnis est puniendus, pro numero percussionum, vel vulnerum illatorum. & ita videtur sensisse Glos.in l. Numquam, plura, quę in hoc communiter

muniter approbatur. Si autem illa inferat eodem tempore licet. Glos. videatur tenere, quod vnica tantum pęna puniri debeant, quia non interuenit delictorum separatio, tamen Bart. communiter receptus. in ca. l. Numquam plura, docet oppositum nempe, quod vulnera eodem tempore illata sint, et debeant pro eorum numero puniri, & pęna multiplicari. Secundus Casus, est, quod quando delicta sunt diuersi generis, si committantur ex interuallo, omnia punienda sunt; si autem facta sunt eodem tempore. & ad eumdem finem tendant, punitur deliuqnens solummodo pęna maioris delicti & potest poni exemplum, quia pro tactu enormi, & impudico in secundam personam ad est vna pęna, pro sollicitatione ad actum carnalem adest alia pæna, & alia grauior pro lapsu carnis in secundam personam, certè si aliquis eodem tempore perpepetraret cum aliqua persona hæc tria crimina, non esset puniendus his omnibus pęnis, sed solum pęna maioris delicti; quod esset lapsus carnis: quia pęna aliorum duorum confunduntur, eum pęna lapsus carnis: sed si ille perpetrasset diuersis temporibus, etiam tunc eadem persona proculdubio punienda esset pro omnibus.

Bartol.

G

H

Postremo animaduertere debet Iudex in sententia condemnationis ferenda, quod sæpissime cō tingit, quòd in eodem crimine multi interueniant, qui tamen omnes diuersis pęnis sunt puniendi. Potest autem imputari quis, aut quod delictum ipsum propriis manibus commisit, aut quod sciens, & particeps fuerit, aut quod de delicto faciendo tractauerit, aut consilium, seu mandatum dederit, aut auxiliū pręstiterit, aut illud postea ratū habuerit, & ideo de his omnibus breuiter videndum est, quomodo singuli puniri bebeāt, cū super his quo-

tidie in practica disputari contingat.

Regulariter sola sciētia nō est punibilis.

Dico itaque primo, quod regulatiter sola scientia non est punibilis, & maxime in eo, qui nullam facultatem habet prohibendi; Fallit in crimine læsæ maiestatis: nam sciens tractatum proditionis contra principem, idest circa principis personam, vel contra eius statum, puniendus est pœna mortis; si non reuelat, secundum communiter Doctorum, in alijs autem casibus, etiam si sint comprehensi in capite læsę maiestatis, non esset puniendus pœna mortis; sed alia pœna extraordinaria arbitrio eiusduem

I principis.

Atque ita a simili in Religione, qui sciret tractatum contra personam Generalis, vel contra statum Religionis, & non reuclaret teneretur eadem pęna, qua & ipsum delictum committens. Et consequenter frater, qui scit alium fratrem committere delictum aliquod, quod vergit in perniciem, vel infamiam Religionis, & illud non denunciat Prælato, vt prouidere possit, potest puniri, imo debet puniri arbitrio ipsius prælati.

Potēs prohibere de lictū, si nō prohibet, puniēdus est. Nauar.

Dico secundo, quod potens prohibere, ne committatur delictum si non prohibet, neque iure ciuili, neque canonico puniendus est; nisi in casu læsæ maiestatis, vt docet Nauar. in Manu. cap. 24. nu. 19. vide ipsum, vbi ponit aliquas limitationes, quas omnino videbis. Ex quibus infero, quod Prælatus sciens patrari delictum contra aliquem subditum suum, cum teneatur præcepto Iustitię illum defendere, non reuelans illud, puniri debet in foro exteriori: & e conuerso subditus sciens parari delictū contra suum Prælatum, & superiorem, & non reuelans puniendus esset, eadem pœna delicti, quia si limitationibus seruatis tenentur sæculares, multo magis tenentur Religiosi, qui magis tenentur se, in

uicem

uicem diligere, & defendere, quam sæculares.

L
Consentiens in delictum quando puniendus est.

Dico tertio, quod consentiens in delictum simplici consensu non punitur: secus autem si consentit per viam authoritatis, & defensionis, & tunc plus puniri debet, quam ipse delinquens, quod intelligas de grauibus criminibus; in minoribus enim delictis non maiori, sed tantum pari pena puniri debet, iuxta regulam, Agentes, & consentientes, &c. quæ intelligi etiam debet, quando consentiens auxilium præstitit exposito ad maleficium committendum. ita Clar. quæst. 83.

M
Ratificans commissum delictum, quomodo puniri debeat. Arret.

Diço quarto, quod ratificans delictum commissum ex hoc solo, quod ratificauit; si delictum commissum nomine ratificantis, vel sciens commissum nomine suo ratum habuit, puniri debet eadem pæna delicti. Ita Arret. in consil. 163. num. 5.

N
Prebens consilium alicui, vt deliquat puniri debet.

Dico quinto, quod qui consilium dedit alicui, vt delinqueret si ille, cui consilium dedit non erat alias delictum ipsum commissurus puniri debet pari pæna cum delinquente, te, si vero nihilominus erat patraturus, eo casu consulens non est pari pena puniendus, sed mitiori, & hanc sententiam probant omnes doctores in ca. 1. ext. de officio delegati. vide Clarũ. quest. 88. cum alijs per eum relatis. Et hęc habent etiam locum in exhortante.

Mandans fieri delictum qua pena sit puniendus.

Dico sesto, quod mandans, si mandatum cadat in delictum, puniendus est, eadem pena, qua mandatarius, qui delictum commisit: ita Bartol. in. l. non solum. §. si mand. num. 19. ff. de iniu.

O

Et nota, quod si sit aliquod statutum, seu lex cadens in personam, verbi gratia, Si quis occiderit, si quis vulnerauit, statutum illud non comprehendit mandantem; si vero cadat in rem ipsam idest in ipsum maleficium, nimirum pro homicidio sit pena mortis, &c. in hoc casu, vtique comprendit mandã-

 tem,

tem. ita Bartol. in l. sed si vnicus. §. seruus. num. 2. cuius ratio est, quia mandans non dicitur proprie facere, sed interpreatiue secundum Bartol. loco citato. Quod intelligas; Nisi statutum receperit interpretationem a consuetudine, quod si statutum

P loquatur in personam, scillicet quicumque fecerit homicidium, etiam mandantem comprehendat.

Et hoc optimum est scire propter constitutiones nostras, quæ cum loquantur personaliter, vt puta frater, qui percusserit, qui vulnerauerit, &c. iux. doct. Bart. non comprehẽderent mandantem, vt scilicet puniatur eadem pæna, qua puniretur delinquens, sed deberet puniri alia pæna extraordinaria, & ideo considerandum est, an secũdũ cõsuetudinem Religionis in prædictis statutis soliti sint comprehendi etiam mandantes.

Obserua etiam, quod si Ioan. mandat Petro, vt committat homicidium, & Petrus mandat Antonio, secuto homicidio, vterque scilicet Ioannes, & Petrus puniendus est, sicut committens homici-

Bald. dium. ita Bald. in. l. si ego. ff. Quod vi aut clam, &

Carrerius. alij quos refert Carrer. in. 2. par. de homicidio. §. circa tertium.

Iterum obserua quod si Paulus mandauit Petro, vt vulneraret Ioan. & Petrus occidit illum, tenetur Paulus de homicidio; Quod intelligas si mãdatum fuit ad vulnerandum. nam, vt dici solet vul

Clarus. nera non dantur ad mensuram, ita Clarus, quæst.

Bossius. 89. & Boss. in tit. de mandato ad homic. num. 10. etiam si Petrus expresse prohibuisset, ne occideret quando mandauit, vt percuteret ferro, quoniã protestatio est contraria actui, cum non sit in potestate mandatarij seruare fines mandati. maxime cum vnum vulnus, etiam minimum possit esse mortale

Cepolla. ita Cepol. in consil. crimin. 34. & Carrer. loco ci-

Carrerius. tato.

tato.§.circa tertium,& colligi poteſt, per text.in cap.fin.de homicid.in.6. vbi dicitur, quod ſi quis iubeat aliquẽ vulnerare,licet expreſſe prohibeat, ne occidat vllatenus.vel membro aliquo mutilet, irregularis efficitur,ſi mandatarius fines mandati excedens mutilet,vel occidat,cũ mandando in culpa fuerit,& hoc euenire poſſe debuerit cogitare.

Cæterum ſi mandatum fuit ad percutiendum alapa, vel baculo,tunc ſi mandatarius occidit non tenetur mandans, de homicidio: quia facile poterat ille percutere,& non occidere, & ideo puniẽdus eſt mãdans pœna extraordinaria. Ita Claru. vbi ſupra. Qui ſubdit, Idem etiam dicerem ſi fuit mãdatum ad ſfriſandum; prout conſuluit Decius conſil.622. Quia iuſſit fieri actum, ex quo de ſui natura non ſolet ſequi mors. Sed quid ſi mandatum præceſſit,ſed non fuit ſecutum delictum, vel attentatum,erit ne mãdãs puniendus ex ſĩplici mãdato? dico,quod nõ pęna ordinaria, ſed bene pęna extraordinaria,vt dicit Gloſ.in.cap.de homicid.in 6.& Carrerius loco proxime citato.num.26. Clarur. Decius. Carrerius. Q

Quod ſi mandans reuocaſſet mandatum,non teneretur ad pęnam concurrentibus duobus primo, quod notificet reuocationem mandatario.ſecundo, quod notificet ei; qui erat offendendus, vt caueat:alias tenetur.ita Bald.in.l.1.C.de ſeruis fu. & in l.mandato in fine.C. mandati. Imola in. cap. ad audientiam,ext.de homicid.cum pluribus alijs relatis per Carrer. loco proxime citato,num. 17. Qui inquiunt non eſſe neceſſarium nominare offendentem,ſed tantum monere eum,vt caueat. Bald. Imola.

Dico ſeptimo,quod auxilium præſtans, ſi auxilium pręſtitit ante delictum,vel ipſo delicto,eſt eadem pœna;qua principalis puniendus; ſi vero auxilium, præſtitit poſt dellctum, quod tamen commiſſum Preſtans a'xiliũ di linquenti. quãdo puniẽdus eſt

missum est præuio tractatu, & deliberatione, accedente consensu, vel saltem scientia auxiliatoris, puniendus est etiam eadem pæna delinquentis: nam licet corpore ipsi delicto, non interuenerit, animo tamen censetur interuenisse; presertim si illud auxilium erat, vsque a principio destinatum ver. gratia, quia scienter promissit volenti committere delictũ, accomodare equos, quib. peracto aufugere posset, & huiusmodi.

Cæterum, si non præcessit aliquis tractatus, vel deliberatio, si auxiliator præbuit causam immediatam delicto, puniri debet eadẽ pæna: si vero nõ præbuit causã immediatã, tũc punitur mitiori pæna, quã ipse principalis delinquens, præsertim si prestitit auxliliũ post commissum delictũ: mã reuera ꝓprie loquendo præstans auxilium post commissum delictum, non dicitur vere auxiliari, vt dicit Bart. in. l. 3. §. si quisquam. ff. ad Syllanianum, & est communis opinio, vt testatur August. ad Angelum de maleficiis.

Bartol.

August.

R cogitantes tractatũ de maleficio puniendi sũt.

Dico octauo cogitantes tractatum de aliquo vulnerando, vel occidendo, si processerunt ad tractatum, cum ali quo de ipso delicto committendo, ita, quod tractatus non stetit in meris terminis cogitationis, sed vlterius processit ad tractatum cum aliis, puniuntur, licet non fuerit deuentum ad aliquem actum, non quidem pæna ordinaria delicti. sed extraordinaria. ita Bartol. in l. & si amicis. §. 1, ff. de adulteriis Bald. in dicta leg. si quis, non dicam sapere, cum aliis relatis per Carrer. in practica crimin. de homic. circa tertium de causis excusantibus, mandantem, num. 27. si autem ad actum fuerit peruentum dicendum est, sicut de consulente. De affectu autem, conatu, attentato delinquendi, an puniri quis debeat perinde ac si secutus fuisset effectus,

Bart. Bald. Carrer.

di-

ctum fuit supra cap. 5.

## ADDITIONES.

a. ET de similibus ad similia. *Adde, quod licet in imponendis pœnis arbitrarijs sit æquitas à iudicibus amplectenda, ea tamen non a capite, nec imaginaria esse debet, sed a iure regulata, vt tradit Bal. in Rubr. C. de constituta pecu. Rom. cons. 149. & Ignat. Lopez in addit. c. 149. in verb. considerare.* Bal. Roma. Lopez.

b. Vbi supra inquit Clarus. *Qui tandem subdit se reperire aliquos etiam tenuisse, quod etiam prolata culpa potest quis corporaliter puniri, licet non eadem pœna, qua pro dolo, sed alio leuiore, quam opinionem dicit esse communem Maranta in suo speculo folio 26. num. 59. in fine.* Maranta.

c. Vltimo extr. de præsumptionib. *Adde Menoch. de præsumption. libro 5. præsumpt. 3. Cuius ratio est: quia quilibet a natura bonus præsumitur, atque adeo si præsumitur bonus cessat præsumptio doli, cum bonus non sit, qui alterum dolo circumuenit, vt inquit Bal. in l. 1. q. vlt. C. si quis omissa causa testamenti, & dolus est delictum, vt tradit Soncinus in consil. 131. num. 8. lib. 3.* Menoch. Soncin.

d. Decius cons. 180. *Nota, quod in tantum est vera supradicta conclus. vt potius præsumatur error in iure, quam dolus, vt tradit Alciat. in tract. præsumptionum Reg. 3. præsumpt. 30. & magis præsumitur error in facto, quam dolus, vt inquit Bart. in l. si librarius, num. 7. ff. de reg. iur. & Menoch. vbi supra num. 31. & 35.* Alciat. Bart. Menoch.

e. Num. 4. lib. 3. *Idem sentit etiam. Curtius senior consil. 44. col. 70. versicu. dolus cum alijs allegatis per Menoch. loco quo supra num. 42. qui subdit, quod ratio huius sententiæ est: quia dolus est, quid latens in ani-* Curtius.

mo,

mo, atque consistens, qui sane animus non potest aliter probari, quam coniecturis; et subdit etiam, quod hę praesumptiones debent esse urgentes, et concludentes secundum Paulum de Castro in dicta lege. dolum. C. de dolo, et duas sufficere dixit Decianus in consil. 32. num. 4. lib. 3.

Paulus de Castro.

f. Esse commissum. Nam stante maleficio commisso lex praesumit dolum, nempe, quod dolo occiderit, uel vulnerauerit, vel iniuria affecerit. ita probat textus in l. 1. Cod. ad l. Corneliam de sicarijs, quo in loco Imperator Antonius statuit, quod homicida probare debet hominem à se percussum non occidendi animo percussum fuisse; cum alioquin dolo, et occidendi animo percussus pręsumatur; sic, et in. l. si non conuicij. C. de Iniurijs. habetur eum, qui iniuria aliquem affecit animo iniuriandi fecisse; atque ita dolose egisse pręsumitur, et in specie ita notarunt Angelus in. d. l. si non conuicij. et in. l. plagij. C. ad legem Flauiam de plagiarijs. Arret. in capit. in praesentia in. 8. notabili ext. de probat. et Decius in eodemmet cap. num. 14. vers. difficile uidetur, cum pluribus alijs allegatis per Menoch. in. d. pręsumpt. 3. num. 45. et seq.

Angelus. Arret. Decius.

g. Et pœna multiplicari. Adde quod Bartol. dicit, quod si illa Glos. esset uera destrueret totum mundum, et quod est contra textum illius legis. Est autem opinio Bart. quod etiam si percussiones, et uulnera eodem tempore illata sint, debeat pro eorum numero pœna multiplicari; quę est communiter recepta, ut inquit Soncin. consil. 63. numero 9. lib. 1. Couarru. libr. 2. uariarum resolut. cap. 10. numer. 8. & Clarus post alios per eum relatos in quaestion. 84. versicul. haec autem omnia. Qui subdit, quod semper uidit obseruari opinionem Bartoli, ut scilicet siue statutum loquatur per verba, si percusserit; aut uulnerauerit, uel per uerba ista, quod proquolibet uulnere, seu percussione pu-

Bart. Soncinus. Couar. Clar.

*ne puniatur in tanta pœna semper puniatur delinquēs secundum numerum percussionum, & uulnerum, & hoc siue illata sint uno ictu, uel pluribus.*

h. Esset pro omnibus. *Et potest poni exemplum si extent in ciuitate tria statuta, unum puniens delatorem armorum in centum; aliud puniens insultum in centum, & aliud puniens uulnus in centum, & alius insultet alterum cum armis, & uulneret, certè non est in omnibus istis pœnis puniendus; sed solum puniri debet in centum pro uulnere: quia pœna insultus, & armorum confunditur cum pœna uulneris; ita colligitur ex Glos. in l. qui de crimine, uer. plurima, C. de accusa. quam sequuntur omnes scribentes, ut inquit Marsil. in l. si rixa. num. 15. ff. de sicarijs, & Clarus in dicta q. 84. uers. alius est casus cum alijs per eum adductis; & allegari solet illa Glossa, quod minora delicta comprehenduntur cum maiori: ita, quod solum maius delictum punitur.* Marsil. Clar.

i. Eiusdem principis. *Nota, quod multi tenuerunt contra Bartol. nempe, quod sciens tractatum, & non reuelans non sit puniendus pœna mortis: sed alia extraordinaria, & mitiori pœna. & hanc opinionem inquit esse communem Cagnol in l. culpa caret. num. 21. ff. de regul. iuris. & Carrer. in prac. criminali, §. circa secundum. num. 32. dicit, quod omnes cæteri sequuntur hanc opinionem tamquam mitiorem, & plures alij relati per Clarum d. quæst. 87. Qui concordando dicit. Teneo ergo cum Bar. in duobus casib. scilicet in tractatu, quod fit contra personam Principis, uel cōtra eius statum, in alijs autem casibus etiam si sint comprehensi in capite læsæ maiestatis, non putarem esse puniendum pœna mortis subditum non reuelantem, sed alia pœna extraordinaria arbitrio ipsius Principis.* Cagnol. Carrer. Clarus.

*Obserua tamen, quod sciens tractatum occidendi*

Prin-

*Principem vel quemlibet alium tenetur sub pæna peccati mortalis illum denunciare illi, vel illis, qui prouidere possit: maxime cum sciat se non posse via fraternæ correctionis prohibere huiusmodi delictum;* Quod
Nauar. *tradit Nauar. in Manua. cap. 18. num. 54. & 56. In tantum, quod si ego secreto scio* Petrum *insidias parare Paulo, quem certus sum eum occidere nec cohibere possum, teneor certe reuelare Paulo, vt ipse sibi pro-*
Sotus. *uideat; ita tradit* Sotus *de ratione tegen. m. 2. quæst. 4. in seccunda cõclusione. versic. sed quid si secreto scio.*
Nauar. l. Quam seculates. *Adde, quod Nauar. loco allegato subdit vnum casu, in puo quis præsumitur auxiliari, & per consequens puniendus erit tamquam auxiliator, nempe quando quatuor concurrunt: primum potestas prohibendi. secundum obligatio id faciendi lege scilicet iustitiæ, & non charitatis tantum. tertium commoditas eiusdem, quod scilicet commode possit impedire. quartum notorieitas delicti, hoc est, vt manifestum sit illud esse delictum, & manifeste fiat. his concurrentibus non solum præsumitur consensus; sed etiam auxilium per text. in cap. quantæ. ext. de sent. excom. quoniam cum quis non obuiat manifesto delicto, manifestè facto, cum commode possit, præsumitur*
Nauar. *opem fere, ut vbi per eumdem Nauar. post. n. 20. vers. in num. 28. & duobus sequent. vbi dat verum intellectum ad. d. cap. quantæ.*

*Vnam aliam limitationem ponit ipse Nauar. nimirum, vt non procedat, quando quis per praceptum iustitiæ teneretur alium defendre. & idcirco. num. 20 versic. in num. 22. tenet, quod hac ratione niti posset rigida illa; sed iusta decisio Bar. in l. vtrum. ff. ad l. pompeam de parricidijs. §. quod quamuis regulariter nemo puniri debeat, eo quod sciat parari delictum, & non indicet; fallit in filio, seruo, & subdito sciẽte illud parari in patrẽ, Dominũ, vel alium superiorem,*

præsertim

*præsertim supremum. Nam si famuli scirent aliquem decreuisse de nocte ingredi domum, & Dominum suum trucidare, idque ei non notificarent dicerentur profecto rei eius mortis: arg. text: in l. 1. §. occisorum ibi. Quid ergo si Dominus. ff. ad Senatusconsult. Sillania. hac ratione inquam: quoniam Reges, & alij superiores lege iustitiæ tenentur defendere subditos suos; & è contra subditi suos superiores. argum. capit. Regum, & cap. Administratores. 23. quæst. 5. Item Patres, Tutores, Curatores, Domini, Pedagogi, custodes, Parochi, & alij similes tenentur lege iustitiæ defendere, eorum filios, Pupillos, minores, famulos, parrochianos, & custoditos; & è conuerso filij, Pupilli, minores, famuli, Parrochiani, & custoditi, eos, vt inquit Nauarrus ibidem. numer. 18. in princip. per notata à Panormit. in cap. 1. num. 9. ext. de restitutio. spoliat. Et ex hoc sequitur, quod etiam in Religionibus Prælatus sciens parari delictum cōtra aliquem subditum suum; & non reuelans illud, puniri debet in foro exteriori; & è conuerso subditus sciens parari delictum contra suum Prælatum, & superiorem, & non reuelans, puniendus esset eadem pœna delicti.*

*Cæterum si teneatur contraria opinio, scilicet, quod sciens, & potens prohibere delictum, teneatur prohibere, & defendere, si quis non fecerit tenebitur ne in foro conscientiæ ad emendationem damni? Respondeo distinguendo, quod aut quis tenetur reuelare, & prohibere delictum ex solo præcepto charitatis, aut tenetur etiam ex præcepto, & lege iustitiæ. Primo modo nemo tenetur ad damnum non prohibendo, aut non defendendo, quamuis fraudolenter, & mala voluntate tacuisset, aut obstare, vel manifestare prætermisisset; at secundo modo tenetur: quoniam hæc est communis regula omnium theologorum; vt tacens, non obstans, & non manifestans non teneantur ad damnum deli-*

delictorũ, nisi ad id teneantur, & obligētur ex eorum officio, atque ita præcepto iustitiæ. sed tamen peccat mortaliter, in non prohibendo, & manifestando cum possit commode illud facere, vt recte tradit Adrianus in.4.de restitut.quæst.1.col.12. Syluestr. in uerbo restitutio el.3. quæst.6. Nauar. in Manual. cap.17. num.18. Ioan.Medin.de restitut.quæst.3.& Couarru. in Regula peccatũ.in.2.p.§.3.n.5.fol.76. de Regulis iuris, cum, alijs per eum relatis.

Adrianus. Syluestr. Nauar. Ioa.Medi. Couar.

Sed pone, quod Religiosus, vel quilibet alius sciat parari homicidium contra aliquem, & illud non impedit, an eo sequutu efficiatur irregularis? Dico, quod non, vt sentit Glos.in cap.si quis viduam.50.distinct. & clarius Innoc.communiter receptus in cap.Petrus ext.de homicidio quem refert, & sequitur Nauar. dicto cap.24.post num.19.circa medium. Simililer si quis sciat Petrum velle percutere aliquem clericum, & illum non impedit secuta percussione non incurrit excommunicationem canonis, si quis suadente diabolo. 17. quæst.4. quia adhoc, vt aliquis eam incurrat non sufficit, quod consentiat etiam malitiose clerici percussioni, si eius nomine non fiat, nec aliquo modo iuuat per cap.Cum quis de sentent.excommunicat. in.6. Ita Nauar.loco supra proxime allegato.

Innocent. Nauar.

m. Ita Clar.quæst.83. Adde exemplum, de prælato, qui dissimulat aliquem Concinatorem in sua Diœcesi falsa dogmata prædicantem. Item in Dominio Villæ, aut Ciuitatis, qui non persequitur latrones spoliantes, & occidentes eos, qui transeunt per suum territorium. Et potest etiam poni exemplum inter Religiosos in Prælato, qui dissimulat fratrem suum perpetrantem delicta, & transgressiones contra regulam suam. Quod tamen, inquit Clarus, intellige, vt procedat in similibus grauibus criminibus. Ceterum in alijs minoribus delictis non maiori, sed tantum pœna pari puni-

Nauar. Clarus.

punitur. & ita intelligunt communiter Doctores, vt inquit. Conradus in pract. ... a fol. 332. num. 8. & ad illud, quod dici solet, quod agentes, & consentientes, &c. intelligendum est, quando consentiunt, & auxilium præstant ex proposito ad maleficium committendum, & ita dicunt omnes, vt attestatur Mantua. consil. 25. num. 24. lib. 1. Conradus

Mantua.

n. Ita Arretin. in consil. 163. num. 3. Adde, quod quædam sunt delicta, quæ solent committi principaliter propter libidinem ipsius delinquentis, vt adulterium, stuprum, & huiusmodi, & in talibus delictis non habet locũ ratificatio, vt ait Glos. in. l. 1. §. Deiecisse in ver. mãdato. ff. de viet vi, armat. et ita cõmuni consensu receptum est, vt inquit Plac. lib. 1. delictorum. cap. 18. post. num. 1. Quædam autem sunt delicta quæ principaliter committi solent ad offensam, & iniuriam alterius, vt homicidium, percussiones, vulnera furtum, & similia. & talia delicta possunt rata haberi per alium. & hæc sententia frequentius est à Doctoribus recepta, vt ait Plac. in loco præallegato. num. 2. in fine.

Adde secundo, quod adhoc vt ratificatio delicti obliget ad pœnam duo requiruntur; primum, quod delictum commissum fuerit nomine meo; secundo, quod ego sciens illud commissum fuisse nomine meo illud tanquam nomine meo factum ratificem; ita dicit Glos. in d. §. deiecisse in ver. ratum habuero, & est communis sententia, vt testatur Arret. in consi. 163. n. 3. vers. circa primum. & quod requiratur delictum factum fuisse nomine meo tenuit Gloss. in Clem. versic. rata de pœnis, quã sequũtur cõmuniter Doctores, vt inquit collegium Florẽtinum inter cõsil. Curtij senior. cõsil. 21. post. numero. 6. Bene verũ est inquit Clarus, quod ex quo, quis ratum habet aliquod delictum, censetur illud ratum habere, vt nomine suo ge

Arret.

Clarus.

V stum,

Sal. stum,& ita dicunt Doctores, vt ait Sal. in l.non ideo minus,post num.31.C.de accusat.atque ita opus est, quod ratum habens probet,quod non fuerit gestum nomine suo; quod nota.

o. Num.19.ff.de iniurijs.Obserua, (vt inquit Clarus quæst.89.) quod in hoc articulo magna fuit aliquando inter scribentes controuersia. Nam aliqui dixerunt,quod aut mandatarius erat alias delictum commissurus,& eo casu mandans non tenetur, aut vero non erat alias illud facturus,& tunc tenetur; sed certè hæc distinctio communiter reprobatur, vt inquit Ias.in l.1.post num.21.C.de seruis fugit.nam quando mandatum cadit in delictum, non est adhibenda distinctio, an mandatarius esset facturus, vel non, vt dicit Glos.approbata in l.1.§.persuadere in Glos. magna.ff.de seruo corrupto,& est communis regula, vt ait Gomes.in §.pœnales post nume.10. Institutа de actionibus, & ideo Bartol.in l.non solum, loco citato tenuit indistincte, quod mandans puniatur eadem pœna, qua puniendus esset mandatarius ipse, qui delictum commisit,& illa doctrina Bartol.& est communiter approbata, vt inquit Curt.senior. consilio 137. numero 5.Gandinus de Maleficijs titu.de transact. & tit.de pœnis, & plures alij allegati per Clar. d.quæstion.89.qui inquit,quod hæc opinio tenenda est tamquam verior, & magis communis, quam vidit obseruari.

Clar. | Iaf. | Gomes. | Bar. | Cur. | Gandin. | Clar.

p. Etiam mandantem comprehendat. Adde, quod ex antiquis multi tenuerunt contrarium, videlicet, quod etiam si statutum loquatur in personam, puta quicumque fecerit homicidium,quicumque vulnerauerit,&c.comprehendat nihilominus ipsum mandantem;& hanc opinionem esse magis communem attestatur Gandinus in d.titulo de pœnis, in fine, vbi etiã subdit, quod ita communiter obseruatur, & ita

Gandinus

etiam

*etiam seruare Iudices, & assesores testatur practica. Carrer. in. 2. par. de homicidio in. §. circa. tertium, primo quæro secundum* Bald. *num. 9. licet plures allegauerit tenens contrariam opinionem quem refert Clarus in. d. quæst. 89. Qui subdit, quod certè si statuta receperunt talem interpretationem à consuetudine minime sunt mutanda: sed circumscripta consuetudine opinio Bartol. proculdubio est magis communis, & ideo non esset ab ea in iudicando, aut consulendo recedendum.* Carretius Bald. Clarus.

q. Carrerius loco proxime citato, num. 26. *Adde, quod delictum permanens in sola cogitatione nullo conatu, vel attentatione exteriori comitatum non meretur pœnam in foro exteriori, est de iure canon. cap. cogitationis & cap. cogitatio de pœnit. 1. Et ratio fundamentalis est: quoniam ecclesiæ authoritas, & potestas non attingit actus omnino interiores humanos: quia non includuntur sub eius potestate, vt inquit. S. Thom. 1. 2. quæst. 91. art. 4. in hæc verba. De his potest homo legem facere, de quibus potest iudicare. Iudicium autem hominis esse non potest de interioribus motibus, qui latent; sed solum de exterioribus actibus, qui apparent. Refert, & sequitur Nauarrus in dicto capitul. cogitationis. numero. 2. & 5.* D. Thom. Nauar.

*Ex qua conclusione infertur neminem per solum actum interiorem malum quantum libet mortiferum excommunicari per aliqua iura, quantumlibet generaliter loquentia. Imo, quod longe maius est, non posse per legem, neque potestatem aliquam humanam excommunicari; quod probatur ex doctrina. S. Thomæ supra relata. Ita Nauar. in capit. si quis. num. 8. 9. & 10. de pœnit. dist. 1. & late in dicto capit. cogitationis. num. 9. vbi plures allegat. Sicque per solam voluntatem percutiendi Clericum, furandi rem sacrã rapiendi virgines sacrum ingrediendi Monasterium,* Nauar.

V 2 commi-

missum est præuio tractatu, & deliberatione, accedente consensu, vel saltem scientia auxiliatoris, puniendus est etiam eadem pæna delinquentis; nam licet corpore ipsi delicto, non interuenerit, animo tamen censetur interuenisse; presertim si illud auxilium erat, vsque a principio destinatum ver. gratia, quia scienter promisit volenti committere delictũ, accomodare equos, quib. peracto aufugere posset, & huiusmodi.

Cæterum, si non præcessit aliquis tractatus, vel deliberatio, si auxiliator præbuit causam immediatam delicto, puniri debet eadẽ pæna; si vero nõ præbuit causã immediatã, tũc punitur mitiori pæna, quã ipse principalis delinquens, præsertim si prestitit auxiliũ post commissum delictũ: nã reuera ꝓprie loquendo præstans auxilium post commissum delictum, non dicitur vere auxiliari, vt dicit Bart. in. l. 3. §. si quisquam. ff. ad Syllanianum, & est communis opinio, vt testatur August. ad Angelum de maleficiis.

Bartol.

Augus.

R cogitantes tractatũ de maleficio puniendi sũt.

Dico octauo cogitantes tractatum de aliquo vulnerando, vel occidendo, si processerunt ad tractatum, cum aliquo de ipso delicto committendo, ita, quod tractatus non stetit in meris terminis cogitationis, sed vlterius processit ad tractatum cum aliis, puniuntur, licet non fuerit deuentum ad aliquem actum, non quidem pæna ordinaria delicti. sed extraordinaria. ita Bartol. in l. & si amicis. §. 1. ff. de adulteriis Bald. in dicta leg. si quis, non dicam sapere, cum aliis relatis per Carrer. in practica crimin. de homic. circa tertium de causis excusantibus, mandantem, num. 27. si autem ad actum fuerit peruentum dicendum est, sicut de consulente. De affectu autem, conatu, attentato delinquendi, an puniri quis debeat perinde ac si secutus fuisset effectus,

Bart. Bald. Carrer.

di-

ctum fuit supra cap. 5.

## ADDITIONES.

a. ET de similibus ad similia. *Adde, quod licet in imponendis pœnis arbitrarijs sit æquitas à iudicibus amplectenda; ea tamen non a capite, nec imaginaria esse debet, sed a iure regulata, vt tradit Bal. in Rubr. C. de constituta pecu. Rom. cons. 149. & Ignat. Lopez in addit. c. 149. in verb. considerare.* Bal. Roma. Lopez.

b. Vbi supra inquit Clarus. *Qui tandem subdit se reperire aliquos etiam tenuisse, quod etiam prolata culpa potest quis corporaliter puniri, licet non eadem pœna, qua pro dolo, sed alio leuiore, quam opinionem dicit esse communem Maranta in suo speculo folio 26. num. 59. in fine.* Maranta.

c. Vltimo extr. de præsumptionib. *Adde Menoch. de præsumption. libro 5. præsumpt. 3. Cuius ratio est: quia quilibet a natura bonus præsumitur, atque adeo si præsumitur bonus cessat præsumptio doli, cum bonus non sit, qui alterum dolo circumuenit, vt inquit Bal. in l. 1. q. vlt. C. si quis omißa causa testamenti, & dolus est delictum, vt tradit Soncinus in consil. 131. num. 8. lib. 3.* Menoch. Soncin.

d. Decius cons. 180. *Nota, quod in tantum est vera supradicta conclus. vt potius præsumatur error in iure, quam dolus, vt tradit Alciat. in tract. præsumptionum Reg. 3. præsumpt. 30. & magis præsumitur error in facto, quam dolus, vt inquit Bart. in l. si librarius, num. 7. ff. de reg. iur. & Menoch. vbi supra. num. 31. & 35.* Alciat. Bart. Menoch.

e. Num. 4. lib. 3. *Idem sentit etiam. Curtius senior consil. 44. col. 70. versicu. dolus cum alijs allegatis per Menoch. loco quo supra. num. 42. qui subdit, quod ratio huius sententiæ est: quia dolus est, quid latens in animo,* Curtius.

mo, atque consistens, qui sane animus non potest aliter probari, quam coniecturis; et subdit etiam, quod hę præsumptiones debent esse urgentes, et concludentes secundum Paulum de Castro in dicta lege. dolum. C. de dolo, et duas sufficere dixit Decianus in consil. 32.num.4.lib.3.

Paulus de Castro.

f. Esse commissum. Nam stante maleficio commisso lex præsumit dolum, nempe, quod dolo occiderit, uel vulnerauerit, vel iniuria affecerit. ita probat textus in l.1. Cod. ad l. Corneliam de sicariјs, quo in loco Imperator Antonius statuit, quod homicida probare debet hominem à se percussum non occidendi animo percussum fuisse; cum alioquin dolo, et occidendi animo percussus pręsumatur; sic, et in.l.si non conuiciј.C. de Iniuriјs. habetur eum, qui iniuria aliquem affecit animo iniuriandi fecisse; atque ita dolose egisse pręsumitur, et in specie ita notarunt Angelus in.d.l. si non conuiciј, et in.l. plagiј. C.ad legem Flauiam de plagiariјs. Arret.in capit. in præsentia in.8.notabili ext.de probat.et Decius in eodemmet cap.num.14. vers. difficile uidetur, cum pluribus aliјs allegatis per Menoch.in.d. pręsumpt.3. num.45. et seq.

Angelus. Arret. Decius.

g. Et pœna multiplicari. Adde quod Bartol.dicit, quod si illa Glos.esset uera destrueret totum mundum, et quod est contra textum illius legis. Est autem opinio Bart. quod etiam si percussiones, et uulnera eodem tempore illata sint, debeat pro eorum numero pœna multiplicari; quę est communiter recepta, ut inquit Soncin.consil.63.numero 9. lib.1.Couarru.libr.2. uariarum resolut.cap.10. numer.8. & Clarus post alios per eum relatos in quæstion. 84. versicul. hæc autem omnia. Qui subdit, quod semper uidit obseruari opinionem Bartoli, ut scilicet siue statutum loquatur per verba, si percusserit; aut uulnerauerit, uel per uerba ista, quod pro quolibet uulnere, seu percussione pu-

Bart. Soncinus. Couar. Clar.

*ne puniatur in tanta pœna semper puniatur delinquẽs secundum numerum percussionum, & uulnerum, & hoc siue illata sint uno ictu, uel pluribus.*

h. Esset pro omnibus. *Et potest poni exemplum si extent in ciuitate tria statuta, unum puniens delatorem armorum in centum; aliud puniens insultum in centum, & aliud puniens uulnus in centum, & alius insultet alterum cum armis, & uulneret, certè non est in omnibus istis pœnis puniendus; sed solum puniri debet in centum pro uulnere: quia pœna insultus, & armorum confunditur cum pœna uulneris; ita colligitur ex Gloss. in l. qui de crimine, uer. plurima, C. de accusa. quam sequuntur omnes scribentes, ut inquit Marsil. in l. si rixa. num. 15. ff. de sicarijs, & Clarus in dicta q. 84. uers. alius est casus cum alijs per eum adductis; & allegari solet illa Glossa, quod minora delicta comprehenduntur cum maiori: ita, quod solum maius delictum punitur.* Marsil. Clar.

i. Eiusdem principis. *Nota, quod multi tenuerunt contra Bartol. nempe, quod sciens tractatum, & non reuelans non sit puniendus pœna mortis: sed alia extraordinaria, & mitiori pœna. & hanc opinionem inquit esse communem Cagnol in l. culpa caret. num. 21. ff. de regul. iuris. & Carrer. in prac. criminali, §. circa secundum. num. 32. dicit, quod omnes cæteri sequuntur hanc opinionem tamquam mitiorem, & plures alij relati per Clarum d. quæst. 87. Qui concordando dicit. Teneo ergo cum Bar. in duobus casib. scilicet in tractatu, quod fit contra personam Principis, uel cõtra eius statum, in alijs autem casibus etiam si sint comprehensi in capite læsæ maiestatis, non putarem esse puniendum pœna mortis subditum non reuelantem, sed alia pœna extraordinaria arbitrio ipsius Principis.* Cagnol. Carrer. Clarus.

*Obserua tamen, quod sciens tractatum occidendi Prin-*

*Principem vel quemlibet alium tenetur sub pœna peccati mortalis illum denunciare illi, vel illis, qui prouidere possit: maxime cum sciat se non posse via fraternæ correctionis prohibere huiusmodi delictum;* Quod *tradit* Nauar. *Nauar.in Manua. cap.18. num.54. & 56. In tantum, quod si ego secreto scio* Petrum *insidias parare Paulo, quem certus sum eum occidere nec cohibere possum, teneor certe reuelare Paulo, vt ipse sibi prouideat; ita tradit* Sotus *de ratione tegen.m. 2. quæst. 4. in seccunda cōclusione. versic. sed quid si secreto scio.* Sotus.

Nauar. l. Quam seculares. *Adde, quod* Nauar. *loco allegato subdit vnum casu, in puo quis præsumitur auxiliari, & per consequens puniendus erit tamquam auxiliator, nempe quando quatuor concurrunt: primum potestas prohibendi. secundum obligatio id faciendi lege scilicet iustitiæ, & non charitatis tantum. tertium commoditas eiusdem, quod scilicet commode possit impedire. quartum notorieitas delicti, hoc est, vt manifestum sit illud esse delictum, & manifeste fiat. his concurrentibus non solum præsumitur consensus; sed etiam auxilium per text. in cap. quantæ. ext. de sent. excom. quoniam cum quis non obuiat manifesto delicto, manifestè facto, cum commode possit, præsumitur opem fere, ut vbi per eumdem* Nauar. *post. n.20. vers. in num.28. & duobus sequent. vbi dat verum intellectum ad. d. cap. quantæ.* Nauar.

*Vnam aliam limitationem ponit ipse* Nauar. *nimirum, vt non procedat, quando quis per præceptum iustitiæ teneretur alium defendre. & idcirco. num.20 versic. in num. 22. tenet, quod hac ratione niti posset rigida illa; sed iusta decisio Bar. in l. vtrum. ff. ad l. pompeam de parricidijs. §. quod quamuis regulariter nemo puniri debeat, eo quod sciat parari delictum, & non indicet; fallit in filio, seruo, & subdito sciēte illud parari in patrē, Dominū, vel alium superiorem,*

*præsertim*

præsertim supremum. Nam si famuli scirent aliquem decreuisse de nocte ingredi domum, & Dominum suum trucidare, idque ei non notificarent dicerentur profecto rei eius mortis: arg. text. in l. 1. §. occisorum ibi. Quid ergo si Dominus. ff. ad Senatusconsult. Sillania. hac ratione inquam: quoniam Reges, & alij superiores lege iustitiæ tenentur defendere subditos suos; & è contra subditi suos superiores. argum. capit. Regum, & cap. Administratores. 23. quæst. 5. Item Patres, Tutores, Curatores, Domini, Pedagogi, custodes, Parochi, & alij similes tenentur lege iustitiæ defendere, eorum filios, Pupillos, minores, famulos, parrochianos, & custoditos; & e conuerso filij, Pupilli, minores, famuli, Parrochiani, & custoditi, eos, vt inquit Nauarrus ibidem. numer. 18. in princip. per notata à Panormit. in cap. 1. num. 9. ext. de restitutio. spoliat. Et ex hoc sequitur, quod etiam in Religionibus Prælatus sciens parari delictum cotra aliquem subditum suum; & non reuelans illud, puniri debet in foro exteriori; & e conuerso subditus sciens parari delictum contra suum Prælatum, & superiorem, & non reuelans, puniendus esset eadem pœna delicti.

Cæterum si teneatur contraria opinio, scilicet, quod sciens, & potens prohibere delictum, teneatur prohibere, & defendere, si quis non fecerit tenebitur ne in foro conscientiæ ad emendationem damni? Respondeo distinguendo, quod aut quis tenetur reuelare, & prohibere delictum ex solo præcepto charitatis, aut tenetur etiam ex præcepto, & lege iustitiæ. Primo modo nemo tenetur ad damnum non prohibendo, aut non defendendo, quamuis fraudolenter, & mala voluntate tacuisset, aut obstare, vel manifestare prætermisisset; at secundo modo tenetur: quoniam hæc est communis regula omnium theologorum; vt tacens, non obstans, & non manifestans non teneantur ad damnum deli-

punitur. & ita intelligunt communiter Doctores, vt inquit. Conradus in pract. ca fol. 332. num. 8. & ad illud, quod dici solet, quod agentes, & consentientes, &c. intelligendum est, quando consentiunt, & auxilium præstant ex proposito ad malefficium committendum, & ita dicunt omnes, vt attestatur Mantua. consil. 25. num. 24. lib. 1. Conradus. Mantua.

11. Ita Arretin. in consil. 163. num. 3. Adde, quod quædam sunt delicta, quæ solent committi principaliter propter libidinem ipsius delinquentis, vt adulterium stuprum & huiusmodi, & in talibus delictis non habet locũ ratificatio, vt ait Glos. in l. 1. §. Deiecisse in ver. mãdato. ff. de vi et vi, armat. et ita cõmuni consensu receptum est, vt inquit Plac. lib. 1. delictorum. cap. 18. post. num. 1. Quædam autem sunt delicta quæ principaliter committi solent ad offensam, & iniuriam alterius, vt homicidium, percussiones, vulnera furtum, & similia. & talia delicta possunt rata haberi per alium. & hæc sententia frequentius est à Doctoribus recepta, vt ait Plac. in loco præallegato. num. 2. in fine.

Adde secundo, quod adhoc vt ratificatio delicti obliget ad pœnam duo requiruntur; primum, quod delictum commissum fuerit nomine meo; secundo, quod ego sciens illud commissum fuisse nomine meo illud tanquam nomine meo factum ratificem; ita dicit Glos. in d. §. deiecisse in ver. ratum habuero, & est communis sententia, vt testatur Arret. in cons. 63. n. 3. vers. circa primum. & quod requiratur delictum factum fuisse nomine meo tenuit Gloss. in Clem. versic. rata de pœnis, quã sequũtur cõmuniter Doctores, vt inquit collegium Florẽtinum inter cõsil. Curtij senior. cõsil. 21. post. numero. 6 Bene verũ est inquit Clarus, quod ex quo, quis ratum habet aliquod delictum, censetur illud ratum habere, vt nomine suo gestum, Arret. Clarus.

gal. *ftum, & ita dicunt Doctores, vt ait Sal. in l. non ideo minus, post num. 31. C. de accusat. atque ita opus est, quod ratum habens probet, quod non fuerit gestum nomine suo; quod nota.*

o. Num. 19. ff. de iniurijs. *Obserua, (vt inquit* Clar. *Clarus quæst. 89.) quod in hoc articulo magna fuit aliquando inter scribentes controuersia. Nam aliqui dixerunt, quod aut mandatarius erat alias delictum commissurus, & eo casu mandans non tenetur, aut vero non erat alias illud facturus, & tunc tenetur; sed certè hæc distinctio communiter reprobatur, vt inquit* Ias. *Ias. in l. 1. post num. 21. C. de seruis fugit. nam quando mandatum cadit in delictum, non est adhibenda distinctio, an mandatarius esset facturus, vel non, vt dicit Glos. approbata in l. 1. §. persuadere in Glos. magna. ff. de seruo corrupto, & est communis regula, vt* Gomes. *ait Gomes. in §. pœnales post nume. 10. Institutæ de a-* Bar. *ctionibus, & ideo Bartol. in l. non solum, loco citato tenuit indistincte, quod mandans puniatur eadem pœna, qua puniendus esset mandatarius ipse, qui delictum commisit, & illa doctrina Bartol. & est communiter approbata, vt inquit Curt. senior. consilio* Cur. *137. numero 5. Gandinus de Maleficijs titu. de trans-* Gandin. *fact. & tit. de pœnis, & plures alij allegati per Clar.* Clar. *d. quæstion. 89. qui inquit, quod hæc opinio tenenda est tamquam verior, & magis communis, quam vidit obseruari.*

p. Etiam mandantem comprehendat. *Adde, quod ex antiquis multi tenuerunt contrarium, videlicet, quod etiam si statutum loquatur in personam, puta quicumque fecerit homicidium, quicumque vulnerauerit, &c. comprehendat nihilominus ipsum mandantem; & hanc opinionem esse magis communem* Gandinus *attestatur Gandinus in d. titulo de pœnis, in fine, vbi etiã subdit, quod ita communiter obseruatur, & ita*

etiam

*etiam seruare Iudices, & assesores testatur practica. Carrer. in. 2. par. de homicidio in. §. circa. tertium, primo quaero secundum* Bald. *num. 9. licet plures allegauerit tenens contrariam opinionem quem refert Clarus in. d. quaest. 89. Qui subdit, quod certè si statuta receperunt talem interpretationem à consuetudine minime sunt mutanda: sed circumscripta consuetudine opinio Bartol. proculdubio est magis communis, & ideo non esset ab ea in iudicando, aut consulendo recedendum.* Carrerius Bald. Clarus.

q. Carrerius loco proxime citato, num. 26. *Adde, quod delictum permanens in sola cogitatione nullo conatu, vel attentatione exteriori comitatum non meretur poenam in foro exteriori, est de iure canon. cap. cogitationis & cap. cogitatio de poenit. 1. Et ratio fundamentalis est: quoniam ecclesiae authoritas, & potestas non attingit actus omnino interiores humanos: quia non includuntur sub eius potestate, vt inquit. S.* D. Thom. *Thom. 1. 2. quaest. 91. art. 4. in haec verba. De his potest homo legem facere, de quibus potest iudicare. Iudicium autem hominis esse non potest de interioribus motibus, qui latent; sed solum de exterioribus actibus, qui apparent. Refert, & sequitur Nauarrus in dicto capitul. cogitationis. numero. 2. & 5.* Nauar.

*Ex qua conclusione infertur neminem per solum actum interiorem malum quantum libet mortiferum excommunicari per aliqua iura, quantumlibet generaliter loquentia. Imo, quod longe maius est, non posse per legem, neque potestatem aliquam humanam excommunicari; quod probatur ex doctrina. S. Thomae supra relata. Ita Nauar. in capit. si quis. num. 8. 9. & 10. de poenit. dist. 1. & late in dicto capit. cogitationis. num. 9. vbi plures allegat. Sicque per solam voluntatem percutiendi Clericum, furandi rem sacrã rapiendi virgines sacrum ingrediendi Monasterium,* Nauar.

committendi simoniam, vel aliquod aliud scelus, quantumlibet atrox nemo excommunicatur, si voluntatem illam nullo exteriori effectu, vel signo prodiderit; ita vt etiam per solam hæresim mentalem nemo excommunicatur. Sicque excommunicatio Bullæ Cænæ Domini, contra hæreticos non comprehendit solos mentales hæreticos, vt declarat idem Nauarrus in dicto capitul. cogitationis. numero 9. & in Manual. capitul. 27. numero 56. vbi declarat capit. 1. Bullæ Cænæ Domini.

Et si opponas, quod excommunicatio lata contra hæreticos in capit. excommunicamus el. 1. & il 2. ext. de hæreticis, et in Bulla Cænæ Domini ligat occultos hæreticos iuxta Glos. receptam in summa, 24. quæst. 1. et in Gloss. d. capit. cogitationis: Respondetur secundum Nauar. in d. capitul. cogitationis. numero 7. quod occultum est duplex alterum per se, et suapte natura nõ est probabile, qualia sunt sola mente, et corde concepta. Alterum per accidens, et quod suapte natura est probabile, sed quia nullo præsenee factum est probari non potest. Iterum occultum per se est duplex, alterum non comitatum actu exteriori, per quem vel per effectum, et signum eius probari potest. Alterum comitatum præfato actu exteriori. conclusio supradicta intelligitur de occulto, quod suapte natura probari non potest, nec comitatum effectu, vel signo aliquo exteriori per quod probari possit.

Ex quibus infertur primo, quod hæreticus mentalis, qui suam hæresim proderet exteriori aliquo signo, etiam tantum verbo, statim esset excommunicatus, etiam si nullus alius audiret, videret, aut quomodolibet perciperet: quia id fit, vt sua hæresis tantum per accidens, et suapte natura sit occulta ecclesiæ: quoniam est comitata exteriori actu, vel signo, per quæ incipit esse hæresis exterior verbalis, vel scripta, vel aper-

experta; sicque sit suapte natura probabilis, vt declarat Nauar. in d.cap. cogitationis.num. 10.& in Manu.cap.27.num.56. Nauar.

Infertur secundo, secundum eumdem Nauarrum, quod Confessarij cum audiunt pœnitentes tepidos in fide, qui uicti tentationibus dissentiunt à fide,] debet eos interrogare; an etiam saltem ore proprio prodiderint hęresim suam, quando in eá erant, ut sciant, an inciderint in censuras.d.Bullæ Cęnæ Domini, et aliorum canonum contra hæreticos latas.

Et si opponas iterum, quod licet symonia, percussio, rapina, furtum, et alia huiusmodi non censeantur completa per solam uoluntatem faciendi ea, si nullus actus exterior eam comitetur: attamen hæresis eo ipso, quod aliquis scienter credit eam, perfectá, et completa est. et ita maior ratio dictat hæreticum purum mentalem incidere in excommunicationem, quàm alium criminosum, et hoc argumentum facit Caiet. 2, 2. quæstio. 11. super. 3. et 4. articul. Quo tamen non obstante, ipse tenet supradictam conclusionem; et ad argumentum respondet formaliter Nauar. in d.cap. cogit numero 10. negando, quod grauitas, et perfectio delicti sufficiat, ut excommunicationi fit locus; sed potestas, et mens excommunicandi requiritur; et quia potestas, et lex humana pure interiora non attingit, ideo excommunicatio non inficit illa, et si sint completa. Et ideo licet lex aliqua Ecclesiæ excommunicaret omnem, qui luxuria carnis se inficeret, qui sola mente mortali uellet luxuriari, non esset excommunicatus; imo nec qui sola mente delectatione morosa, et mortifera se delectaret nullo id actu exteriori prodendo. Caiet.

Et si tertio opponas occulta peccata subiacere potestati ecclesiæ; per Gloss. quæ singularis putatur in Clemen. 1. §. uerum, in uersicul. eo ipso de hęreticis,

quæ habet etiam sola mente hæreticum excommunicatum esse ipso facto. cui similis est in summa. 24. quæstio. 1. & in cap. cogitationis de pœnit. distin. 1. Quæ Glossæ vbique fere à Canonistis receptæ sunt, vt patet in. d. §. verum, & per Panormit. in capit. extirpandæ. §. verò. num. 21. ext. de præbend. cum quibus concordat Adrianus in. 4. quæstio. 2. de Confessione. Respondetur, quod in contrarium est communis opinio, vt inquit Nauar. in Glos. summæ de pœnit. distin. 5. numero 23. & 24. cum qua facit S. Thom. 1. 2. quæstio. 100. artic. 9. & Palud. in 4. distinct. 17. quæstio. 2. colu. 3. singulariter affirmans, non posse vlla lege humana, vel ab vllo humano Iudice castigari eum, qui confitetur in iudicio, se super faciendo qualicumque crimine consensisse, si modo neque verbo, neque facto is consensus fuerit expressus. & cum S. Thoma, tenet D. Antonius. 3. part. tit. 24. cap. 4. Angelus in verbo hæreticus. §. 2. & plures alij relati per Nauar. vbi supra, qui subdit non occurrere aliquem Theologum purum, neque Canonum peritum, qui ab hac parte non stet preter Adrianum.

Panorm. Adrian. Nauar. S. Thom. Palud. D. Anton. Angelus.

r. Angelum de maleficijs. Nota, quod per hoc soluitur illa ardua quæstio, an scilicet præstans auxilium delinquenti sit puniendus eadem pœna. Nam Bart. in l. is qui opem. num. 5. ff. de furtis, videtur tenere indistincte, quod auxiliator teneatur eadem pœna, qua principalis delinquens; & hanc opinionem dicit esse communem Corneus. consil. 8. libr. 2. quem refert Decius in cap. 1. numero 17. ext. de officio delegati relatus per Crauetam consilio. 220. post num. 12. versic. sed arguitur, cum alijs multis allegatis per Clarum. quæstio. 90. Alij vero dicunt, quod aut auxiliator dedit immediatam causam delicto, & tunc punitur eadem pœna; aut non fuit immediata causa delicti; & tunc puniendus est mitiori pœna extraordinaria. & hanc opinio-

Barto. Corneus. Decius. Crauetta. Clarus.

opinionem dicit esse communem Legistarum, & Canonistarum Soncinus in consil. 188. lib. 2. & ita etiam tenere communiter Doctores attestatur Pract. Carrerij de homicidio. §. circa tertium, qua pœna puniatur auxilium præstans in principio, & Clarus, vbi supra dicit, quod proculdubio hæc opinio est æquior: nam sine dubio minor est culpa auxiliantis, quam principalis, & consequenter mitius etiam videtur puniendus; & Salicetus dicit in l. vnica post. numero 24. C. de raptu virginum, quod hanc rationem ponderauerunt Theologi, & Canonistæ; & quod opinio contraria Bartol. quam iudices imitantur occidit animam. Tu tamen tene, vt dictum est in pract. Sed pone, quod sit dubium, an præcesserit mandatum, vel deliberatio saltem respectu auxiliatoris, quid agendum? dico, quod tunc auxiliator est in primis torquendus super ipsa deliberatione, seu tractatu, aut scientia delicti. & ita in facti contingentia consuluit Mantua in Consil. 67. lib. 1. & vbi nihil fateatur, debet adhuc pro ipso auxilio puniri pena extraordin. maxima enim suspicio est contra eum, qui præstitit auxilium delinquenti, etiam post commissum delictum, quod fuerit conscius, & particeps ipsius delicti committendi.

Carrer. Clarus. Salicet. Bartol. Man.

Dicitur autem, quis præstare causam immediatam, seu cooperatiuam in auxiliando delinquenti, quando habito inter eos tractatu, & consilio inueniant occidendum, & vnus eorum capiat, & teneat illum, & alter percutiat, & occidat. Nam tenens dicitur præstare auxilium immediatum, & cooperatiuum, vt inquit text. in leg. Item mala. §. si alius tenuit. ff. ad leg. Aquiliam. Item dicitur auxilium cooperatiuum, & immediatum præstare, si duo vel plures habito tractatu de occidendo aliquem, omnes admenauerint, & vulnerauerint: nam licet vnus mortaliter, & alius non mortaliter, vel vnus mortaliter, & alius occide-

rit in totum, ille non mortaliter vulnerans tenetur de auxilio cooperatiuo, vt in leg. ita vulneratus in princ. cum Glos. in verb. quolibet. ff. ad leg. Aquiliam.

Idem erit si vnus insiluerit, & alius vulnerauerit, alter vero occurrit occurrentibus ad adiuuandum insultatum, & liberandum, & ille dolo malo, & habito prius tractatu non permiserit occurrentes adiuuare, sed armis expulerit, adeo, quod insultatus fuerit occisus; nam talis dicitur præstare auxilium cooperatiuum per id, quod notatur in. capitul. si quis viduam. 50. distinct. & notat Gloss. in cap. de cætero. extra de homicidio.

Idem si habitus fuit tractatus inter duos, aut plures, & vnus accedat ad illum, quem occidere volunt, & verbis illum interpellat, & retineat; & superueniant socij, & occidant. Ille primus dicitur præstare auxilium immediatum, & cooperatiuum. ita Cepolla. cons. 34. in. 2. dubio. Cepolla.

Idem explorando, & ducendo per loca inimicorum, aut latronum scienter, vel nuncius, vel explorator existat: nam dicitur præstare auxilium immediatum, vel cooperatiuum homicidio, vel maleficio, vt notatur in d. capit. si quis viduam. hæc, & similia exempla tradit pract. Carrerij de homicidio. §. circa secundum dicitur præstare auxilium in maleficio in 1. colum. fol. mihi. 108. Carrer.

s. Dictum fuit supra cap. 5. Adde, quod si quis cogitauit, & statuit intra se aliquem occidere, nec vlterius processit ad tractandum cum aliquo de ipso maleficio committendo, puniri non debet: quia regula est ordinaria, quod nemo ex sola cogitatione puniri debeat, & est text. in. l. cogitationis. ff. de pœnis; & est communis opinio, vt inquit Clarus. quæst. 91. & quod de iure ciuili nullam habet difficultatem. nam ex sola cogitatione, quis non punitur etiam in crimine læsæ Clarus.

maie-

*maieſtatis, niſi ad aliquem actum exteriorem proceſſum fuerit, vt voluit Gl. in l. quiſquis, in ver. eadem enim. C. ad leg. Iuliam Maieſt. quam omnes ſcribentes ſequuntur, vt inquit Foller. practic. crimin. folio 396. numero 70.* Foller.

*De iure tamen Canonico ſecus eſt, nam in aliquibus caſibus etiam ex ſola cogitatione, quis punitur; & poteſt poni exemplum in hereſi: nam cum illud delictum ſola mentis cogitatione perficiatur. ſolent inquiſitores punire etiam hereticum in mente, vt inquit Bald. in l. ſi quis non dicam rapere poſt numero 1. verſic. venio ad oppoſitiones. Cod. de epiſcopis, & clericis.* Bal.

## *De ſententia definitiua.* *Cap. IX.*

DIctum eſt de pœnis, quæ ſecūdum delictorum qualitatem imponi debent, nunc de ipſa ſententia definitiua breuiter aliqua ſubijciemus.

In primis illud ſupponimus, quod etiam fuit tactum ſupra in cap. de cōfeſſis, & conuictis, ſcilicet, quod numquam reus erit condemnandus, niſi ipſe fuerit confeſſus delictum, vel legitimis probationibus fuerit conuictus, & eſt text. expreſſus in capit. Nos quemquam, 2. quæſt. 1. Reus numquam eſt condēnandus, niſi confeſſus, vel conuictus.

Secundo obſeru. eſt, quod ſtante indulto Bonifacij VIII. de quo dictum eſt ſupra, quod Prælati noſtri in puniendis fratrum criminibus, non tenentur obſeruare rimulas, & apices iuris, quod idem importat, quod ſolemnitates iuris, & ſtante etiam diſpoſitione iuris Pontificij. in cap. olim, extra de accuſ. quod diſponit quod in corrigendis delictis Religioſorū procedatur de plano, & ſine ſtrepitu Iudicij; non erit neceſſarium in proferendis ſententijs obſeruare ſolemnitates, quę regulariter id proferendis Quid Prælati omittere poſſint in ſententijs ferendis,

ferendis sententij, de iuris rigore requiruntur.

Propterea necessarrium non erit, quod Iudex ore proprio eam pronunciet, & sedendo pro Tribunali, & non stando, vt inquit text. in. capit. fin. extra de sent. & re iudicat. valebit etiam si sit lata parte absente. vel præsente, item valebit si sit lata de nocte, & diebus feriatis, & alia huiusmodi. Sed bene necessarium est, quod reus citetur, vel saltem admoneatur, (vt mos est apud nos) si vult aliquid producere ad sui defensionem, cum defensio (vt sæpe dictum est) sit de iure naturæ.

Alberic⁹. Non est similitor necessarium, vt Iudex exprimat causam, prout inquit Albericus. in. l. properādum. §. illo. num. 34. & sequen. C. de Iudijs. Quod continuo obseruatur de facto, quod scilicet inferatur in sententia causa · uidelicet quoniā talis accusatus fuit, vel denunciatus, vel īquisitus de tali maleficio, & nobis constat per testes, vel per eius confessionem, quod illud maleficium commissit. Ideo illum condemnamus, &c. ista inquam causa non erit necessario exprimenda, prout etiam inquit Clar. quæstio. 93. illam non obseruari in Domino Mediolanensis.

A clarus.

Sed hic oritur dubium, quia supradictum fuit, quod Iudex debet punire reum secundum pænas impositas a constitutionibus, vel a iure communi, quæritur numquid Iudex possit ex causa minuere pænam ordinariam impositam a iure pro aliquo delicto? Respondetut, quod sic siue agatur de pęna imposita per ius commune, in quo omnes fere doctores conueniunt, vt testatur Decius in ca. de causis. nu. 18. ext. de officio delegati; siue etiam agatur de pęna imposita a statuto; quo casu, licet aliqui teneant contrarium; magis tamen communis opinio est, quod Iudex pænas, etiam statuarias, possit

Iudex potest. ex causa minuere poenā taxatam a lege. Decius.

ex

ex causa minuere, vt testatur Arret. in cap. 2. qualiter, & quando. num. 34. ext. de accusat. quem refert Couar. lib. 2. Resolut. cap. 9. num. 8. & clarus. quæst. 85. versic. vlterius quæro.

Arretinus
Couar.
Clarus

Hæc conclusio tamen duplicem recipit, limitationem; vnam, vt procedat ante sententiam, prout loquitur Glos. in l. quid ergo. §. pœna grauior. ff. de Infamibus. Secus autem post sententiam, vt inquit clarus loco citato, qui subdit, quod debent cauere Iudices, ne id sine iusta causa, & a Iure approbata faciant: ne aliquid eis deterius contingat. Nam iudex, qui in causis criminalibus, minorem pænam imponit, quam de Iure imponere debeat, efficitur infamis. leg. seruos. C. ad legem Iuliam de vi publica atque ad eo debet puniri eadem pœna, qua erit puniendus reus, vt colligitur ex textu in. l. 3. in fin. C. ne sanctum baptisma.

Alteram, quod Iudex, qui minuit pœnam a Iure vel statuto impositam, exprimere debet in sententia causam, propter quam mouetur ad illam minuendam; non quidem in speciali, sed erit satis, si Iudex dicat, ex iustis causis animum suum mouentibus, id facere, absque, quod causam ipsam in specie exprimat, vt inquit Clarus, ubi supra. Ex quibus autem causis Iudex minuere possit pœnam a lege impositam dictum fuit partim, supra cap. 5. Obseruandum est etiam circa hanc pœnarum impositionem, quod quando delinquens non est capax pena imposita a lege pro delicto, tunc potest iudex, illam in aliam commutare, vt dicunt Doctores, & testatur Bald. in. l. nouerint. num. 5. C. intra certum tempus. Annanias. in. cap. 1. num. 2. ext. de. calumniato. quos refert, & sequitur Clar. d. quæst. 85. ver sic. vlt.

clarus.
Iudex pôt pœna sta tuti in aliã commuta re, quãdo delinquẽs non est capax talis pæna.

Postremo obseru. est. quod vbi agitur de pœna impo-

imponenda alicujus constit. oportet, quod in illo casu verificentur omnes qualitates in ipsa constitutione positæ, atque expressæ, alias pœna non committitur, vt inquit Ioan. Andr. cap. 1. de homic. in 6. quē ab omnibus approbari inquit Tortus inter cons. Anton. de Butr. consil. ultimo. num. 1. Quos refert, & sequitur clar. d. quæst. 85. versi. vbi agitur.

Ioa. And. Tortus. Clarus.

Sed quid si Iudex condemnet aliquem in minori pena, quam statutum disponat, num. quid illa sententia erit nulla? Respondet Clarus. quæstio 93. versic. quæro si Iudex, quod quantum ad summam, in qua Iudex excesit dispositionem statuti, omnes fatentur, quod est nulla: quinimo multi senserunt, quod etiam in totum uitietur, & refert Ioanem de Canemortuo con. 33. num. 2. inter consi. crim. diuersorum. lib. 1. qui inquit hanc esse communem opinionem.

Ioan. de canemortuo.

## ADDITIONES.

Lopez.

NOn erit necessario exprimenda. *Idem tenet Ignatius Lopez. in addition. ad pract. Diaz. cap. 147. in versi. causam exprimere: Qui paulo ante inquit quod illud, quod dictum est Iudicem minuentem pœnam debere exprimere causam, est intelligendum, vt procedat ad ipsius Iudicis excusationem; non autem ad sententiæ firmitatem.* Nam *si sine causa facit, lex supplet id quod deest. l. 4. §. si quis condemnatus. ff. de re iudicat. & allegat Bald. ita dicentem in l. quid ergo § pæna grauior. ff. de his, qui notan. infamia, &* Bar*tol. in leg. te legatorum. §. ad tempus. ff. de interdict. et multos alios.*

Baldi.

Bart.

De

## De Appellationibus. Cap. X.

QVuoniam appellatio defensio quædam est de iure naturę, ideo nemici est deneganda, & maxime a pœnis inflictis pro grauioribus, & grauissimis delictis; nam pro leuibus, & grauibus appellare non licet, vt diximus supra; nam a pęnis, quę ad correctionem morum imponuntur, nequaquam datur appellatio, vt patet etiam de iure communi. ca. irrefragabili. de officio Iud. ordin. & cap. cum speciali. in fin. de appellationibus. ca. irrepræhensibilis, & cap. 2. eodem tit. nisi iudices modum in corrigendo excesserint, vel alias ordinarie processerint: nam tunc datur appellatio, vt tenet Foller. capit. 36. de ordine procedendi contra Monachos num. 22: & 24. Appellatio nō datur a pęnis quę ad correctionē morū imponuntur. Foller.

Et quod detur in omni casu appellatio inter Regulares notat Nauar. in cap. nullam. in quæst. 2. num. 51. Commentario 3. de appellationibus Regularibus concessis, vel vetitis. vbi efficicaciter probat religiosos appellare posse, etiam a sententia lata super correctione. Sed quia satis lata est illa disputatio, satis est, scire quod de iure datur appellatio, & adeo verum est, quod regularibus non prohibetur adire Ministrum, vel Generalem loco appellationis, absque eo, quod incidant in pęnam apostasiæ, vel in pęnam Sacri Concilij Tridentin. sess. 25. cap. 4. de Regularib. & monialibus, vt latissime materiam hanc disputat ad partes, & concludit pro appellatione, & recursu Nau. locis citatis. Nauar. Appelatio in omni casu datur inter Regulare. A

Cęterum circa hanc materiam obser. est primo, quod si Reus est plene de ipso delicto conuictus, & illud est ętiam sponte confessus non potest appellare. Et est texus clarus in. l. 2. C. quorum appellatio Reus plene conuictus, e spōte confessus appellare nō potest.

non

non recipitur: quæ non solum habet locum in illis quinque criminibus exceptis, de quibus loquitur illa lex videlicet homicidij veneficij, adulterij, maleficij, & viæ publicæ, sed generaliter in omnibus alijs delictis, & hanc esse communem opinionem attestatur Imola in l. finali, §. iussus, numer. 8. ff. de appellat. & si talis reus appellauerit, reijcienda est appellatio, neque debet sententia ab executione suspendi.

Im.

B

Reus qui tantũ confessus est delictum, & non est conuictus si non reuocauit confessionẽ appellans non auditur. Boss. Car. Cla.

Secundo obserua. est, quod si reus est confessus tantum, & non conuictum, si suam confessionem non reuocauerit, non auditur appellans, text. est in cap. cum speciali, §. porro extra de appell. Et hanc sententiam esse communem opinionem, tam de iure ciuili, quam canonico attestatus Boss. in titul. de appel. num. 27. Intelligas tamen, quando reus in appellatione non allegaret causam probabilem contra suam confessionem, quia alias audiretur appellans, & supersedendum esset ab executione, vt dicit Boss. Carrer. & Clarus, vbi supra.

Reus conuictus tamẽ, & nõ confessus appellare potest. Dec. Boss.

Tertio obseru. est, quod si reus est tantummodo conuictus, & non confessus, tunc potest appellare: quia conceditur appellatio etiam in causis criminibus, tam de iure ciuili, quam canonico, de iure in ciuili. l. litigatoribus. C. de appell. & in l. addictos, C. de Episcopali audient. de iure autem canon. in cap. cum sit Romana & ibi Dec. ext. de appe. quod etiam procedit in crimine lęsę maiestatis, vt inquit Dec. ibi, & Boss. tit. de app. in princip.

C

appellatio a fratribus minor. de obser. dẽt fieri intra ordinem.

Quarto obseru. est, quod appellatio fieri debet a fratribus intra ordinem nostrum, & non extra, prout decernunt constit. nostræ, & Constit. Gregorio XII. in Bulla quæ incipit, Quoniam nostro Pastorali, &c. in qua ponit excommunicationem fratribus nostris, qui appellare præsumunt a prælatis ordi-

ordinis ad tribunalia secularia directe, vel idirecte & insuper priuat illos dignitatibus, officijs, & voce actiua, & passiua, cum perpetua inhabilitate.

Tribunalia autem illa dicuntur esse extra ordinem, quæ nec nominata, & signata sunt per Regulam, veluti nominantur Tribunal Sanctissimi Domini Papæ. Protectoris, Generalis, & Prouincialis, quæ dicũtur Tribunalia ordinis. cætera omnia Tribunalia, dicuntur esse extra ordinem, quamuis auctoritatem habeant a Summo Pontifice, cognoscendi etiam causas, & differentias Regularium, siue sint Regum, siue Cardinalium, siue Legatorum, siue Episcoporum, siue Principum, et similium. Existimarem tamen, quod Tribunal Illustrissimæ congregationis Cardinalium deputatorum, super causas Regularium, dici debet Tribunal intra ordinem, et non extra. quoniam, congregatio illa, specialiter instituta fuit a Sixto V. ad hunc effectum, vt cognoscat causas Regularium.

Quæ dicãtur Tribunalia extra ordinẽ

## ADDITIONES.

a. NAuar. locis citatis. *Adde, quod maximo in dubio versatur, an Religiosus appellatione vti possit. & primo videtur, quod non: nam in cap. irrefragabili. ext. de officio iudicis ordin. ita scribitur. Irrefragabili constitutione sancimus, vt ecclesiarum prælati ad corrigendum subditorum excessus maxime clericorum, & reformandos mores prudenter, & diligenter intendant, ne sanguis eorum de suis manibus requiratur. Ut autem correctionis, & reformationis officium libere exercere valeãt, decernimus, vt executionem ipsorũ nulla consuetudo, vel appellatio valeat impedire nisi formam in talibus excesserũt obseruandam. Item Bonifacius VIII. in indulto relato supra*

Religiosus appellare possit.

*in 1.*

*in.1.par.de modo procedendi.cap.1.relato, in hunc modum statuit. Nec volumus eisdem licere fratribus ab eisdem correctionibus, & punitionibus aliquatenus appellare, prauia deliberatione, & maturitate debita obseruatis.* Item Concil.Tridentin.sess.13.cap.1. de reformatio.statuit, *quod non possit appellari à sententia, etiam definitiua, in causis visitationis, et correctionis, habilitatis, et inhabilitatis.*

Sotus. *Quapropter Sotus lib.5.de iust. & iur. qu.3. artic. 3.in hunc modum scribit, si sciscitaris, num licitum sit, et condecens, religiosorum familias sic instituere, vt appellare probibeantur. Apparet enim id neque decere, neque iure liceret, tum quod præcipue in causa capitis, quam tantopere nos natura admonet, vt defendamus, nemo debet naturali beneficio orbari, quo se tueri potest. tum etiam, vt ea causa, et q. habetur vtroque canon.ad Romanam.christianis vniuersis hoc indulget priuilegium, vt quoties quisque premi senserit ad Romanam sedem, tamquam ad caput prouocatione confugiat. Respondetur nihilominus per quam sancte è Religionibus abigi appellandi vsum. Nam, et si fortasse accidere quandoque posset, vt Monachus aliquis iniuria læsus affligatur; tamen ex alia parte talia damna, quæ rarissime contingunt, pace, et quiete compensantur. Neruus enim, & decus religionis in hoc maxime consistit, vt altissimo inter se, silentio omnia inter fratres, (quæ sua est professio) planiter tractent, & transigant, neque se sæculo prodans Etenim vbi plur mum Religionum causæ claustroum metas exierint, actum de illis est. Quo circa institutiones ipsas sic Pontifices confirmarunt; vt appellationes prohiberent, non per hoc summis Pontificibus obedientiæ, quicquam sit adeptu. Quicumque enim. quātumcumque inclusus Monachus ad ipsum appellauerit, id iure faciet, verum, quod sic sit consultum est religionum*

num incolumitati. Nã regula vulgatissima est in vtroque iure, quod vtilitas publica est semper præferenda priuatæ. hactenus Sotus.

Cæterum cum appellatio species quædam sit defensionis. l. 1. ff. de appellationibus, & defensio quæ est de iure naturali nemini est deneganda. Clement. Pastoralis §. cæterum de re iudicata. standum existimo decisioni ipsius Nauar. Nec in contrarium faciunt. cap. Irresragabili, Indultum Bonifacij, & Concil. Tridentin. Nam huiusmodi authoritates intelligendæ sunt, quando correctio, & punitio legitime facta fuit; secus autem quando modus regularis, & legitimus in corrigendo exceditur, & exprimitur iuxta causa appellationis, vt tradit Nauar. lib. 2. Consiliorum titul. de appellatione, consil. 2. & 4. & Idem Nauar. in eo lib. tit. de sent. & re iudica. consil. 1. late defendit, quod frater minor valde grauatus á suo prouinciali potest habere recursum ad superiorem maiorem, uel per viã appellationis, vel per arreptionem itineris ad ipsum superiorem: quia defensio nemini est deneganda, & confirmatur per Concil. Trident. in loco præallegato. Vbi quamuis disponat, quod ab interlocutoria non possit appellari; attamen concedit, quod ab ea appellari possit: quando grauamen illatum per interlocutoriam, per sententiam definitiuam reparari non potest: ex quo viditur velle, quod appellatio habeat locum, & suspendat executionem sententiæ, quando grauamen illatum per sententiam non potest reparari, & subleuari per sententiam iudicis superioris. Nauar.

b. Ab executione suspendi. Adde, quod ita de consuetudine seruatur, vt inquit Bartol. in l. qui vltimo. versicul. finali. ff. de pœnis, quem refert Clarus. quæst. 94. num. 1. cum alijs per eum allegatis, et ratio est (ut ait Ludouicus Carrerius. in d. l. 2. in princip. quæ est sua practica crimin.) quia talis appellatio est præsum- Bartol. Clarus. Carrer.

pta calumnia: nam ex quo est conuictus per testes, & alios probationes congruas, et legitimas, et sponte confessus est appellans, censetur facere animo differendi executionem capitalem, cum in causa appellationis contrarium, & de errore probare non possit. Nam conuictus per claras probationes non dicitur errare, sed veritas cum confessione consonat, vt inquit Baldus. in d.l.2. & in l. addictos. C. de Episcopali audient. cum itaque contrarium probare non possit, sequitur, quod non auditur tunc appellans, & friuola censetur appellatio. Nam appellatio notorie calumniosa non impedit executionem, vt ait Bald. in l. 1. versicul. modo quæro. C. ex delictis defuncto, & alij allegati per Carrer. loco allegato. num. 9.

Bald.

c. De appellationibus in princip. Adde, quod tres sunt casus in quibus non admittitur appellatio in criminalibus. Primus est, quando delictum est notorium nam criminosus manifestus non auditur appellans, & est text. in cap. cum sit Romana. in fine, in capit. peruenit, & in cap. sequenti, & in capit. cum specialis. §. porro. ext. de appellatio. & hanc conclusionem teneri communiter ait Anania. in. cap. Quam pernitiosum post. num. 1. ext. de vsuris. & Carrerius in d.l. 2. §. 2. & Clarus. d. quæst. 94.

Anania. Carrer.

A sententia tamen Iudicis declarantis aliquod esse notorium potest appellari, cum iudex posset iniuste declarare, vt inquit Nauar. lib. 5. Consiliorum tit. de sentent. excommun. cons. 20. num. 5. Quod intelligas de notorio facti, siue per euidentiam, siue, quod delictum notum fuerit toto populo, vt puta factum in conspectu populi; vel per vehemens indicium, vt quia interfector visus est aufugere per plateam in conspectu populi cum ense euaginato, & sanguinolento. Vel commissum in præsentia Iudicis sedentis pro Tribunali, vt ait Bald. in d.l. addictos. C. de Episcopali audien.

Nauar.

Bald.

& per Speculatorem in titul. de notorio crimin. Non autem in notorio per famam publicam: nam tunc admittitur appellatio, vt habetur in d. capit. cum sit Romana; nec in notorio iuris tantum, quod resultat per confessionem, vt ait Thomas Gram. in decisione. 36. in. 6. dubio, & declarat Carrer. loco proxime allegato numer. 3. & 4. Intellige secundo dummodo probatum sit ipsum delictum, quod præsumitur notorium, notorie fuisse commissum, idest in conspectu populi, vel iudicis, vt supra, ita, quod nulla tergiuersatione celari possit; non autem sufficeret, quod de eo notorie appareret. Nam potest esse, quod vel per testes de visu, vel per confessionem ipsiusmet Rei, ex quibus dicitur notorie constare de crimine, probaretur delictum, & tamen nullus sani capitis dicet delictum ita probatum dici posse notorium ad effectum, vt super eum tamquam super notorio non possit appellari, vt plane declarat Clarus. quæst. 9. versic. Item quæro. Thomas. Carrer. Clarus.

Secundus casus est, quando quis esset condemnatus ex præsumptione iuris, & de iure, & tunc habetur pro conuicto, & confesso, qui non appellat, vt dictum est. Ita tradit Bald. in. l. si quis adulteri. Cod. de adulterijs in. 2. notabili. Marsilius in. l. 1. versic. Item quidem natus ex præsumptione iuris. C. de raptu virg. & in Rubr. de probatio. sub. num. 245. versic. teneas menti, & alij relati per Carrer. vbi supra in. §. 4. Quæ autem dicatur præsumptio iuris, & de iure dictum fuit supra cap. 10. de 3. subst. Iudicij. Baldus. Marsil. Carrer.

Tertius casus est. in hæreticis. Nam hæretici condemnati ab inquisitoribus non possunt appellare, & est text. clarus. in. cap. vt Inquisitioni. §. vt quæ, de hæreticis in 6. Et licet cap. ad abolendam. §. illos. ext. de hæreticis disponat, quod tantum relapsi non possunt appellare: tamen d. capit. vt inquisitioni, quod est posterius loquitur generaliter in omnibus hæreticis; &

*non solum in hæreticis ipsis, sed etiam in eis credentibus, receptatoribus, & eorum fautoribus, vt ibi dicitur, vt non appellent. Quod tamen Carrer. vbi supra. §. 9. dupliciter limitat: primo quando appellarent ante sententiam ferendam: tunc enim posset: nam prohibita appellatione à definitiua, ante potest appellari, vt tradunt Philippus, & Archidian. & alij in d. cap. Inquisitioni. Secundo, quando Iudex, ad quem fit appellatio, cognito de iustitia, inhiberet iudici à quo executionem, qui quidem potest inhibere, vt inquit Panormit. in cap. Pastorali in fine, vers. ad quartum autem. ext. de appellat. Gloss. in cap. Romana. §. sin autem de appellat. in 6. Et nota, quod Carrer. extendit supradictam conclus. vt habeat etiam locum in simonia, quod scilicet non detur appellatio, cum crimen simoniæ æquiparetur hæresi, vt ait* Felinus *in cap. olim. el. 1. ext. de simonia.*

Carrerius. Philip. Archid. Panorm. Carrer. Felin.

*Adde postremo, quod non admittitur appellatio in* Religiosis: *nam* Religiosus *non potest appellare à correctione suorum Prælatorum, si fiat secundum statuta* Regulæ, *vel ordinis, aut ad effugiendam ecclesiasticam disciplinam, vt inquit text. in cap. ad nostram, & in capitul. reprehensibilis, & in capitul. cum speciali. extra. de appellatio. Quod tamen procedit nisi Prælatus excedat modum in corrigendo, ut declarat Gloss. finalis in d. cap. ad nostram, quam refert, & sequitur Salicetus in versic. appellatio. num. 9. in 7. quæst. per text. in cap. de priore. eodem titul. de appellatio. & in capitul. super quæstium. §. nos autem. ext. de officio delegati.*

Salicetus.

*Obserua tamen, quod ille, qui conuictus est, & iuste condemnatus, si appellat peccat mortaliter: quoniam appellationes conceduntur ad tollendum grauamen, vt habetur, ext. de appel. cap. vt debitus; sed qui iuste est condemnatus nullum patitur grauamen: & ideo si appel-*

*appellat, non vult obseruare Iudicis sententiam; sicque offendit iudicem, atque illi iniuriam facit. & nemini iuste, ac iuridice condemnato licitum est se à legitimo iudice defendere. Nam qui potestati resistit Dei ordinationi resistit ad Roman. 12. appellare autem est resistere, hanc conclus. tenet. S. Thomas. 2. 2. quæst. 69. artic. 3. & 4. & Caiet. ibi. Syluestr. verbo Accusatio. quæst. 14. Tabiena eadem verbo. §. 9. Sotus libr. 5. de iust. & iur. quæst. 6. art. 3. & Nauar. in Manua. cap. 25. in tit. de delictis Rei accusati. num. 39. qui inquit, quod talis appellans obligatus est, ad restituenda omnia damna, & interesse quæ ex sua iniusta appellatione proueniunt, nec per cõsequens absolui poterit à confessore, nisi appellationi renunciet.* D. Thom. Caiet. Syluestr. Tabien. Sotus. Nauar.

*Hæc addidisse volui, tum, vt quibusdam satisfacerem, qui Practicam breuem, concisam, atque arctam esse dicunt; Tum potissimum, vt quibusdam alijs occurrerem, non intelligentibus, quomodo homo Physicis, & Theologicis Scoti speculationibus continuo intentus, iuris utriusque peritum, se ipsum insimularet; obidque nedum contra Practicam latrant, sed ipsum etiam authorem (christianæ, ac Religiosæ professionis immemores) iniuriose mordent. Quibus pro responsione sit satis, hominem Theologum, (si actu collatiuo omnino non careat) facili negocio canonistam euadere posse; sed non è contra. Præterquamquod Iuristarum, & Canonistarum lucubrationes adeo sunt allegationibus refertæ, vt vnum legens authorem, quam plurimos legerit. Quamuis nec aliorum citationibus fidem adhibui, sed quoscumque relatos authores, quos ad manus habere potui, & uidi, & perlegi. Hæ sunt igitur studiose lector nostræ uigiliæ, nostrique labores, quos, qualesquales sint grato animo accipias, & authorem minime mordeas. Vale.*

## *Reus an possit fugere, ex carcere, et vincula rumpere.* *Cap. XI.*

Reus ante senẽtiam è carcerib. fugere potest.
Couar.

DIco primo ante ſententiam fugere poſſe, niſi forte iurauerit ſe permanſurum; eſt communis ſententia Doctorum, (vide Coüarru. lib. 1. variarum. cap. 2. num. 11.) quam vſus omnium gentium confirmat. Ratio eſt, quia non conijcitur in carcerem, vt ibi ſponte maneat, hoc enim nemo, vel ſaltem per pauci facturi ſunt: ſed, vt ibi detineatur interim, dum cauſa eius excutitur. Nec refert, quod ex fuga illa, Commentarienſi damnum obueniat: quia iure ſuo vtitur, & ille ſuæ negligentiæ id aſſignet, vt qui non melius illum cuſtodiuit. Hic tamen reus conſiderare debet, vtrum tanti ſua interſit fugere, vt damnum illud proximi, ſecundum charitatis legem ſit curandum.

Reus etiã poſt ſentẽtiã fugere poteſt.
D. Thom.
Caiet.
Sotus.
Couar.

Dico ſecundo. Etiam poſt ſententiam fugere poteſt, ſi damnatus ſit ad pœnam mortis, vel mutilationis, ita D. Thom. 2. 2. quæſt. 69. art. 4. & Caietan. ibidem, Sotus lib. 5. de iuſt. & iure, quæſt. 6. art. 4. & Couarr. vbi ſupra. Ratio eſt: quia non poteſt ei præcipi cum obligatione, vt cum tanto damno ſuo, ibi maneat: hoc enim præceptum eſſet, nimis difficile, inhumanum, & quodammodo ſuperans humanam conditionem. confirmatur ex D. Thom. vbi ſupra. Quia nemo poteſt condemnari ad faciẽdum aliquid, vnde ei mors ſequetur. adde, vel aliquod graue corporis damnum; atqui ſponte manere in carcere in hoc caſu, eſt aliquid facere, vnde mors, vel graue damnum ſequetur, vt inquit D. Thom. ergo, &c.

Reus põt licite vincula rumpere. &

Dico tertio. Eum, qui poteſt licite fugere poſſe etiam vincula rumpere, & carcerem pertundere.

ita

ita Caiet. & Sotus, vbi supra Nauar. cap. 17. nume. 102. & passim recentiores. licet Henricus de Gand. quol. 9. quæst. 25. Couar. lib. 1. variar. cap. 2. nume. 14. oppositum sentiant. quæ sententia, & si probabilis sit, nostra tamen est probabilior, quæ probatur primo, quia cui licitus est finis, licita etiam sunt media. ergo cui licita est fuga, licitum est etiam se ad eam expeditum reddere, eiusque impedimenta remouere. Neque hoc est vim inferre potestati publicæ: quia hęc non est in vinculis, & lapidibus, sed in Iudice, & ministris, quibus non licet vim inferre, quando iusta est condemnatio. secus est de vinculis, & carcere; sicut, si quis obijceretur Leoni deuorandus, posset pro viribus contra eum tueri. Secundo Reus non tenetur ibi manere, sed Iudicis est curare, vt vi maiore detineatur. ideo enim catenę, compedes, numelle sunt ferrea, & carceres firmissimi: alioquin si vinculis stuppeis constrictus esset, non posset ea disrumpere, quod est ridiculum. tertio illud præceptum oblata occasione euadendi; nimis esset durum, & humanis moribus minime accommodum.

carcerem. Caiet. Sotus. Nauar. Henricus. Couar.

Sed quæres, an alij possint reo fugam è carcere consulere, & auxilium ad eam pręberę? Dico, quod cuicumque licitum est fugere potest alij fugam, & vinculorum ruptionem consulere, modo non sint potestatis publicæ ministri. ita Caiet. & Sot. vbi supra: ratio est: quia, quod tibi licitum est facere, id possum tibi esse suasor, & author, vt facias, nisi ratione officij prohibeat, quomodo prohibentur ministri iustitię, qui cum ex officio teneantur, curare, vt reus detineatur, contra iustitiam Reipubl. debitam facerent si fugam suaderent.

Liciū est reo fugam consulere & auxiliū præbere. Caiet. Sot.

Dico secundo. Probabile etiam est licitum esse eisdem, captiuo porrigere instrumēta, quibus vin-

cula incidat, & carcerem effringat; est contra Sotum lib. 5. de iustit. & iure, quęst. 6. art. 4. sed ita expresse docent Caiet. & Michael Sal. 2. 2. quęst. 69. artic. 4. probatur primo, quia si potes alicui consulere finem; cur non etiam porrigere media necessaria ad illum consequendum; presertim cum consilium non videatur aliud esse, quam spirituale quoddam instrumentum? Secundo, licitum est illi ostendere viam, & modum, quo possit fugere, vt etiam Sot. fatetur (hoc enim ad consilium pertinet) atqui hoc non est minus opitulari, quam prębere instrumenta. Tertio, nulla est ratio, cur non possim prębere instrumentum ei, qui licite vtatur, nisi ob aliquam peculiarem causam, id mihi sit prohibitum. Neque id est violare publicam custodiam; quia non iuuo effringere, neque porrigo instrumenta ei, qui iniuste vsurus sit.

Caietan.
Salon.

Dices, si quis probaretur instrumenta prębuisse, grauiter puniretur, ergo est peccatum. Respondeo etiam consultor effractionis, & fugę, & ipse reus fugiens punirentur. atque adeo, & si culpa nō sit consulere, instrumenta prębere, atque etiam fugere, tamen ob bonum Reipubl. vt facilius rei possint detineri, leges contra consulentes, auxilium prębentes, & fugientes pęnam statuunt; & tamen hęc consulere licet, & fugere, etiam secundum sententiam Soti.

Obserua tamen, quod & si Reo non possit prohiberi ne fugiat, ita, vt obligetur in conscientia; tamen alijs potest prohiberi, ne aut fugam suadeant, aut instrumenta prębeant: non enim alij tantum iuris ad hęc habent, quantum ipse reus; neque illis hoc pręceptum ita est durum, sicut ipsi reo.

Nemo potest iuuare reū effringendo exterius carceres.

Dico tertio. Non tamen possumus iuuare reum effringendo exterius carceres, & rumpendo vincula;

cula; vt communiter docent omnes Doctores. probatur primo. Quia solus reus ad id ius habet, propter maximum incommodum, quod ipsi imminet. Secundo, alioquin nihil posset Iudicibus satis esse firmum, & tutum ad custodiam reorum, quod cederet in maximum Reipubl. damnum.

## *Religiosus legitime ad carcerem perpetuum, vel temporalem a suo superiore damnatus, & inclusus an possit absque peccato fugere.*

## *Cap.* XII.

Pro huius difficultatis solutione obseru. est ex Caiet. 2. 2. q. 69. att. 4. quod pęnę in duplici sunt differentia. quædam sunt, ad quas non aliter quis damnatur nisi, vt patiatur illatas, vt patet de morte, mutilatione, flagellis, tortura, & huiusmodi: nō enim damnatur aliquis, vt se occidat, mutilet, torqueatur, sed, vt patiatur sibi illata, Quædam verò sunt, ad quas subeundas sic aliquis damnatur, vt ipse cooperetur ad eas, vt patet de exilio, circumscriptione, & pœna pecuniaria, & per consequens etiam pœna carceris. Hoc supposito. Caiet. Pęnę sunt in duplici differētia.

Dico primo, quod damnatus ad pœnas primi generis potest fugere: quia non tenetur nisi ad pati, atque adeo, vt superiori capitulo dictum est, Reus ad mortem condemnatus potest a carceribus fugere vincula rumpere, & carceres effringere. Dānatus ad pœnas primi generis pōt fugere.

Dico secundo, quod damnatus ad pœnas secundi generis post condemnationem, & sententiam, non licet ab earum executione se subtrahere absque peccato mortali: nam hæc pœna eam conditionem habet, vt alterius, quam puniri executione minime indigeat, atque adeo, is damnatus censetur ad eam subeundam propria cooperatione, ac proinde Reus dānatus ad pœnas secūdi generis ante cōdēnationem et sentētiam nō potest ab earum executione se subtrahere.

inde in animæ suæ Iudicio, eam subire tenetur.

Et certe si sermo sit de pœna carceris temporaria, damnatus ad temporarium carcerem non potest fugere, & est communis sententia: quia hæc Pœna non est ita grauis, quin reus, qui ob sua crimina iuste ad eam est damnatus, debeat eam sponte subire, sicut soluere mulctam pecuniariam, concedere in exilium, seruire ad tempus in hospitali, manere ad tempus conclusus in monasterio, &c.

Caiet. Sotus. Nauar. Ignat. Lopez. Couar. Reus dānatus ad perpetuas carceres nō potest fugere.

Si autem si sermo de carcere perpetuo. Caiet. 2.2.quæst.69.artic.4.& Sotus, vbi supra. Nauar. in.cap.statuimus. 19. quæst.3. num. 65. vbi hanc quæstio.disputat. Ignat. Lopez in additio.ad practic.crimin. Bernadin.Diaz.cap.140.versic. sed verum Civicus Couar.lib. 5. variar. Resolu.cap.2. nu.7. putāt reum non posse fugere. atque ita se respondisse inquit Nauar. cuidam Religioso, qui venerat Romam, quique ad perpetuum carcerem a suo prælato fuerat condemnatus, dicitque se illi consuluisse, vt statim rediret.

Innocēt. D.Thom. Nauar. Ignatius.

Quæ sententia verissima est, quādo iusta est carceris pœna, & legitimo ordine seruato fuit imposita, (secus si ea pœnā iniusta fuerit) in foro conscientiæ eam subire tenetur, vt colligitur ex Innocent. in cap. plerumque de immunitate Ecclesiarum, & D.Thoma in d. quæst. 69. art. 3. & ita conludunt Nauar. & Igrat. locis citatis. Qui ambo similiter dicunt, quod prædicta conclusio locum non habet cum pœna carceris esset iusta, sed modus illam exequendi esset iniustus, & a charitate christiana longe alienus; vt cum quis damnatur ad carcere in perpetuum, vel temporalem, sed impius carceris Custos, cibum, vestitum, vel ignē subtrahit, vel in loco subterraneo, & humidissimo, & obscuro inclusum detinet, vel alia facit, ob quæ mors, iuste

2 2 timé-

timeri possit. tunc enim is fugere poterit. Quod videntur etiam sentire Salon. & Lessius, & affirmantes reum posse fugere est perpetuo carcere, si Carcer valde grauis esset. Tum quia non tam condemnatur, vt ibi sponte maneat, quam, vt detineatur, tum quia nimis graue esset, obligare in conscientia ad sponte manendum eo in loco, in quo iuste mors timeri posset, & esset euidens spes euadendi. Secus si carcer esset laxus, & commodus. Salon. Lessius.

Idem, & potiori ratione dicendum de dannatis triremes. non enim damnantur, vt sponte ibi maneant.

De exilio alia est ratio; nam illa pœna, non potest executioni mandati, nisi spontanea actione rei; si tamen exilium esset grauissimum forte non esset illicitum fugere.

De pœna seruitutis videtur eadem ratio, atque de carcere perpetuo, itaque si seruitus esset valde dura, posset fugere, secus si esset tolerabillis. Salon tamen generatim tenet damnatum ad seruitutem, absolute posse fugere, sicut seruos bello captos, quod non videtur improbabile, præsertim cum seruitus sit mors ciuili.

Sed quæres an Religiosus ob aliquod crimen legitime a suo prælato in carcere detentus, sed non ad carcerem damnatus possit ante condemnationem licite fugere? Respondetur, quod licet Clericus secularis nulla violentia custodibus facta ante condemnationem possit a carcere fugere Religiosus tamen a suo prælato iu carcerem sui Monasterij coniectus non potest etiam ante condemnationem ab eo fugere, vt singulariter tradit Nauar. in d. ca. statuimus. n. 64. versic. Quito infertur. quē refert, & sequitur Ignatius Lopez loco proxime citato, & rationem diuersitatis eam esse tradunt

cleric⁹ secularis nulla violētia custodib⁹ facta ante condemnationem potest licite a carceribus fugere sec⁹ Religiosus regularis. Nauar. Ignatius

quia

quia Religiosus virtute solemnis voti obedientiæ, tenetur obedire prælato præcipienti secundum regulam,& illi accessoria.cap.quorumdam,&c.si Religiosus.de election.lib. 6. & ideo tenetur manere in ea parte monasterij, in qua Prælatus ei manere
Caiet. præceperit. Quod aperte insinuat Caiet.in d.quęst. 69.art.4.in responsione ad secundam conclusionem his verbis; Religiosi,qui libertate sui motus processui extra claustra se priuarunt supponentes se per tria vota prælati suis, quacumque causa a prælatis suis detineantur; non possunt licite extra præfixos sibi terminos exire, cum nec exire possint non detenti clausuram sine licentia prælati.

Verum tamen nolo prætermittere, quod tradit
Nauar. Nauar.in.d.cap. statuimus. num. 64. versic. 4. infertur; Quod scilicet Religiosus damnatus ad perpetuum carcerem, & ab eo, fugiens non est excommunicatus eo solo,quod sine habitu sui ordinis incedat,quia per eamdem sententiam,qua fuit damnatus ad perpetuum carcerem, fuit etiam denudatus habitu sui ordini,& iussus indui,& indutus abire habitu clerici sæcularis. atque ita non tenetur, nec potest illum iuste deferre,cum teneatur pati illam pœnam denudationis habitus religionis,& delationis habitus sæcularis per prædicta.

Et bene dixit eo solo. quod sine habitu sui ordinis incedat;quia,& si ex hoc non incurreret excommunicationem,esset tamen excommunicatus: quia à Religione apostataret;iusta Constitut.nostras, in quibus cauetur,incurrere excommunicationē quēcumque fratrem,qui à Religione apostauerit, & vagauerit,vel cum habitu,vel sine habitu.

De

## De purgatione Canonica Cap. XIII.

TAnta erat in illis priscis Ecclesiæ Catholicæ tẽporibus sanctis patribus honestatis cura, vt nedum in Clericis aperta crimina non tolerabant, sed neque suspicionem, seu infamiam criminis, sustinere volebant. Vnde sicut sacris sanctionibus delinquentibus, quorum crimina probari poterant pœnas statuerunt, sic illis, contra quos infamia, aut graue scandalũ, seu vehemens suspicio suggerebat, purgationem canonicam in dicendam decreuerunt, de qua habetur toto tit. de purgatione Canonica.

Et licet hæc purgatio Canonica parum sit in vsu his temporibus apud Ecclesiasticos Iudices, vt inquit Diaz, in sua pactrica crimin. canon. cap. 141. in fine; nam si adsunt indicia sufficientia ad torturam torquetur Clericus, si autem non adsint liberatur, nihilominus ne huic instituto nostro aliquid desit, operę pretium forę duxi, si de ilia aliqua verba faceremus. Purgatio Canonica parum est in vsu his temporibus. Diaz.

Præsertim cum ea indicta sit non solum clericis sæcularibus, sed etiam Regularibus; vt inquit textus in cap. Moniales, & ibi doctores extra de purgatione Canonica. Si ita que casus foret, vt quis notatus infamia ad inquisitionem subijciatur, ex qua nihil certi habeatur, ita, vt non possit, nec mereatur torqueri, tunc purgatio est habenda, & a Prælato ipsi inquisitio indicenda.

Huius autem purgationis canonicæ definitiones uarias ponit Hostiens. in sua summa, in tit. de purgat; canon. ca. 1. quæ apud ipsum videri possunt. Et breuiter Purgatio canonica non est aliud, quam probæ æstimationis ob impositum crimen commaculatæ ad satisfaciendum & suspicionem funditus tollen- Purgationis Canonicæ varię definitione. Hostiens.

tollendam legitima probatio; quæ quidem purgatio arbitrio iudicis est relicta, idest, vt arbitretur quando eam indicere habeat. ca. significasti ext. de adulter. & cap. inquisitionis. §. quæsiuisti extra de accusat. & Bernardin. Diaz. in pratica cap. 140.

Forma purgationis Canonicæ.

Eius autem forma est; quod reus iuret coram Iudice se non commisisse delictum illud, de quo fuit infamatus, & inquisitus. capit. Quoties extra de Purgation. Canon. & adducet testes compurgatores, qui, & ipsi iurabunt (non quod ipse reus non commisit delictum) sed quod ipsi credunt eũ verum iurasse, vt inquit text. in d. cap. quoties in fine, & in cap. de testibus eodem titul. Isti autem cõpurgatores, debent esse fide catholici, vita purgati, et qui conuersationem clerici purgandi non tam moderno tempore, quam transacto nouerint, vt in cap. Inter sollicitudines, extra de purgat. canon. & hic compurgatore, si fieri potest, erunt eiusdem ordinis, & dignitatis, vt reus, vel superioris. Vt si purgandus sit Guardianus, compurgatores sint, & ipsi Guardiani, vel superiores, vt in d. cap. quoties, & in cap. inter solicitudines.

Compurgatores quales esse debeât.

Horum autem compurgatorum numerus apud Doctores videbatur definitus: nam pro Episcopo 12. pro Sacerdote sex admittebantur. Verum modo, vt refert Hostiens. id totum in iudicis arbitrio collocatum est. de hac purgatione Canonica, vide, Diaz in pract. ca. plura in 140. & in Syluestr. in verbo purgatio.

Compurgatorum numerus. Hostien. Diaz. Syluestr.

## *Tertia pars pricipalis in qua traditur formula procedendi.*

H

LIcet ex discursu eorum, quæ supra tractata fuerunt, haberi, & colligi possit, modus, & ordo.

ordo, qui venit seruandus in processu causarum; attamen, vt breuis, & certior methodus habeatur, libuit seriem ipsius modi procedendi strictim faciliori cuiuslibet cognitione describere.

## DE MODO PROCEDENDI IN accusatione. Cap. I.

CVm Prælato processum formare contigerit, eligat primo fratrem secretum, qui loco scribæ deseruiat, quem tamen ad libitum mutare poterit. Deinde, quia scriptores nostri non sunt illius Publicę authoritatis, cuius sunt Tabelliones, seu Notarii, optime consultum erit, vt prælatus in testibus, & Reo examinandis assumat duos Patres graues, qui testium examini, & Rei constituto assistant, & subscribant iuxta decretum Constit. Neapolit. & Roman.

Postquam igitur inchoatum fuit Iudicium per accusationem, sic processus incipiendus est.

Coram vobis R. P. Generali, vel prouinciali, vel si Iudex delegatus fuerit, Coram vobis Iudice delegato, ex commissione R. P. Generalis, vel prouincialis, (& forma commissionis describatur in principio processus, quod semper esse obseruandum animaduerte, vbi contingit Iudicem esse delegatũ.) Formula accusationis.

Comparuit. F. N. de N. & accusationem, vel querelam exposuit, aduer. Frat. N. his verbis

In nomine domini Amen. die 20. Mensis, &c. 1608. In loco N. Ego frater N. defero, & propono coram vobis R. P. Generali, vel Prouinciali contra Fratrem. N. de N. non animo calumniandi, sed mea iura, vel communem bonum tuendi, qualiter supradictus Fr. N. de N. tali die Mensis 1608. in tali loco, &c. baculo, vel cultro me aggressus est, vel

me

me percussit, vel furtum commisit, &c. quod sub pœna talionis probare polliceor, atque prosequi vsque ad finem: & peto, vt supradictus Fr. N. de N. secundum iura puniatur. Datum in conuentu N. &c.

Alia formula libelli accusatoriis.

Vel sic formari potest libellus accusatorius. Conqueritur apud nos R. P. Visitatorem. Fr. N. de N. quod anno, mense, & die tali. Fr. N. de N. ausus fuit infrascripta delicta committere, videlicet, &c. Et ideo ne de tanto scelere se gloriari valeat, receptis testibus infra nominatis, vel descriptis inuentaque veritate contentorum, petit ipsum puniri iuxta formam Regulæ, traditionem patrum, ac dispositionem iuris, vt eius pęna cœteris transeat in exemplum. Datum in loco, &c.

Deinde deponat capitula, super quæ petit Accusator subscriptos testes interrogari, & examinari videlicet.

Datur accusatori iuramentum.

Primo, quod frater N frequenter mihi minatus est, atque verberibus afficere me velle dixit.

Secundo, quod tali die, & hora visus est cum baculo, vel cultro.

Tertio, quod clamore, exorto visus est aufugere.

Quarto, quod fama publica est in monasterio, quod ipse me percussit, & similia. Testes examinandi propositi ab accusatore Fr. N. super 1. Fr. N 2. Fr N. super 2. & 3. Fr. N. super 4. Fr. N. super. 1. & 3 Fr. N. super omnibus. Hoc peracto datur iuramentum accusatori, quod non animo calumniandi, sed sua iura, vel bonum commune defendendi, & quod perseuerabit vsque in finem sub hac forma.

Formula iuramenti Accusatori.

Qui delato ei iuramento de, &c. Tacto pectore (si est sacerdos) vel tactis sacris litteris (si fuerit laicus.) Iurauit, & c. tamdem faciat eum Iudex sub scri-

ſcribere, Ego Fr. N. de N. manu propria ſubſcriſi, uel ſi neſcit ſcribere, faciat ſubſcribere manu aliena, apposito ſigno crucis, uel alio propria manu.

Poſtea proſequatur Iudex ad teſtes examinandum, uel ipſemet, uel alius, cuius uices ſuas in ſcriptis committet. In quo examine, opus eſt, vt iudex ipſe verſetur magna cum prudentia, & ſedulitate, maxime vbi proſpiceret aliquam ſuboriri ſuſpicionem falſi, vel conſpirationis aduerſus aliquem. Ideo aduertat, quod teſtes omnes ſecrete, & ſingulariter ſunt examinandi, & interrogandi diligenter & ſi dum interrogantur viderit Iudex aliqua ſigna, ex quibus aut falſitas, aut inconſtantia deprehendi poſſit, ea omnia ſingillatim ſcribi curabit. Quod autem in huiuſmodi negocio ſummopere curandum eſt, id erit, vt iudex ipſe vehementi adhortatione erga ipſos vtatur, quo ad aperiendam veritatem facilius inducantur, Præſertim eos admonendo, vt ſi neglecta veritate mendacium, vel falſitatem protulerint, filii erunt Diaboli, qui eſt Pater mendacii, & cum illo parem pœnam habere oportebit.

Forma examinis Teſtium.

Deinde incipiat ſub hac forma eum examinare. Coram R. P. Fratre N. die 12. Menſis N. anno 1608 Perſonaliter conſtitutus Fr. N. de N. Teſtis ab accuſatore productus, vel inductus, ętatis annorum, &c. Religionis vero, &c. citatus, monitus, & iuratus, prout tacto pectore (vel ſacris litteris, Iurauit, cui per lecta querela de uerbo ad uerbum, & ab eo bene intellecta, interrogatus fuit, quā notitiam habeat de contentis in ei prælectis. Reſpondet, &c. ſi reſpondet ſe nihil penitus ſcire, vlterius non eſt procedendum cum eo, ſi vero aliquid deponit, Interrogatur de cauſa ſcientiæ, loco, tempore, & conteſtibus. Ideſt, interrogatus de cauſa ſcien-

tiæ. Respondit. Interrogatus de loco Respondit Interrogatus de tempore. Respondit, &c.

Aduertendum est etiam, quod vbi fuerit ipse testis interrogatus super 1. vel 2. c. erit scribendum Interrogatus super 1. vel. 2. & sic de aliis, atque adeo examinandus est super capitula, super quæ proponitur examinandus. Finito autem examine, legatur testis eius dictum, quod si confirmauerit scribantur hæc verba, & relectum, confirmauit, atque illud manu propria subscribat, vel si nesciat scribere pro eo scribat alius sub hac forma. Quia Fr. N. nescit scribere, ego Fr. N. scripsi pro eo, & ipse manu propria signum crucis apposuit. Si autem aliquid addat, vel mutet, vel demat dum ei relegitur, describatur in margine, apposito obelisco, vel aliquo signo, vel notetur post relectum examen, his verbis addidit, vel minuit, seu demit tale, vt tale dictum, &c. atque ordo iste obseruandus erit in omnibus testibus examinandis tam contra reum, quã pro reo. Prouideat autem Iudex si conspirationis viderit aliqua signa, vel suspicio adsit, vt examinatus non possit cũ aliis examinandis sermonem facere.

Forma subscriptionis quãdo pro teste alius subscribit

Examinatis testibus super accusatione, aduocandus est reus, eique obiectum crimen, & status, in quo est, quo ad probata, & deducta in processu, est manifestandus, hoc ordine. Die mense, anno, vt dictum est de testibus. Fr. N. reus in hac causa vocatus, & constitutus, & si erit in carcere addatur, carceratus. Coram R. P. Prouinciali atque efficaciori adhortatione admonitus, vt dicat veritatem, adiuncto pręcepto sanctæ obedientiæ, vel delato ei iuramento, prout tacto pectore, vel manu tactis scripturis iurauit, in forma, &c. de omni eo, de quo fuerit interrogatus. Postea sequitur sic.

Forma examinandi Reum.

Interrogatus. Respondit, &c. Et aduertat Iudex

ne

ne eum interroget nisi de his, quæ in processu erant saltem semiplene probata, vt dictum fuit supra in cap. de Rei examinatione, alias peccaret mortaliter bene poterit in principio eum interrogare in generali super aliquibus pertinentibus ad ipsum crimen, & postea deuenire ad ipsum crimen, ei obiectum. verb. g. obiicitur ei crimen, quod deosculatus est talem mulierem, poterit generaliter interrogari, si habuit strictam familiaritatem cum aliqua muliere? si respondeat, quod sic interrogetur, cum qua: Et poterit etiam interrogari, si deosculatus est aliquam mulierem, & si respondeat, quod non interrogetur postea particulariter, de osculo mulieris sibi obiecto, & si respondeat quod sic, interrogetur, quam fuerit deosculatus, atque ita nominabit illam, de qua est notatus. Potest itaque Iudex primo in generali interrogare reum, super aliquibus pertinentibus ad crimen, & super circumstantijs, & indicijs, quæ ex processu obiiciuntur, & vltimo deueniat ad ipsum crimen obiectum.

Reus non est examinandus nisi de his que in processu sunt saltim semiplene probata.

Finito rei examine, illud ei iterum relegatur, & si confirmauerit, scribat sic, & relectum confirmauit, & cogatur se subscribere, quod si nescierit faciat signum, vel alius pro eo scribat, vt dictum est de testibus. Deinde subscribat scriptor se omnia scripsisse fideliter, & postea testes assistentes, si adsint, vt dictum est supra.

Reus debet se subscribere.

Reus autem, vel fatetur delictum, vel negat. si fatetur, quæ dicit, sunt omnia scribenda; & antequã Iudex eum condemnet, debet ei dicere, Num uelit aliquid adducere ad sui defensionem: quoniam, vt diximus supra, quamuis reus confiteatur, est nihilominus ei danda, imo, & offerenda defensio.

Si autem negat, sic etiam scribenda sunt omnia, quæ dixit. Post autem negationem delicti fa-

ctam a Reo, erit denuo interrogandus ipse reus, notificando ei, quod delictum de quo imputatur est plene, & semiplene probatum, quocirca tenetur sub pœna peccati mortalis illud confiteri, si uere illud commiserit, & ita in causa procedetur.

Forma secundi examinis Rei

Constitutus iterum dictus Fr. N. Coram eodem R. P. prouinciali, &c. atque efficaciori adhortatione admonitus, eique de nouo præstito iuramento, ut dicat ueritatem, quia eam confiteri tenetur sub pœna peccati mortalis, Interrogatus Respondit. & si perseuerat negando, & delictum est tale, quod mereatur torqueri, pronunciet Iudex contra Reum decretum torturæ sub hac, uel consimili forma.

Forma decreti pro tortura indicenda.

Cum ex processu iudicialiter agitato contra Fr. N. de N. reum accusatum de tali crimine constet, nobis, sufficientibus indiciis, uel semiplena probatione eumdem fratrem perpetrasse tale delictũ, cum in negatiua persistat, & nolit dicere ueritatem, sitque munus officii nostri delinquentes corripere. Ideo pronunciamus Fr. N. de N. reum, ut supra tormentis exponendum esse, sic hoc presenti decreto exponimus, omni meliori modo, &c. datum in conuentu nostro N. de N. in Camera nostræ solitæ residentiæ die, &c. Mense, &c. anno, &c.

Quo decreto ei lecto, remittatur ad carceres, & torqueatur tormentis ad dicendam ueritatem. Quod si petat dari sibi copiam indiciorum danda erit, & assignabitur ei tempus ad faciendum suas defensiones, etiam ipso non petente. sub tali forma vel alia consimili.

Formula sub qua danda est reo copia indiciorũ antequã torqueatur.

Coram uobis. R. P. prouinciali comparuit dictus Fr. N. accusatus, qui petit sibi dari copiam indiciorum, uel processus, ut possit defendere innocentiam

tentiam suam, postulatque sibi terminum competentem assignari, quo possit deducere omnes suas exceptiones, & defensiones, die, anno, & mense, vt supra. Et Iudex imponet ea exiberi hac forma.

Quoniam in ius vocatis nullo pacto licet capitulorum copiam denegare, eidem reo eam patenti cēsuimus, exhiberi, assignantes ei terminum. 15. dierum (aut plus, vel minus) intra quem valeat, & debeat deducere ea omnia, quę ad sui defensionem intendit deducere, cum protestatione, quod si termino elapso, non exhibuerit defensiones; procedetur adulterio ra, prout de iure, &c. datum in loco &c.

At postmodum adueniens reus in suo termino, quicquid exhibuerit erit scribendum; siue fuerit testiū repulsio, siue testiū pro sua parte productio, & cætera huius generis. atque ita Prelatus vocabit testes per reum productos, eosque singillatim cum summa diligentia examinabit super capitulis per ipsum reum productis; Debetque apponi dies, mensis, & annus, quibus testes examinantur, & locus in quo examinantur, quod quidem obseruandum est, in examinatione omnium testium, atque etiam in examinatione, & constituto ipsorum reorum. Quibus expletis, si indicia contra eum ex processū resultantia, non fuerint per suas responsiones elisa, nec testes repulsi, ita, vt ad huc maneat delictum semiplene probatum, erit reus tormentis subijciendus.

Quando vero reus est conuictus, vel confessus, & est interrogādus de socijs, vel de alijs criminibus in casibus, in quibus potest interrogari, vt supra dictum est; tunc subijciendus est tormentis sine præiudicio, confessi, vel conuicti criminis. & hęc clausula

exprimenda est in decreto, vt inquit Clarus. quæ. 64. versic. Veritas est. in quibus si fatetur delictum post diem naturalem, ducetur ante Iudicem, vt ratificet confessionem in tormentis factam, quæ ratificatio non fiat in carcere, neque in loco, vbi reus tormenta, vel instrumenta ad torquendum videre posit, aliter enim diceretur adhuc durare metus tormentorum, vel diximus supra; & Iudex faciat; quod reus propria manu subscribat, vel aliena manu, si scribere nesciat, sed tutius erit, vt adhibeantur testes, vel saltem vnus vltra scribam, qui confessioni factę à reo subscribant.

Clarus.

Si verò fortiter tormenta sustineat, perseuerãdo in negatione, tunc dicetur purgasse indicia, atque ita erit absoluendus. Eritque litteris mandandum, qualiter ipsi reo illata fuerint tormenta, & quicquid in tormentis dixerit, atque etiam explicandus erit modus torturæ, qui ei datus fuerit.

Reus ergo si confitebitur delictum, & ratificabit, vt dictum est, poterit illico Iudex ipsum monere pro die ad audiendum sententiam, interim detinendus est in vinculis donec feratur sententia, & excutioni mandetur, & relecto rigoroso examine mandari, ut faciat defensiones suas, si quas facere intendit.

### De modo procedendi quoad denunciationem. Cap. II.

Formula denunciationis.

QVando Iudicium inchoatum fuit, per denunciationem, sic processus incipiendus est.

Coram vobis R. P. de N. Prouinciali, &c. comparuit Fr. N. & in modum denunciationis his verbis exposuit. In nomine Domini Amen. Ego Fr. N. coram vobis R. P. Prouinciali per modum denun-

denunciationis expono, qualiter Frat. N. non cessat denigrare famam meam, vel alterius, &c. cum non modico scandalo audientium, & cum sæpius admonitus fuerit, vt ab hoc munere diabolico desistat non solum in meliorem frugem se non reduxit, sed in deterius pro lapsus est. Hæc inquam denuncio non animo maligno, sed bono zelo, vt per vos, qui estis communis Prelatus noster, & Pater prouideatur saluti ipsius Fratris, & scandalo orto inter Fratris, &c. demũ bono Religigionis nostre: ne, & cæteri simile diabolicum munus exerceant. Testes, qui fuerunt præsentes prædictæ eius diffamationi sunt Fr. N. de N. & F. N. de N. Datum in Conuentu nostro, die, mense: & anno, &c.

### *Aliud exemplar.*

CORam vobis R. N. &c. comparuit Frat. N. de N. &c. qui per modum denunciationis exposuit, quod cum his præteritis diebus esset in domo quorumdam suorum propinquorum in tali loco intellexit ab eis, cum graui sui cordis angore quod non paruam admirationem, ne dicant scandalum, perceperunt ex ad modum frequenti, atque domestica familiaritate Fratris N. nostri Ordinis cũ tali muliere, quæ est malæ conditionis, & famæ. Quare ego Frater N. de N. zelo ductus, & animæ ipsius Fratris N. & honoris Religionis, ac in primis ad honorem Dei, defero, & denuncio vobis factum istud, quo ei prouidere possitis eo meliori modo, quo moueritis expedire. Mecum erat Fr. N. de N. qui, & ipse omnia audiuit.
Datum in Couentu nostro, &c. die, &c. anni &c.

Ego Fr. N. de N. qui supra.

tollendam legitima probatio; quæ quidem purgatio arbitrio iudicis est relicta, idest, vt arbitretur quando eam indicere habeat. ca. significasti ext. de adulter. & cap. inquisitionis. §. quæsiuisti extra de accusat. & Bernardin. Diaz. in pratica cap. 140.

Forma purgationis Canonicæ.

Eius autem forma est; quod reus iuret coram Iudice se non commisisse delictum illud, de quo fuit infamatus, & inquisitus. capit. Quoties extra de Purgation. Canon. & adducet testes compurgatores, qui, & ipsi iurabunt (non quod ipse reus non commisit delictum) sed quod ipsi credunt eũ verum iurasse, vt inquit text. in d. cap. quoties in fine, & in cap. de testibus eodem titul. Isti autem cõpurgatores, debent esse fide catholici, vita purgati, et qui conuersationem clerici purgandi non tam moderno tempore, quam transacto nouerint, vt in cap. Inter sollicitudines, extra de purgat. canon. & hic compurgatore, si fieri potest, erunt eiusdem ordinis, & dignitatis, vt reus, vel superioris. Vt si purgandus sit Guardianus, compurgatores sint, & ipsi Guardiani, vel superiores, vt in d. cap. quoties, & in cap. inter solicitudines.

Compurgatores quales esse debeât.

Horum autem compurgatorum numerus apud Doctores videbatur definitus: nam pro Episcopo 12. pro Sacerdote sex admittebantur. Verum modo, vt refert Hostiens. id totum in iudicis arbitrio collocatum est. de hac purgatione Canonica, vide, Diaz in pract. ca. plura in 140. & in Syluestr. in verbo purgatio.

Compurgatorum numerus. Hostien. Diaz. Syluestr.

### *Tertia pars pricipalis in qua traditur formula procedendi.*

Licet ex discursu eorum, quæ supra tractata fuerunt, haberi, & colligi possit, modus, &

ordo.

ordo, qui venit seruandus in processu causarum; attamen, vt breuis, & certior methodus habeatur, libuit seriem ipsius modi procedendi strictim faciliori cuiuslibet cognitione describere.

## DE MODO PROCEDENDI IN accusatione. Cap. I.

CVm Prælato processum formare contigerit, eligat primo fratrem secretum, qui loco scribæ deseruiat, quem tamen ad libitum mutare poterit. Deinde, quia scriptores nostri non sunt illius Publicę authoritatis, cuius sunt Tabelliones, seu Notarii, optime consultum erit, vt prælatus in testibus, & Reo examinandis assumat duos Patres graues, qui testium examini, & Rei constituto assistant, & subscribant, iuxta decretum Constit. Neapolit. & Roman.

Postquam igitur inchoatum fuit Iudicium per accusationem, sic processus incipiendus est.

Coram vobis. R. P. Generali, vel prouinciali, vel si Iudex delegatus fuerit, Coram vobis Iudice delegato, ex commissione R. P. Generalis, vel prouincialis, (& forma commissionis describatur in principio processus, quod semper esse obseruandum animaduerte, vbi contingit Iudicem esse delegatū.)

Formula accusationis.

Comparuit. F. N. de N. & accusationem, vel querelam exposuit, aduer. Frat. N. his verbis

In nomine domini Amen. die 20. Mensis, &c. 1608. In loco N. Ego frater N. defero, & propono coram vobis R. P. Generali, vel Prouinciali contra Fratrem. N. de N. non animo calumniandi, sed mea iura, vel communem bonum tuendi, qualiter supradictus Fr. N. de N. tali die Mensis 1608. in tali loco, &c. baculo, vel cultro me aggressus est, vel

me

me percussit, vel furtum commisit, &c. quod sub pœna talionis probare polliceor, atque prosequi vsque ad finem: & peto, vt supradictus Fr. N. de N. secundum iura puniatur. Datum in conuentu N. &c.

Alia formula libelli accusatorii.

Vel sic formari potest libellus accusatorius. Conqueritur apud nos R. P. Visitatorem. Fr. N. de N. quod anno, mense, & die tali. Fr. N. de N. ausus fuit infrascripta delicta committere, videlicet, &c. Et ideo ne de tanto scelere se gloriari valeat, receptis testibus infra nominatis, vel descriptis inuentaque veritate contentorum, petit ipsum puniri iuxta formam Regulæ, traditionem patrum, ac dispositionem iuris, vt eius pena cœteris transeat in exemplum. Datum in loco, &c.

Deinde deponat capitula, super quæ petit Accusator subscriptos testes interrogari, & examinari videlicet.

Primo, quod frater N frequenter mihi minatus est, atque verberibus afficere me velle dixit.

Datur accusatori iuramentum.

Secundo, quod tali die, & hora visus est cum baculo, vel cultro.

Tertio, quod clamore, exorto visus est aufugere.

Quarto, quod fama publica est in monasterio, quod ipse me percussit, & similia. Testes examinandi propositi ab accusatore Fr. N. super 1. Fr. N 2. Fr N. super 2. & 3. Fr. N. super 4. Fr. N. super. 1. & 3 Fr. N. super omnibus. Hoc peracto datur iuramentum accusatori, quod non animo calumniandi, sed sua iura, vel bonum commune defendendi, & quod perseuerabit vsque in finem sub hac forma.

Formula iuramenti Accusatori.

Qui delato ei iuramento de, &c. Tacto pectore (si est sacerdos) vel tactis sacris litteris (si fuerit laicus.) Iurauit, &c. tamdem faciat eum Iudex sub scri-

ſcribere, Ego Fr. N. de N. manu propria ſubſcriſi, uel ſi neſcit ſcribere, faciat ſubſcribere manu aliena, apposito ſigno crucis, uel alio propria manu.

Poſtea proſequatur Iudex ad teſtes examinandum, uel ipſemet, uel alius, cuius uices ſuas in ſcriptis committet. In quo examine, opus eſt, vt iudex ipſe verſetur magna cum prudentia, & ſedulitate, maxime vbi proſpiceret aliquam ſuboriri ſuſpicionem falſi, vel conſpirationis aduerſus aliquem. Ideo aduertat, quod teſtes omnes ſecrete, & ſingulariter ſunt examinandi, & interrogandi diligenter & ſi dum interrogantur viderit Iudex aliqua ſigna, ex quibus aut falſitas, aut inconſtantia deprehendi poſſit, ea omnia ſingillatim ſcribi curabit. Quod autem in huiuſmodi negocio ſummopere curandum eſt, id erit, vt iudex ipſe vehementi adhortatione erga ipſos vtatur, quo ad aperiendam veritatem facilius inducantur, Præſertim eos admonendo, vt ſi neglecta veritate mendacium, vel falſitatem protulerint, filii erunt Diaboli, qui eſt Pater mendacii, & cum illo parem pœnam habere oportebit.

Forma examinis Teſtium.

Deinde incipiat ſub hac forma eum examinare. Coram R. P. Fratre N. die 12. Menſis N. anno 1608 Perſonaliter conſtitutus Fr. N. de N. Teſtis ab accuſatore productus, vel inductus, ętatis annorum, &c. Religionis vero, &c. citatus, monitus, & iuratus, prout tacto pectore (vel ſacris litteris, Iurauit, cui perlecta querela de uerbo ad uerbum, & ab eo bene intellecta, interrogatus fuit, quã notitiam habeat de contentis in ei prælectis. Reſpondet, &c. ſi reſpondet ſe nihil penitus ſcire, vlterius non eſt procedendum cum eo, ſi vero aliquid deponit, Interrogatur de cauſa ſcientiæ, loco, tempore, & conteſtibus. Ideſt, interrogatus de cauſa ſcien-

tiæ. Respondit. Interrogatus de loco Respondit Interrogatus de tempore. Respondit, &c.

Aduertendum est etiam, quod vbi fuerit ipse testis interrogatus super 1. vel 2. c. erit scribendum Interrogatus super 1. vel. 2. & sic de aliis, atque adeo examinandus est super capitula, super quæ proponitur examinandus. Finito autem examine, legatur testis eius dictum, quod si confirmauerit scribantur hæc verba, & relectum, confirmauit, atque illud manu propria subscribat, vel si nesciat scribere pro eo scribat alius sub hac forma. Quia Fr. N. nescit scribere, ego Fr. N. scripsi pro eo, & ipse manu propria signum crucis apposuit. Si autem aliquid addat, vel mutet, vel dematdum ei relegitur, describatur in margine, apposito obelisco, vel aliquo signo, vel notetur post relectum examen, his verbis addidit, vel minuit, seu demit tale, vt tale dictum, &c. atque ordo iste obseruandus erit in omnibus testibus examinandis tam contra reum, quã pro reo. Prouideat autem Iudex si conspirationis viderit aliqua signa, vel suspicio adsit, vt examinatus non possit cũ aliis examinandis sermonem facere.

Forma subscriptionis quãdo pro teste alius subscribit

Examinatis testibus super accusatione, aduocandus est reus, eique obiectum crimen, & status, in quo est, quo ad probata, & deducta in processu, est manifestandus, hoc ordine. Die mense, anno, vt dictum est de testibus. Fr. N. reus in hac causa vocatus, & constitutus, & si erit in carcere addatur, carceratus. Coram R. P. Prouinciali atque efficaciori adhortatione admonitus, vt dicat veritatem, adiuncto prçcepto sanctæ obedientiæ, vel delato ei iuramento, prout tacto pectore, vel manu tactis scripturis iurauit, in forma, &c. de omni eo, de quo fuerit interrogatus. Postea sequitur sic.

Forma examinandi Reum.

Interrogatus. Respondit, &c. Et aduertat Iudex

ne

ne eum interroget nisi de his, quæ in processu erant saltem semiplene probata, vt dictum fuit supra in cap. de Rei examinatione, alias peccaret mortaliter bene poterit in principio eum interrogare in generali super aliquibus pertinentibus ad ipsum crimen, & postea deuenire ad ipsum crimen, ei obiectum. verb. g. obiicitur ei crimen, quod deosculatus est talem mulierem, poterit generaliter interrogari, si habuit strictam familiaritatem cum aliqua muliere? si respondeat, quod sic interrogetur, cum qua: Et poterit etiam interrogari, si deosculatus est aliquam mulierem, & si respondeat, quod non interrogetur postea particulariter, de osculo mulieris sibi obiecto, & si respondeat quod sic, interrogetur, quam fuerit deosculatus, atque ita nominabit illam, de qua est notatus. Potest itaque Iudex primo in generali interrogare reum, super aliquibus pertinentibus ad crimen, & super circumstantijs, & indicijs, quæ ex processu obiiciuntur, & vltimo deueniat ad ipsum crimen obiectum.

Reus non est examinandus nisi de his que in processu sunt saltim semiplene probata.

Finito rei examine, illud ei iterum relegatur, & si confirmauerit, scribat sic, & relectum confirmauit, & cogatur se subscribere, quod si nescierit faciat signum, vel alius pro eo scribat, vt dictum est de testibus. Deinde subscribat scriptor se omnia scripsisse fideliter, & postea testes assistentes, si adsint, vt dictum est supra.

Reus debet se subscribere.

Reus autem, vel fatetur delictum, vel negat. si fatetur, quæ dicit, sunt omnia scribenda; & antequã Iudex enim condemnet, debet ei dicere, Num uelit aliquid adducere ad sui defensionem: quoniam, vt diximus supra, quamuis reus confiteatur, est nihilominus ei danda, imo, & offerenda defensio.

Si autem negat, sic etiam scribenda sunt omnia, quæ dixit. Post autem negationem delicti fa-

ctam a Reo, erit denuo interrogandus ipse reus, notificando ei, quod delictum de quo imputatur est plene, & semiplene probatum, quo circa tenetur sub pœna peccati mortalis illud confiteri, si uere illud commiserit, & ita in causa procedetur.

Forma secundi examinis Rei

Constitutus iterum dictus Fr. N. Coram eodem R. P. prouinciali, &c. atque efficaciori adhortatione admonitus, eique de nouo prestito iuramento, ut dicat ueritatem, quia eam confiteri tenetur sub pœna peccati mortalis, Interrogatus Respondit. & si perseuerat negando, & delictum est tale, quod mereatur torqueri, pronunciet Iudex contra Reum decretum torturæ sub hac, uel consimili forma.

Forma decreti pro tortura indicenda.

Cum ex processu iudicialiter agitato contra Fr. N. de N. reum accusatum de tali crimine constet, nobis, sufficientibus indiciis, uel semiplena probatione eumdem fratrem perpetrasse tale delictũ, cum in negatiua persistat, & nolit dicere ueritatem, sitque munus officii nostri delinquentes corripere. Ideo pronunciamus Fr. N. de N. reum, ut supra tormentis exponendum esse, sic hoc presenti decreto exponimus, omni meliori modo, &c. datum in conuentu nostro N. de N. in Camera nostræ solitæ residentiæ die, &c. Mense, &c. anno, &c.

Quo decreto ei lecto, remittatur ad carceres, & torqueatur tormentis ad dicendam ueritatem. Quod si petat dari sibi copiam indiciorum danda erit, & assignabitur ei tempus ad faciendum suas defensiones, etiam ipso non petente. sub tali forma vel alia consimili.

Formula sub qua danda est reo copia indiciorũ antequã torqueatur.

Coram uobis. R. P. prouinciali comparuit dictus Fr. N. accusatus, qui petit sibi dari copiam indiciorum, uel processus, ut possit defendere innocentiam

tentiam suam, postulatque sibi terminum competentem assignari, quo possit deducere omnes suas exceptiones, & defensiones, die, anno, & mense, vt supra. Et Iudex imponet ea exiberi hac forma.

Quoniam in ius vocatis nullo pacto licet capitulorum copiam denegare, eidem reo eam patenti cẽsuimus, exhiberi, assignantes ei terminum. 15. dierum (aut plus, vel minus) intra quem valeat, & debeat deducere ea omnia, quę ad sui defensionem intendit deducere, cum protestatione, quod si termino elapso, non exhibuerit defensiones; procedetur adulterio ra, prout de iure, &c. datum in loco &c.

At postmodum adueniens reus in suo termino, quicquid exhibuerit erit scribendum; siue fuerit testiũ repulsio, siue testiũ pro sua parte productio, & cætera huius generis. atque ita Pręlatus vocabit testes per reum productos, eosque singillatim cum summa diligentia examinabit super capitulis per ipsum reum productis; Debetque apponi dies, mensis, & annus, quibus testes examinantur, & locus in quo examinantur, quod quidem obseruandum est, in examinatione omnium testium, atque etiam in examinatione, & constituto ipsorum reorum. Quibus expletis, si indicia contra eum ex processũ resultantia, non fuerint per suas responsiones elisa, nec testes repulsi, ita, vt ad huc maneat delictum semiplene probatum, erit reus tormentis subijciendus.

Quando vero reus est conuictus, vel confessus, & est interrogãdus de socijs, vel de alijs criminibus in casibus, in quibus potest interrogari, vt supra dictum est; tunc subijciendus est tormentis sine præiudicio, confessi, vel conuicti criminis. & hęc clausula

exprimenda est in decreto, vt inquit Clarus. quæ. 64. versic. Veritas est. in quibus si fatetur delictum post diem naturalem, ducetur ante Iudicem, vt ratificet confessonem in tormentis factam, quæ ratificatio non fiat in carcere, neque in loco, vbi reus tormenta, vel instrumenta ad torquendum videre possit, aliter enim diceretur adhuc durare metus tormentorum, vel diximus supra; & Iudex faciat, quod reus propria manu subscribat, vel aliena manu, si scribere nesciat, sed tutius erit, vt adhibeantur testes, vel saltem vnus vltra scribam, qui confessioni factę à reo subscribant. (Clarus.)

Si verò fortiter tormenta sustineat, perseuerãdo in negatione, tunc dicetur purgasse indicia, atque ita erit absoluendus. Eritque litteris mandandum, qualiter ipsi reo illata fuerint tormenta, & quicquid in tormentis dixerit, atque etiam explicandus erit modus torturæ, qui ei datus fuerit.

Reus ergo si confitebitur delictum, & ratificabit, vt dictum est, poterit illico Iudex ipsum monere pro die ad audiendum sententiam, interim detinendus est in vinculis donec feratur sententia, & executioni mandetur, & relecto rigoroso examine mandari, ut faciat defensiones suas, si quas facere intendit.

## *De modo procedendi quoad denunciationem. Cap. II.*

(Formula denunciationis.) QVando Iudicium inchoatum fuit, per denunciationem, sic processus incipiendus est.

Coram vobis R. P. de N. Prouinciali, &c. comparuit Fr. N. & in modum denunciationis his verbis exposuit. In nomine Domini Amen. Ego Fr. N. coram vobis R. P. Prouinciali per modum denun-

denunciationis expono, qualiter Frat. N. non cessat denigrare famam meam, vel alterius, &c. cum non modico scandalo audientium, & cum sæpius admonitus fuerit, vt ab hoc munere diabolico desistat non solum in meliorem frugem se non reduxit, sed in deterius prolapsus est. Hæc inquam denuncio non animo maligno, sed bono zelo, vt per vos, qui estis communis Prelatus noster, & Pater prouideatur saluti ipsius Fratris, & scandalo orto inter Fratris, &c. demũ bono Religigionis nostrę: ne, & cæteri simile diabolicum munus exerceant. Testes, qui fuerunt præsentes prædictæ eius diffamationi sunt Fr. N. de N. & F. N. de N. Datum in Conuentu nostro, die, mense: & anno, &c.

## *Aliud exemplar.*

CORam vobis R. N. &c. comparuit Frat. N. de N. &c. qui per modum denunciationis exposuit, quod cum his præteritis diebus esset in domo quorumdam suorum propinquorum in tali loco intellexit ab eis, cum graui sui cordis angore quod non paruam admirationem, ne dicant scandalum, perceperunt ex ad modum frequenti, atque domestica familiaritate Fratris N. nostri Ordinis cũ tali muliere, quæ est malæ condictionis, & famæ. Quare ego Frater, N. de N. zelo ductus, & animæ ipsius Fratris N. & honoris Religionis, ac in primis ad honorem Dei, defero, & denuncio vobis factum istud, quo ei prouidere possitis eo meliori modo, quo moueritis expedire. Mecum erat Fr. N. de N. qui, & ipse omnia audiuit.
Datum in Cõuentu nostro, &c. die, &c. anni &c.

Ego Fr. N. de N. qui supra.

tollendam legitima probatio; quæ quidem purgatio arbitrio iudicis est relicta, idest, vt arbitretur quando eam indicere habeat. ca. significasti ext. de adulter. & cap. inquisitionis. §. quæsiuisti extra de accusat. & Bernardin. Diaz. in pratica cap. 140.

**Forma purgationis Canonicæ.** Eius autem forma est; quod reus iuret coram Iudice se non commisisse delictum illud, de quo fuit infamatus, & inquisitus. capit. Quoties extra de Purgation. Canon. & adducet testes compurgatores, qui, & ipsi iurabunt (non quod ipse reus non commisit delictum) sed quod ipsi credunt eũ verum iurasse, vt inquit text. in d. cap. quoties in fine, & in cap. de testibus eodem titul. **Compurgatores quales esse debeãt.** Isti autem cõpurgatores, debent esse fide catholici, vita purgati, et qui conuersationem clerici purgandi non tam moderno tempore, quam transacto nouerint, vt in cap. Inter sollicitudines, extra de purgat. canon. & hic compurgatore, si fieri potest, erunt eiusdem ordinis, & dignitatis, vt reus, vel superioris. Vt si purgandus sit Guardianus, compurgatores sint, & ipsi Guardiani, vel superiores, vt in d. cap. quoties, & in cap. inter solicitudines.

**Compurgatorum numerus.** **Hostien.** Horum autem compurgatorum numerus apud Doctores videbatur definitus: nam pro Episcopo 12. pro Sacerdote sex admittebantur. Verum modo, vt refert Hostiens. id totum in iudicis arbitrio collocatum est. de hac purgatione Canonica, vide, **Diaz.** **Syluestr.** Diaz in pract. ca. plura in 140. & in Syluestr. in verbo purgatio.

### *Tertia pars pricipalis in qua traditur formula procedendi.*

H

Licet ex discursu eorum, quæ supra tractata fuerunt, haberi, & colligi possit, modus, & ordo.

ordo, qui venit seruandus in processu causarum; attamen, vt breuis, & certior methodus habeatur, libuit seriem ipsius modi procedendi strictim faciliori cuiuslibet cognitione describere.

## DE MODO PROCEDENDI IN accusatione. Cap. I.

CVm Prælato processum formare contigerit, eligat primo fratrem secretum, qui loco scribæ deseruiat, quem tamen ad libitum mutare poterit. Deinde, quia scriptores nostri non sunt illius Publicę authoritatis, cuius sunt Tabelliones, seu Notarii, optime consultum erit, vt prælatus in testibus, & Reo examinandis assumat duos Patres graues, qui testium examini, & Rei constituto assistant, & subscribant iuxta decretum Constit. Neapolit. & Roman.

Postquam igitur inchoatum fuit Iudicium per accusationem, sic processus incipiendus est.

Coram vobis. R. P. Generali, vel prouinciali, vel si Iudex delegatus fuerit, Coram vobis Iudice delegato, ex commissione R. P. Generalis, vel prouincialis, (& forma commissionis describatur in principio processus, quod semper esse obseruandum animaduerte, vbi contingit Iudicem esse delegatũ.) Formula accusationis.

Comparuit. F. N. de N. & accusationem, vel querelam exposuit, aduer. Frat. N. his verbis

In nomine domini Amen. die 20. Mensis, &c. 1608. In loco N. Ego frater N. defero, & propono coram vobis R. P. Generali, vel Prouinciali contra Fratrem. N. de N. non animo calumniandi, sed mea iura, vel communem bonum tuendi, qualiter supradictus Fr. N. de N. tali die Mensis 1608. in tali loco, &c. baculo, vel cultro me aggressus est, vel

me

me percussit, vel furtum commisit, &c. quod sub pœna talionis probare polliceor, atque prosequi vsque ad finem: & peto, vt supradictus Fr. N. de N. secundum iura puniatur. Datum in conuentu N. &c.

Alia formula libelli accusatorii.

Vel sic formari potest libellus accusatorius, Conqueritur apud nos R. P. Visitatorem. Fr. N. de N. quod anno, mense, & die tali. Fr. N. de N. ausus fuit infrascripta delicta committere, videlicet, &c. Et ideo nō de tanto scelere se gloriari valeat, receptis testibus infra nominatis, vel descriptis inuentaque veritate contentorum, petit ipsum puniri iuxta formam Regulæ, traditionem patrum, ac dispositionem iuris, vt eius pęna cœteris transeat in exemplum. Datum in loco, &c.

Deinde deponat capitula, super quæ petit Accusator subscriptos testes interrogari, & examinari videlicet.

Primo, quod frater N frequenter mihi minatus est, atque verberibus afficere me velle dixit.

Datur accusatori iuramentum.

Secundo, quod tali die, & hora visus est cum baculo, vel cultro.

Tertio, quod clamore, exorto visus est aufugere.

Quarto, quod fama publica est in monasterio, quod ipse me percussit, & similia. Testes examinandi propositi ab accusatore Fr. N. super 1. Fr. N 2. Fr N. super 2. & 3. Fr. N. super 4. Fr. N. super. 1. & 3 Fr. N. super omnibus. Hoc peracto datur iuramentum accusatori, quod non animo calumniandi, sed sua iura, vel bonum commune defendendi, & quod perseuerabit vsque in finem sub hac forma.

Formula iuramenti Accusatori.

Qui delato ei iuramento de, &c. Tacto pectore (si est sacerdos) vel tactis sacris litteris (si fuerit laicus.) Iurauit, &c. tamdem faciat eum Iudex sub

scri-

ſcribere, Ego Fr. N. de N. manu propria ſubſcriſi, uel ſi neſcit ſcribere, faciat ſubſcribere manu aliena, appoſito ſigno crucis, uel alio propria manu.

Poſtea proſequatur Iudex ad teſtes examinandum, uel ipſemet, uel alius, cuius uices ſuas in ſcriptis committet. In quo examine, opus eſt, vt iudex ipſe verſetur magna cum prudentia, & ſedulitate, maxime vbi proſpiceret aliquam ſuboriri ſuſpicionem falſi, vel conſpirationis aduerſus aliquem. Ideo aduertat, quod teſtes omnes ſecrete, & ſingulariter ſunt examinandi, & interrogandi diligenter & ſi dum interrogantur viderit Iudex aliqua ſigna, ex quibus aut falſitas, aut inconſtantia deprehendi poſſit, ea omnia ſingillatim ſcribi curabit. Quod autem in huiuſmodi negocio ſummopere curandum eſt, id erit, vt iudex ipſe vehementi adhortatione erga ipſos vtatur, quo ad aperiendam veritatem facilius inducantur, Præſertim eos admonendo, vt ſi neglecta veritate mendacium, vel falſitatem protulerint, filii erunt Diaboli, qui eſt Pater mendacii, & cum illo parem pœnam habere oportebit.

Forma examinis Teſtium.

Deinde incipiat ſub hac forma eum examinare. Coram R. P. Fratre N. die 12. Menſis N anno 1608 Perſonaliter conſtitutus Fr. N. de N. Teſtis ab accuſatore productus, vel inductus, ętatis annorum, &c. Religionis vero, &c. citatus, monitus, & iuratus, prout tacto pectore (vel ſacris litteris, Iurauit, cui per lecta querela de uerbo ad uerbum, & ab eo bene intellecta, interrogatus fuit, quā notitiam habeat de contentis in ei prælectis. Reſpondet, &c. ſi reſpondet ſe nihil penitus ſcire, vlterius non eſt procedendum cum eo, ſi vero aliquid deponit, Interrogatur de cauſa ſcientiæ, loco, tempore, & conteſtibus. Ideſt, interrogatus de cauſa ſcien-

tiæ. Respondit. Interrogatus de loco Respondit Interrogatus de tempore. Respondit, &c.

Aduertendum est etiam, quod vbi fuerit ipse testis interrogatus super 1. vel 2. c. erit scribendum Interrogatus super 1. vel. 2. & sic de aliis, atque adeo examinandus est super capitula, super quæ proponitur examinandus Finito autem examine, legatur testis eius dictum, quod si confirmauerit scribantur hæc verba, & relectum, confirmauit, atque illud manu propria subscribat, vel si nesciat scribere pro eo scribat alius sub hac forma. Quia Fr. N. nescit scribere, ego Fr. N. scripsi pro eo, & ipse manu propria signum crucis apposuit. Si autem aliquid addat, vel mutet, vel demat dum ei relegitur, describatur in margine, apposito obelisco, vel aliquo signo, vel notetur post relectum examen, his verbis addidit, vel minuit, seu demit tale, vt tale dictum, &c. atque ordo iste obseruandus erit in omnibus testibus examinandis tam contra reum, quã pro reo. Prouideat autem Iudex si conspirationis viderit aliqua signa, vel suspicio adsit, vt examinatus non possit cũ aliis examinandis sermonem facere.

*Forma subscriptionis quã do pro teste alius subscribit*

Examinatis testibus super accusatione, aduocandus est reus, eique obiectum crimen; & status, in quo est, quo ad probata, & deducta in processu, est manifestandus, hoc ordine. Die mense, anno, vt dictum est de testibus. Fr. N. reus in hac causa vocatus, & constitutus, & si erit in carcere addatur, carceratus. Coram R. P. Prouinciali atque efficaciori adhortatione admonitus, vt dicat veritatem, adiuncto pręcepto sanctæ obedientiæ, vel delato ei iuramento, prout tacto pectore, vel manu tactis scripturis iurauit, in forma, &c. de omni eo, de quo fuerit interrogatus. Postea sequitur sic.

*Forma examinandi Reum.*

Interrogatus. Respondit, &c. Et aduertat Iudex

ne

ne eum interroget nisi de his, quæ in processu erant saltem semiplene probata, vt dictum fuit supra in cap. de Rei examinatione, alias peccaret mortaliter; bene poterit in principio eum interrogare in generali super aliquibus pertinentibus ad ipsum crimen, & postea deuenire ad ipsum crimen, ei obiectum. verb. g. obiicitur ei crimen, quod deosculatus est talem mulierem, poterit generaliter interrogari, si habuit strictam familiaritatem cum aliqua muliere? si respondeat, quod sic interrogetur, cum qua: Et poterit etiam interrogari, si deosculatus est aliquam mulierem, & si respondeat, quod non interrogetur postea particulariter, de osculo mulieris sibi obiecto, & si respondeat quod sic, interrogetur, quam fuerit deosculatus, atque ita nominabit illam, de qua est notatus. Potest itaque Iudex primo in generali interrogare reum, super aliquibus pertinentibus ad crimen, & super circumstantijs, & indicijs, quæ ex processu obiiciuntur, & vltimo deueniat ad ipsum crimen obiectum.

*Reus non est examinandus nisi de his que in processu sunt saltem semiplene probata.*

Finito rei examine, illud ei iterum relegatur, & si confirmauerit, scribat sic, & relectum confirmauit, & cogatur se subscribere, quod si nescierit faciat signum, vel alius pro eo scribat, vt dictum est de testibus. Deinde subscribat scriptor se omnia scripsisse fideliter, & postea testes assistentes, si adsint, vt dictum est supra.

*Reus debet se subscribere.*

Reus autem, vel fatetur delictum, vel negat. si fatetur, quæ dicit, sunt omnia scribenda; & antequã Iudex enim condemnet, debet ei dicere, Num uelit aliquid adducere ad sui defensionem: quoniam, vt diximus supra, quamuis reus confiteatur, est nihilominus ei danda, imo, & offerenda defensio.

Si autem negat, sic etiam scribenda sunt omnia, quæ dixit. Post autem negationem delicti fa-

ctam a Reo, erit denuo interrogandus ipse reus, notificando ei, quod delictum de quo imputatur est plene, & semiplene probatum, quo circa tenetur sub pœna peccati mortalis illud confiteri, si uere illud commiserit, & ita in causa procedetur.

Forma secundi examinis Rei

Constitutus iterum dictus Fr. N. Coram eodem R. P. prouinciali, &c. atque efficaciori adhortatione admonitus, eique de nouo prestito iuramento, ut dicat ueritatem, quia eam confiteri tenetur sub pœna peccati mortalis, Interrogatus Respondit. & si perseuerat negando, & delictum est tale, quod mereatur torqueri, pronunciet Iudex contra Reum decretum torturæ sub hac, uel consimili forma.

Forma decreti pro tortura indicenda.

Cum ex processu iudicialiter agitato contra Fr. N. de N. reum accusatum de tali crimine constet, nobis, sufficientibus indiciis, uel semiplena probatione eumdem fratrem perpetrasse tale delictū, cum in negatiua persistat, & nolit dicere ueritatem, sitque munus officii nostri delinquentes corripere. Ideo pronunciamus Fr. N. de N. reum, ut supra tormentis exponendum esse, sic hoc presenti decreto exponimus, omni meliori modo, &c. datum in conuentu nostro N. de N. in Camera nostræ solitæ residentiæ die, &c. Mense, &c. anno, &c.

Quo decreto ei lecto, remittatur ad carceres, & torqueatur tormentis ad dicendam ueritatem. Quod si petat dari sibi copiam indiciorum danda erit, & assignabitur ei tempus ad faciendum suas defensiones, etiam ipso non petente. sub tali forma vel alia consimili.

Formula sub quā danda est reo copia indiciorū antequā torqueatur.

Coram uobis. R. P. prouinciali comparuit dictus Fr. N. accusatus, qui petit sibi dari copiam indiciorum, uel processus, ut possit defendere innocentiam

tentiam ſuam, poſtulatque ſibi terminum competentem aſſignari, quo poſſit deducere omnes ſuas exceptiones, & defenſiones, die, anno, & menſe, vt ſupra. Et Iudex imponet ea exiberi hac forma.

Quoniam in Ius vocatis nullo pacto licet capitulorum copiam denegare, eidem reo eam patenti cẽſuimus, exhiberi, aſſignantes ei terminum. 15. dierum (aut plus, vel minus) intra quem valeat, & debeat deducere ea omnia, quę ad ſui defenſionem intendit deducere, cum proteſtatione, quod ſi termino elapſo, non exhibuerit defenſiones; procedetur adulterio ra, prout de iure, &c. datum in loco &c.

At poſtmodum adueniens reus in ſuo termino, quicquid exhibuerit erit ſcribendum; ſiue fuerit teſtiũ repulſio, ſiue teſtiũ pro ſua parte productio, & cætera huius generis. atque ita Prçlatus vocabit teſtes per reum productos, eoſque ſingillatim cum ſumma diligentia examinabit ſuper capitulis per ipſum reum productis; Debetque apponi dies, menſis, & annus, quibus teſtes examinantur, & locus in quo examinantur, quod quidem obſeruandum eſt, in examinatione omnium teſtium, atque etiam in examinatione, & conſtituto ipſorum reorum. Quibus expletis, ſi indicia contra eum ex proceſſũ reſultantia, non fuerint per ſuas reſponſiones eliſa, nec teſtes repulſi, ita, vt ad huc maneat delictum ſemiplene probatum, erit reus tormentis ſubijciendus.

Quando vero reus eſt conuictus, vel confeſſus, & eſt interrogãdus de ſocijs, vel de alijs criminibus in caſibus, in quibus poteſt interrogari, vt ſupra dictum eſt; tunc ſubijciendus eſt tormentis ſine præiudicio, confeſſi, vel conuicti criminis. & hęc clauſula

denunciationis expono, qualiter Frat. N. non cessat denigrare famam meam, vel alterius, &c. cum non modico scandalo audientium, & cum sæpius admonitus fuerit, vt ab hoc munere diabolico desistat non solum in meliorem frugem se non reduxit, sed in deterius pro lapsus est. Hæc inquam denuncio non animo maligno, sed bono zelo, vt per vos, qui estis communis Prelatus noster, & Pater prouideatur saluti ipsius Fratris, & scandalo orto inter Fratris, &c. demũ bono Religigionis nostræ: ne, & cæteri simile diabolicum munus exerceant. Testes, qui fuerunt præsentes prædictæ eius diffamationi sunt Fr. N. de. N. & F. N. de N. Datum in Conuentu nostro, die, mense: & anno, &c.

*Aliud exemplar.*

CORam vobis R. N. &c. comparuit Frat. N. de N. &c. qui per modum denunciationis exposuit, quod cum his præteritis diebus esset in domo quorumdam suorum propinquorum in tali loco intellexit ab eis, cum graui sui cordis angore quod non paruam admirationem, ne dicant scandalum, perceperunt ex ad modum frequenti, atque domestica familiaritate Fratris N. nostri Ordinis cũ tali muliere, quæ est malæ conditionis, & famæ. Quare ego Frater, N. de N. zelo ductus, & animæ ipsius Fratris N. & honoris Religionis, ac in primis ad honorem Dei, desero, & denuncio vobis factum istud, quo ei prouidere possitis eo meliori modo, quo moueritis expedire. Mecum erat Fr. N. de N. qui, & ipse omnia audiuit.

Datum in Cõuentu nostro, &c. die, &c. anni &c.

Ego Fr. N. de N. qui supra.

## Aliud exemplar.

IN nomine Domini amen. Ego Fr. N. de N. defero, & denuncio vobis R. P. &c. qualiter F. N. prout audiui a Fratribus fide dignis, sollicitauit pluries, nec desinit sollicitare Fratem N. ad turpia & inhonesta; Ego sæpius ui di dictum F. N. intro ire in Cellam ipsius F. N. & in ea per spaciũ vnius horæ, & vltra moram facere. Hęc autem de fero, & denuncio, non animo calumniandi, sed zelo Dei ductus, & boni Religionis, ac etiam salutis ipsius F. N. vt Vos, tanquam communis Prælatus, & Pater noster prouideatis huic malo, eo meliori modo via, & forma; quibus vobis melius visum fuerit. F. N. & F. N. poterunt de hac re rationem reddere. Datum, &c.

Post scriptam denunciationem examinẽtur testes eodem modo, & forma sicut dictũ est supra in accusatione, preter id, quod vbi dicitur in accusatione F. N. Testis ab accusatore inductus, vel ꝓductus; in denunciatione dicatur. F. N. a denunciãte productus vel vocatus, & admonitus, &c. quoniam regulariter in denunciatione, & inquisitione testes examinandi vocantur a Iudice, in accusatione vero producuntur ab accusatore. Et aduertat Iudex, quod absque dubio poterit veritatem ĩquirere etiam ab alijs testibus, licet ipsa denunciante nominare non fuerint, dum modo sciat, aut præsumat eos cognitionem aliquam babere de delicto. Testibus verò examinatis, vocandus est reus, & sequendum est iudicium, eo modo, & forma, vt supradictum est de Accusatione.

## Forma inquisitionis specialis. Cap. III.

CVm Iudicium inchoandum est per inquisitionem specialem, præcedente infamia, sic inchoandus est processus.

Cum ad aures nostras peruenerit, fama antecedente, clamorosaque insinuatione sæpius referẽte, quod Fr. N. de N. bona monasterij delapidat, vel quod suspectam quandã cõuersationem cuiusdam mulieris frequentat, cumque sępius de hac re fuerit admonitus, vt se ab illis temperaret, & nihilominus id curare neglexerit: id circo boni publici, & veritatis tuendæ gratia, & vt officij nostri debito fungamur, Inquisitionẽ super huiusmodi instituere curauimus, & super unumquemque eorum anuexum. Datum in loco nostro, &c. die, &c. mensis, &c.

### Alia formula.

HAec est quędã inquisitio, quæ fit per R.P. &c. contra Fratrem N. de N. &c. in eo, de eo, & super eo, quod ad aures, & notitiam suam peruenit, fama publica precedente, & clamorosa insinuatione, sub feqnente, non a maleuolis, sed a fide dignis, non vno, sed pluribus; quod supradictus Fr. N. de N. &c. Deum præ oculis non habens commisit, &c. quæ omnia, & singula commissa fuerunt per prædictum Fratrem N. de N. &c. anno mense, die, & loco, super quibus omnibus, & singulis, ac ab eis emergentibus, dependentibus, & connexis. Præfatus, R.P. procedere intendit, & delinquentẽ punire, ita, vt eius pœna cæteris transeat in exemplum. datum in loco nostro, &c.

Postea procedat Iudex ad recipiendas informationes, testes examinando, eo modo, & forma, vt supra in denunciatione dictum est, præterquod, vbi dicitur in denunciatione testis vocatus, in Inquisitione dicatur testis ex officio assumptus, & sequatur Iudicium, vt supra.

Et obseruandum est, quod Iudex Regularis tenetur in casu isto inquirere veritatem, prout tenetur quilibet Iudex sæcularis, quando præcedit infamia, aliter peccaret mortaliter.

Sumptis informationibus citandus est reus, & examinandus, vt supra, quod si aufugerit, aut vocatus se præsentare noluerit, registrata citatione in processu, vel diligentia Cursoris, tunc tamquam interrogatus, & confessus habebitur l. eius, qui delatorem. ff. de iur. fiscali l. qui ad certum. ff. locat. & leg. singularia. ff. si certo petatur, quia tali casu, idest confessi partes Iudicis sunt vtique in condemnando. cap. 2. de confess.

Forma citationis.

Forma autem Citationis fit hoc modo, & registratur in processu. Die &c. mensis, &c. Anni, &c. Hic in Refectorio hora prandii (discumbentibus Fratribus, & de mandato R. P. &c. Citetur F. N. de N. &c. quatenus termino, &c. debeat coram eodem R. P. personaliter se præsentare ad effectum respondendi; de quibus interrogatus fuerit, alias contra ipsum contumacem, tamquam confessum R. P. vt iuris fuerit procedet, non obstantibus, &c.

Sed quoniam interdum contingit ex inquisitione facta contra reum de aliquo certo crimine, detegitur aliud crimen eiusdem met Rei, vel alterius, in hoc euentu poterit iudex formare inquisitionem contra peccatorem detectum, ordiendo aliam telam iudicij sub hac forma.

Quoniam ex processu iudicialiter agitato cōtra

Fra-

Fratrem N. de N. Reum inquisitum, vel denunciatum de tali crimine constat nobis eumdem fratrem N. vel alium fratrem vocatum. N. de N. perpetrasse tale, vel tale delictum; sitque munus officij nostri, fratrem delinquentem corripere, sed prius inquireret veritatem, ipsorum delictorum, & delinquentium iuxta canonicas sanctione Idcirco boni publici tuendi gratia & vt officij nostri debito fungamur, inquisitionem super huiusmodi instituere curauimus, & super vnumquodque annexum, &c. Datum in loco nostro: &c.

Formula quando formanda est inquisitio super aliquod crimen noui ter detectum.

Quibus omnibus peractis deueniet Iudex ad vltimam ipsius causę conclusionem, & determinationem, vel Reum condemnando, vel ipsum absoluendo.

In visitationibus, autem generalibus, & ordinariis fratrum, & locorum, In quibus generalis inquisitio fit. de statu fratrum de obseruantia Regulæ, & Constitutionum, Telam eiusmodi visitationis hac, vel consimili forma Iudex ordire poterit videlicet. Hæc est Visitatio seu inquisitio generalis, huius Conuentus. N. Prouinciæ. N. quæ fit per R. P. Ministrum Prouincialem, vel Commissarium ad effectum, vt prouidere possit, num in eo fratres commorantes aliquid contra Deum, Regulam, & constitutiones perpetrauerint. Quaptorpter visitato sanctissimæ Fucharistiæ, Sacramento Altaribus, Sacrestia, & iis omnibus, quæ ad diuinum cultum spectant, habitoque sermone ad fratres mandauit vocari singulos fratres, & primo vocatus Fr. N. de N. monitus, &c. fuit interrogatus, &c.

Forma visitationis personalis.

Et quia interdum ex ipsa generali visitatione aliquod graue crimen contra aliquem fratrem detegitur, de quo Prælatus formare intendit, & potest specialem inquisitioné; ideo si opus fuerit processũ for

mare

mare, sub hac forma incipere poterit videlicet.

Cum in visitatione generali ad aures nostras peruenerit, Fratrem N. de N. &c. tale aliquid cõmisisse, ideo examinandum duximus Fratrem N. vt testem, & Fratrem N. vt reum, vt veritas elucescat, &c.

## *Forma setentiarum, quarum prima est condemnatoria. Cap. IIII.*

IN nomine Domini Amen. De vultu tuo iudiciũ meum prodeat, & oculi tui videant æquitatem. Nos Fr. N. de N. Minister Generalis, vel Prouincialis, vel Commissarius ordinis fratrum minor. obseruan. Prouinciæ. N. viso processu, confecto, & actitato contra Fratrem N. carceratum si erat in carcere) omnibusque in eo contentis, & aliis ipsi causæ adiunctis diligenter perpensis, Christi nomine repetito, & Spiritus Sancti numine implorato, a quo cuncta recta iudicia prodeunt, vnumque Deum spectantes, dicimus, & sententiamus, Fratrem N. per eius confessionem, vel per testes, & alias legitimas probationes conuictum, esse ( Hic ponuntur crimina, ) quod baculo percuissit Fratrem N. vel de tactu impudico, & enormi in secunda persona; vel de infamia contra Fratrem N. Ideo condemnamus eum, iuxta nostri ordinis constitutiones probaculi percussione, vt sex mensibus continuis maneat in carcere, in quo tempore ter in hebdomada pane, & aqua eiiunet, eodemmet baculo. quo percutere ausus fuit e collo pendente, & vtraque voce priuatus maneat per tres annos, ( & sic de alij criminibus. ) Et ita dicimus, & sententiamus omni meliori modo, via, & forma, quibus melius de iure fieri potest, & debet. Die

mensis.

mensis, &c. In loco nostro.&c.in cella nostra, &c.
Deinde subscribat eam Iudex,eamque proprio sigillo Prouinciæ muniat,Sed iuxu probatam Doctorum opinionem consultius est in sententia non exprimere causam,qua motus fuit ad condemnãdum, & absoluendum. Postea quando videbitur intimetur Reo, & ad tollendam omnem difficultatem poterit ipsi legi, & publicari coram testibus & post lectam sententiam adiungantur acta, lata, lecta, & publicata fuit hęc sententia testibus talibus præsentibus, &c.qui se subscribant,& si præsens est reus, & acceptet adiungatur, ipso Fratre N. Reo acceptante,& consentiente, & si non acceptet,& appellet,scribatur ipso præsente, & appellante ad talem superiorem.forma vero appellationis erit talis.

Ego Frater N.&c. ab hac vestra sententia lata (vt dicitur) cotra me ad fauorem Fratris N. &c. ad Reuerendissimum Generalem appello, protestando ipsam recipi, & nihil innouari; non solum hoc sed omni etiam meliori modo, & forma, quibus de iure appellare possum, &c. datum in loco nostro, &c.

*Aliud sententiæ condemnatorię. exemplar.*

CHristi nomine inucato Nos Frater, &c. Volentes dante domino expedire,& fine debito terminare causam, & causas, coram nobis in prima, vel secunda instantia vertentes inter Fratrem. N. accusatorem, & querelantem, vel fratrem,N.denunciantem,vel ex officio,& per inquisitionem,vel ex forma notorij,&c.de,& super percussione baculo facta in fratrem N. querelantem ex vna; Vel contra,& aduersus fratrem N.&c.alienatorem,dã-

nisi·

nificatorem, vel calumniatorem reum conuictum, atque se defendentem parte ex altera. Christi nomine repetito. Nos supradictus per hanc nostram definitiuam sententiam; quam pro Tribunali sedentes, ac solum Deum præoculis habentes de Peritorum consilio, & assensu ferimus in his scriptis.

Dicimus, pronunciamus, decernimus, & declaramus dictum fratrem N. ob percussionem prædictam, in pęnam statuti Vallis oletanæ. (Si vero reus conuictus, vel confessus fuerit se introduxisse mulierem aliquam intra septa monasterij, vel ipsum ingressum fuisse Monasterium aliquod sanctimonialium, explicato crimine subdatur) ob introductionem mulieris intra septa monasterij, vel ingressum in tale monasterium sanctimonialium, incidisse, & incurrisse, in bullam, & extrauagantem Pij V. ac Greg. XIII. ac excommunicationem, & alias sententias censuras, & pœnas in eadem extrauaganti contentas, & descriptas, illumque excommunicatum denunciandum, & ab omnibus Christi fidelibus euitandum fore, prout denunciamus, & euitari mandamus & ita dicimus, declaramus, & sententiamus, non solum hoc sed omni alio meliori modo, & forma, quibus de iure, &c. Ita sentētiaui ego Fr. N. &c. Et in notorijs sententiando cōmemoratur tota series facti secuti, & tandem imponitur pęna delicto conformis.

Quod si reus erit absoluendus formaliter sententia, vt supra, hoc est ponatur primo præambulum sententiæ. In nomine Domini Amen. Nos Frater N. viso processu &c. absoluimus Fr. N. accusatum, vel denunciatum, vel infamatum de tali crimine, &c. omni meliori modo, &c. Vel si libet ponere causam; ita fieri poterit. Ipso processu, &c. quia Fra-

ter

ter prædictus repertus fuit innocens a maleficio, de quo accusatus, vel denunciatus, vel inquisitus fuerat, per hanc sententiam definitiuam ipsum absoluimus & liberamus, atque innocentem declaramus, non solum hoc sed omni, &c. Die mensis, &c. prout supra.

### *Forma inducendi Purgationem Canonicam infamato.*

HAec purgatio Canonica, vt diximus supra, hodie non est ita in vsu, nec passim per iudices inducenda est: quia fragilis, fallax, & incerta est, atque ab hominum iudicio dependens. Si tamen a Reo petatur in vnico tantum casu potest concedi, quando scilicet delicta non sunt plene probata, nec semiplene: neque etiam taliter inditiata, vt per ea possit reus ad torturam exponi, sed tantum remaneat suspectus, & infamatus, & tunc, vt sequitur inducenda est.

Reus si purgationem canonicam petat quando est ei concedenda.

Nos Frater N. Prouincialis, &c. pulsati infamia, quæ contra te Fratrem N. surrexit, quod inter septa Monasterij ad malum vsum introduxisti; a quo tamen delicto constanter asseris te immunem; Cumque nullus apud nos contra te, in hac causa instet, nec factum sufficienter, nec semiplene probetur. Nosque deceat nedum à crimine, sed a suspicione criminis esse liberos, propterea te instante, vt infamia abs te tollatur, & scandalum ab alijs purgationem canonicam, secundum canones, & nostras constitutiones concedere tibi decernimus, & de facto concedimus. Datum, &c.

Forma purgationis canonicæ quæ forma canonica purgationis inducendæ ad instãtiam Rei.

Et post hoc iudex eligat quattuor, vel quinque fratres probos, & graues, qui sint compurgatores, & in quorũ præsentia infamatus vocetur, vt

pro-

proposito ei delicto de quo est infamia; iuret per Sancta Dei Euangelia super librum, se a tali crimine immunem esse, & tunc fratres compurgatores iuramento dissimulato, cum sint graues, & probi dicant in conscientia, eum recta vita, & bonis moribus ornatum cognoscere; & credere ipsum vere iurasse. quo facto ab infamia absoluatur.

Cæterum quando Iudex ex se non ad rei petitionem canonicam purgationem vult ei indicere, forma sententiæ erit talis.

Quam Iudex ex se reo indicit.

In Christi nomine Amen. Nos Fratre N. Mino. Prouinc. &c. vel si fuerit delegatus Iudex delegatus in hac causa, prout in actis habetur. Consideratis his, quæ aduersus Fratrem N. iam apud nos de violenta manuum iniectione accusatum, denunciatum, aut inquisitum coram nobis fuerunt allata, omnibus mature consideratis, atque discussis, volentes ad dictæ causæ expeditionem, vt par est, peruenire, Christi nomine repetito, ac Spiritus sancti numine inuocato, declaramus, & sententiamus ipsi fratri N. iniungendam esse canonicam purgationem; prout eam per hanc nostram sententiam iniungimus ratione asserti delicti occulti, quod negauit commissi; ei mandantes, vt iusiurandum præbeat ad Sancta Dei Euangelia manibus tactis scripturis, so ab eo delicto ab ipso negato immunem esse, & nullo modo crimen ipsum attentasse. Quinque fratribus pari gradu prædictis, vel superiori secum adhibitis. qui vitæ, morumque suorum notitiam habeant, & tales sint, quod possimus iure, atque merito ipsis confidere, quod deierare ausi non fuerint, qui omnes quinque iurent se credere ipsum fratrem N. verum iurasse. Decernimus etiam quindecim dierum proximorum interuallum, vt huiusmodi purgatio efficiatur, quam fieri de-

ri debere mandamus coram nobis, &c. Reseruantes nobis facultatem aliam sententiam iuxta canonicas sanctiones proferendi, si integre purgationē prædictam non præstiterit, sic itaque declaramus, decernimus, & sententiamus omni meliori modo, &c. Datum, &c. die mense, &c.

Ego Fr. N. Prouincialis pronuncio, vt supra.

*Modus autem procedendi in purgatione Canonica erit iste.*

Constitutus Fr. N. coram R. P. Prouinciali, &c. Reuerēter, & humiliter exposuit se paratum, esse diuina ope præstare purgationem canonicam ei iniunctam, vt in sententia per ipsum R. P. Prouincialem latam, &c. Quam oblationem admisit R. P. Prouincialis, si, & in quantum de iure, asserens se paratum esse ad eam recipiendam iuxta canonicas sanctiones, & illico dedit illi iuramentum, de veritate dicenda pro ratione dictæ sententiæ. Modus procedendi in purgatione canonica.

Atque Frater N. illico iurauit ad Sancta Dei Euangelia manibus tactis scripturis, se immunem esse a delicto, de quo suspectus est, & infamia notatus. Post, quod iuramentum prædictus Fr. N. quinque compurgatores obtulit, videlicet Fr. N. F. N. F. N. &c. quos quidem velut idoneos ipse R. P. Prouincialis admisit, atque eos ab omni periurio alienos esse dixit.

Et his peractis ipsis compurgatoribus manifestauit, de quo crimine, & eius attentatione, dictus Frat. N. esset suspectus, & diffamatus, & quomodo iuramentum præstitisset, se immunem esse a dicto crimine, & eius attentatione. Et postmodum obtulit iusiurandum Fratri N. compurgatori, interrogans eum de vita, & moribus ipsius

Fratris N. purgandi. Qui manibus tactis scripturis, iurauit ad Sancta Dei Euangelia, quod cognouit eum rectę vitę, & bonis moribus ornatum, & ab omni violentationis, specie alienum, seque credere ipsum vere iurasse. atque hoc modo cum omnibus compurgatoribus agendum est, eorum apposita subscriptione.

Quibus habitis compurgatores dimisit, commonefaciens fratrem N. vt tali die, & hora, quemadmodum videbitur ad audiendam, & intelligendam suæ causæ explicationem.

Hostiens. Hæc est itaque purgationis canonicæ accommodata ratio, & institutio, vt ex Hostien. titulo de purgatione canonica habetur, qua finita, libuit etiam ponere exemplar ipsius sententiæ absolutoriæ proferendæ in causa purgationis canonicæ.

In Christi nomine Amen. Nos F. N. Prouincialis, &c. vel delegatus, &c. visa sententia per nos die, &c. prolata, per quam dicto fratri N. purgationem canonicam conficiendam commisimus, super asserto delicto, vel eius attentatione per eum negatis, de quo, vel de quibus infamia, & suspicione laborabat. Animaduersa purgatione coram nobis per eum præstita; considerataque sacrorum canonum dispositione, & regularium institutione, omnibus, & singulis iam diligenter ponderatis, maturaque, & accurata examinatione discussis Christi nomine repetito, & Spiritus sancti numine implorato, a quo cuncta, & integra proficiscuntur iudicia, Vnum Deum animo spectantes, sententiamus decernimus, & declaramus ante dictum fratrem N. purgationem ei impositam integrè, & canonicè perfecisse. Quo circa de cætero existimandum, & habendum esse, a delicto, & eius attentatione per eum negata immunem, de quo, vel de qua in-

famia,

famia, vel suspicione commaculatus erat à quibus præsentis sententiæ vi, quatenus expedit, & opus absoluimus, & liberamus, atque absolutum, & liberatum esse declaramus, decernimus, & sententiamus, omni meliori modo, & forma, quibus melius de iure fieri potest. Datum in loco nostro, &c. vt supra.

Vbi autem reus purgationem canonicam ei iniunctam recte, atque integre præstare non potuerit, vti conuictus puniendus erit, in cap. de hoc, extra de simon. tradit Host. in d. titulo de purgat. canon. & notat Abbas in cap. inter solicitudines, quasi in fine, extra de purgat. canon. vbi ponit etiam rationem quare deficiens in purgatione canonica habeatur pro conuicto: quam inquit eam esse: quoniam præsumptio probabilis ex infamia transit in violentam, cum reus deficit in se purgando, & violenta præsumptio sufficit ad condemnationem, ca. afferte extra de præsumpt. & in l. indicia. C. de rei vendicatione. Quamuis Bernardin. Diaz. in sua practica criminal. canon. cap. 141. reprobet hanc rationem, ex eo, quòd violenta præsumptio non sufficit ad imponendam ordinariam pœnam delicti. Vnde credit ipse, hanc esse rationem. Quoniam conditores canonum voluerunt hunc rigorem seruare, vt clerici non minus studerent in vitanda infamia, & suspicione vehementi, quam culpa ipsa propter salutem populi christiani: quia nimis inficitur ex pernicioso exemplo a clericis habito. Considerantes, quòd cum pœna ordinaria canonis contra conuictum legitima probatione non sit pœna mortis, vel mutilationis membri, non erat tanti rigoris clericum deficientem in purgatione haberi pro conuicto, & ideo ęquali pœna puniri.

Hostiens.
Abbas.
Diaz.

Forma autem sententiæ condemnatoriç ob de-

fectum purgationis canonicæ erit huiusmodi.

*Forma sententiæ cōdemnatoriæ defectum purgationis canonicę.* In Christi nomine Amen. Nos F. N. Prouincialis, &c. (prosequere, vt in præcedenti absolutoria vsque ibi, & suspicione laborabat) Animaduersoque, quod dictus Fr. N. defecit in præstanda eiusmodi purgatione propter, quod exhibuit se ipsum veluti conuictum asserti delicti, vel eius attentationis, de quo, vel de qua infamia, vel suspicione laborabat. Considerata sacrorum canonum dispositione, & regularium institutione, omnibus, & singulis diligenter consideratis Christi nomine repetito, &c. Per hanc nostram definitiuam sententiam condemnamus dictum Fr. N. tamquam conuictum de supradicto crimine in pœna contenta in constitutionibus nostris, quæ est ista, quod per sex menses maneat in carcere, ieiunando quibuslibet diebus Lunæ, Mercurij, & Veneris in pane, & aqua, & tribus annis careat voce actiua, & passiua. atque ita declaramus, decernimus & sententiamus omni meliori modo, &c. Datum, &c. in loco nostro, &c. die mense, & anno, &c.

Cæterum quoniam Visitatores in visitationibus generalibus non tantum fratres verum etiam, & loca sacra diligenter visitare debent, ne aliquid his nostris instructionibus deficiat, quod desiderari queat, ea, quæ maxime curare debet, Visitator circa Sanctissimum Eucharistię Sacramentum, administrationem Sacramenti Pœnitentiæ Cemeteria Ecclesias, & Sacristiam, hic quam breuiter explicanda duximus.

*Quæ spectent ad sacratissime Eucharistiæ custodiam.* Et primo circa custodiam Sanctissimæ Eucharistiæ curet Visitator, Vt tabernaculum sit in maiori Altari; bene firmatum, & fixum ad minus longitudinis duorum cubitorum, & latitudinis vnius cubiti cum dimidio, ornatum, bene septum, & munitum,

ctum, panno serico rubeo, vel albo intrinsecus circumuestitum, conopeo decenti contectum. Ita aptatum, vt commode inde Sanctissimum Sacramentum depromi possit, nec propterea super Altare ascendi oporteat, omnino etiam a Reliquijs, & vase olei infirmorum, & inani vase vacuũ, ita, vt ibi sola Sacra Eucharistia cum suo vase seruetur.

Prouideat, quod in pixide argentea decent seruetur, quę adeo ampla sit, vt, & in Ecclesia ministrari ex ea commode possit, semper in fundo pixidis pars aliqua corporalis rotunda substernatur, & sub pixide corporale complicatũ. Quinque, saltẽ particulæ consecratæ ibi seruentur. octauo quoque die renouentur, & renouationi feria 5. assignetur, ex hostijs, quæ non ante 20. dies ad summum confectę sint. Clauis Tabernaculi curet, vt aurata sit, cum serica cordula, & flocculo rubei coloris. Ante tabernaculum semper lampas accensa colluceat e regione, non a latere, oleumque sit oliuæ purissimum.

Præcipiat, quod quando adoranda proponitur, adsit Tabernaculum, quod exponendæ Sacræ Hostiæ vsui deseruiat, pellucido vitro, vel cristallo vndique circumdatum sit, eam habeat lunulam, quæ aperiri possit, commodæ ad fragmenta colligenda. lunula saltẽ cũ supposito paruulo scuto ex argento constet. In exponendo, seruandoque Sacramento processio (non extra Ecclesiam) cum statis orationibus, cereisque accensis fiat. In Altari cerei ad minimum duo, lampades ad minimum quinque colluceãt. Et hæc omnia seruentur cũ Eucharistiæ Sacramentum in oratione. 40. horarũ ad orandum exponitur. mandet ne imminentium nimborum causa vllo pacto extracta, pixis exibeatur,

Quę seruari debeãt, quãdo Eucharistia adoranda proponatur.

sed Tabernaculo, tantum patefacto oretur.

**In Eucharistiæ administratione quæ seruari debeant.**

In administratione vero ordinet; quod Eucharistiæ Sacramentum, vbi commode fieri poterit maribus separatim a fœminis ministretur. Vinum vase ministretur, quod neque consecratus calix sit, neque ad eius formam, quod vasa purificationis soli illi vsui in Sacristia seruentur; quod in magna pixide ministretur.

**Quando ad ægros defertur.**

Quando ad ægros defertur, curet, quod adsit paruula argentea pixis, qua Sacra Eucharistia ad ægros deferatur, cum deferenda est, campana pulsetur, cum Ture extrahatur & reponatur. In deferendo tintinabulum pulsetur, Velo tegatur; Duæ particulæ ferantur, In via Psa. Miserere dicat deferens. Curet, vt ab infirmarijs apparetur camera in quod duo fratres ad hostium cameræ infirmi cum cereis genuflexi expectent, vel obuient, quod fraters cum intortitijs accensis bini, & bini processionaliter comitentur, vna cum deferente alternatim Miserere persoluentes.

**Quæ seruari debent in Sacramenti pœnitentiæ administratione.**

Quoad Sacramenti Pœnitentiæ administrationem; Curet, quod vnaqueque Ecclesia, vbi confessiones audiri salent, duo saltem habeat Confessionalia, & optime consultum esset, si quot habet cōfessionarios tot etiam haberet confessionalia.

Confessionalia, duo saltem habeant, quę precipua sunt, scilicet asserem, & laminam perforatam quibus confessarius, & confitens diuidantur. Sint confessionalia extra capellæ maioris ambitum, loco aperto, atque conspicuo, vt, & confessarius, & confitens conspici ab vnoquoque possint. Sint a parte anteriori aperta. Confessionali affixa sint Crucifixi imago, casus Cœna Domini, Casus Episcopo, reseruati; Ne ante ortum, vel post occasum solis mulierum confessiones neque

extra

extra confessionale audire permittat.

Circa administrationem Extremæ Vnctionis curet, vt vasculum ad oleum infirmorum saltem stanneum sit, & rotunda forma cum litteris Extremæ Vnctionis, vel oleum infirmorum. Capsula lignea clausum sit, corio cooperta, Capsulæ vero bursa violacea ita aptetur, vt ex ea vasculum extrahere non sit necesse, Vasculum ipsum nullibi, quam in Ecclesia, & in Capella maiori propria fenestella seruetur, panno serico circumuestita, quæ valuis, & claue claudatur. In administratione extremæ vnctionis quæ seruanda sint.

Antequam oleum deferatur ad inungendum infirmum, præcipiat, vt in cubiculo decumbentis paretur mensa paruula mappa candida strata, in qua sit bombex, uel stuppa, mica pani, & vas ad manus lauandas.

Deferens comitetur a fratribus, cum quibus dicat septem psalmos, superpelliceo, & stola indutus sit. Crux sine baculo præcedat; & cætera seruari mandet, prout in rituario.

Quo ad Ecclesias Curet, quod altaria subter suggestum, aut organum, ne extruantur, extructa amoueri iubeat, vel interdicat, videat, ne columnæ, aut Pilæ hereant; Ne aduersa altari maiori sint, aut nimis propinqua, Nec Ecclesiæ Ianuis minimu proxim Quæ ad Ecclesias, & altaria spectent.

Porro Altare lapideum sit, vel saltem lateritium ita extructum, vt in eo nulla fenestella, formentue relinquatur, vbi quid asseruetur, nisi Reliquiæ Sanctorum sint. Quod si columellis suffultum sit, curet, quod sub eo nihil ponatur. Altitudine sit a scabello ligneo, seu bindella cubitis duobus, & vnciis octo, longitudine ad minus cubitis quatuor, latitudine cubitis duobus: scabellum uero lignuem a fronte Altaris cubitos saltem duos productum pateat.

Congruum esset, vt maiora Altaria saltem tot consecrata essent. Et vbi tota Altaris mensa Sacrata sit, tota etiam, cerata tela cooperiatur. Mensa Altaris, vbi Sacrata non est, medio Altaris, Altare portatile inferatur.

Sit vero Altaris portatilis Sacrata petra, longitudine non minus vnciarum viginti, latitudine sexdecim, eaque, ita inseratur, ut licet sua eminentia, nullum Calici periculum faciat tactu, tamen digiti possit dignosci.

Habeat vnum quodque Altare tobaleas tres, quarum vna ex Altaris cornibus ad scabellum usque pertingat, totidemq; habeat, ut mutentur. Telam habeat uiridem, uel quamuis aliam, ad tobaleas a puluere defendendas. Iconam, vel saltem picturam in pariete habeat, & cartulam secretorum, duo saltem candelabra, in quorum medio sit Crux, & pulpitum pro Missali fulciendo. Telare præterea, quo palium affigatur, & duo saltem palia, Calicemque, & indumenta, & necessariam omnem supellectilē.

De choro

Prouideat, vt chorus ita constitutus sit, vt tempore diuinorum officiorum, laicis in eum aditus esse non possit, præcipiat, ut fratres in choro omnes iisdem ceremoniis utantur, omnes æque stent, surgant, sedeant, genuflectant, caput aperiant, & submittant omnes alternis uocibus recitent, cantent, idque non cursim, & perturbate, sed distincte, leniter, & studiose. Neue locum mutent, nec occasione quidem genuflectendi. Non permittat in choro litteras, libros, aliaue scripta legere.

Ecclesiæ pauimentum.

Procuret, ut in Ecclesiæ pauimento, quod planum, & stratum esset debet, saltem æquis lateribus neque crux, neque Sacra Imago, aut historia pingatur sculpatur. Et ubi sculpta, uel picta, fuerint amoueri iubeat.

Man-

Mandet, ut Ecclesiæ pauimentum singulis saltem octo diebus uerratur, atque ita mundum conseruetur, ne situ puluere, alio squalore sordescat.

Sepulcra excelso loco posita, nisi marmorea sint, aut ærea auferantur. De sepluris.

Curet, ut in choro, aut maiori capella sepulcra non existant, sepulchri cuiusuis os ad Altaris scabellum ligneum, ne pertingat. ita edificata sint sepulcra, ut solo Ecclesiæ omnino adæquent, neq; aut cauitate, aut eminentia obsint. in sepulchri superficie nec crux, nec Sacra Imago sculpatur. Duplici tegumento cooperiantur, quæ inter se octo distent uncii Inter utrumque uero humus ponatur; ita ut fætere nullo modo possint.

In Ecclesiis non nisi in concameratis sepulcri cadauera sepelliantur, effossa humo numquam. Turris Cāp anilis

Campanilis Turris ostium clausum semper extet, ubi pulsandi tempus non sit, duas saltem adminus unaquæque Ecclesia habeat campanas. caueatur ne benedictæ campanæ, (quæ nisi fuerint benedictæ in Turrim extolli non debent) & Ecclesiæ usui adductæ, ad suppliciorum spectacula conuocent.

Suggestus in unaquaque Ecclesia extruatur, unde commode ad populum concio haberi possit. suggestus

Sacrarium quoque in unaquaque Ecclesia unū sit in capella maiori, aut in Sacristia extructum. Sacrariū

Vas aquæ sanctæ intus in Ecclesia, nullo modo foris extet ad ostium Ecclesiæ, & a latere ingredientis dextero, columnella, uel basi suffultum sit. neque parieti adhereat, Aspersorium decens appensum habeat, & setis confectum, non e spongia, nisi spougia alicuius metalli perforata pillula includeretur. Vas aquæ sanctæ.

Cemeteria muro, uel alias tuto undique sepiantur, Cemeteria.

tur, ita, vt in ea brutis omnibus, etiam si fieri potest canibus prohibeatur accessus. Tuto clausa sint Clausisque ab ipso sacrista seruetur. Non montuosa sint, sed complanata, in eorum medio columna altitudinis brachiorum sex erecta sit, ad Crucem saltem ferream sustinendam, quæ, & decenti tegumento operiatur. Ex cemeterio vites, arboresque omnes, tam frugiferę, quam infrugiferæ conuellantur, & excidantur, nihil ibi in posterum, aut conseratur, aut seratur. Nec fœnum quidem ex cemeterio succidatur, aut herba, quæ pabulo sit, neque aliquid in cemeterii fines proiiciatur, cuius grauis, teterque odor sit.

In eisdem, ne lignorum strues fiant, nec ligna congerantur, nec cementorum, lapidumue aceruui sint, nec quicquam illius loci decori repugnans. Denique, per cemeterium nulla sit via, nec quidem ad solius sacristæ vsum.

Quæ spectant ad sacristiã. Quoad sacristiam prouideat Visitator, quod vnaquæque sacristia habeat vnum, aut pluria armaria pro Ecclesiæ ratione, & supellectilis copia.

Habeat oratorium, separato loco positum, vbi possit sacerdos se ante, & post missæ celebrationem colligere, & orare, labellum etiam cum manutergio appenso, ad manus abluendas, & abstergẽdas, cartulam etiam vbi orationes exscriptę sint, vnicuique indumento accommodatæ.

Tabellas habeat, vbi cuiusque altaris onera, vbi Missæ, & anniuersaria; quę in singulos dies hebdomadæ præstari debeant. Vbi sacrarum reliquiarum, quæ in Ecclesia sunt inuentarium, vbi Indulgentię illi Ecclesiæ, aut Capellæ concessæ, vbi totius sacræ supellectilis inuentarium descripta sint.

Habeat vnaquęque sacristia hanc saltem supellecti-

lectilem ſcilicet duos Calices, duodecim purificatoria, quatuor corporalia ſaltem tribus quartis ampla; plures ampullas, Tintinnabula pro miſſarum numero, Vas ramneum ſtamnatum abſtergenda ſacra, Pacis ſignum; lectorile, eius tegumenta, puluinaria, Vaſa hoſtiarum, Hoſtiarum ferrum congrue ſignarum, Turribulum & Nauiculam, Triangulum nigrum pro hebdomada Sancta, Feretrum, Cœnotaphium, Libros Antiphonales, Miſſales, Breuiaria, Diurna, Ritualia, Paramenta quinque colorum. Rubei, Albi, Violacei, Viridis, & Nigri; Altarium vero ſingulorum propriam, & congruam ſuppellectilem.

Reliquię, quę in Sactiſtia ſunt, decoris vaſculis, & honeſtis loculis ſeruentur, inſcriptæ ſint, & in tabellam relatæ. a Laicis non tractentur; nec temere exponantur, ne vè ad quæſtum. Vbi exponuntur Thurrificentur, & lumina accendantur, nec tamen ſuis extrahantur loculis, fiat autem eorum expoſitio ſolemnioribus tantum diebus; & expoſitis candelę, & lampades perluceant.

Atque hic eſt finis inſtructionibus noſtris, in quibus breuitati, & facilitati, quantum in nobis fuit ſtuduimus. Qui plura, & explicatiora deſiderauerint, conſulant præter ſummiſtas, verbo, Accuſatio. Denunciatio, Inquiſitio, Appellatio, &c. Alexan. de Ales. 3. par. quæſtio. 46. de Iudicii. Diuum Thomam, & Caietanum. 22. queſtio. 67. & inde Dominicum à Soto, in lib. de. teg. & deteg. ſecreto, & de Iuſt. & Iur. lib. 5. quæſt. 6. & 7. Nauar. in rubrica de Iudicijs, & ſuis in locis in Manuali, atque Conſilijs, Bernardinum Diaz in Pract. crim. canon. Marſilium Iulium Clarum. Boſ.

&

& alios Criminaliſtas, Theologoſque, & Canoniſtas, ad quos relatio habeatur.

Hæc autem quę diximus Peritorum cenſuræ, & potiſſimum ſanctę Romanæ, & vniuerſalis Eccleſiæ ſubijcimus. Amen.

FINIS.

# INDEX

## Capitulorum:



Secre-

An

De.